probatio. & ſic, quod fit mediante conſuetudine, li
49 citum † videtur, Innoc. in capi. 2. col. prima, de fid.
inſtrumen. Abb. in cap. 2. cum M. Ferrarien. in pri-
ma col. de conſt. Bal. in add. ad Spec. in tit. conſuet.
in princip.

### *SVMMARIVM.*

1 *Quare confidentia antiquo tempore tolerabatur.*
2 *Fideicommiſſa ſunt poſita in fide.*
3 *Graue, fidem fallere.*
4 *Pacta ſeruare, eſt Iuris naturalis.*
5 *Fides iuramentum iuſtitiæ.*
6 *Fides proxima iuramento.*
7 *Princeps debet ſeruare quod promittit.*
8 Ex *fide oritur naturalis obligatio.*
9 *Iuramentum in litem defertur ob fidem non ſeruatam.*
10 *Actio ad intereſſe datur ob fidem non ſeruatam.*
11 *Deceptus agit de dolo.*

## QVAESTIO. VI.

1 Cur tolerabatur Confidentia.

SExto, Quæro, Quare confidentia beneficialis re
troactis temporibus tolerabatur, & ſuper ea red
debatur ius? Exiſtimo, hoc eueniſſe, tum ex vtilitate
1 quæ †reſultabat pluribus curialibus ex hoc, quorum
fauore id fuit praua conſuetudine, ſeu potius corru-
ptela toleratum, etiam quia quemadmodum anti-
quis temporibus, antequam fideicommiſſa eſſent ꝑ
miſſa, graue admodum reputabatur, ea non redde-
2 re, ſeu reſtituere, cum †in fide, & pudore eorum, qui
rogabantur, eſſent poſita, §. 1. de fideicommiſ. hæ-
red. ita, cũ confidentia tota in fide illius, qui recepit,
uel habet beneficiũ, conſiſtat, Nauar. in Manual. ca.
3 23. ſub num. 109. graue etiam erat, †eam fidem falle
re, l. 1. ff. de conſt. pec. c. primo de del. & per conſe-
quens hac forſan ratione fuit per multos annos to-
4 lerata. pacta †enim ſeruare, eſt iuris naturæ, l. 1. ubi
5 Bal. ff. de pact. l. 2. ubi Bal. ff. de ſeru. nã fides †eſt fun
damẽtũ Iuſtitiæ, Luc. de Pen. in l. quoties, C. de põd.
aur. libr. xj. Caſſan. in Catal. glo. mund. in 5. par. in
6 13. conſider. ideo cenſetur proxima iuramento, †
eiuſque naturam ſapit, Affl. deciſ. 389. Bertran. cõſi.
2. nu. 50. lib. 1. Crau. conſi. 13. nu. 11. Nicol. Moron.
in tract. de fid. treg. & pac. q. 16. & 17. idque etiam
7 in Principe †procedere ſcribunt Dec. in ca. primo,
colu. prima, de proba. poſt alios quos citat Soci. iun.
conſi. 76. nu. 16. lib. primo. & conſ. 78. nu. 3. eod. lib.
1. Alex. conſ. 1. n. 11. li. 2. Anch. conſ. 2. n. 3. & conſ.
66. Rui. conſi. 123. nu. 4. lib. 3. Calcan. conſi. 51. col.
pe. Grat. conſ. 147. col. 1. lib. 2. Rip. reſponſ. 13. titu.
8 de diuerſ. reſcr. Hinc fidei præſtatio parit † naturalẽ
obligationem, c. primo, de ſum. Trin. & fid. Catho.
Bal. conſ. 114. ſuper primo, lib. 5.
9 Hinc ob fidem †non obſeruatam defertur iura-
mentum in litem, late. Plot. in l. ſi quando, nu. 679.
Guid Pap. conſ. 31. Iaſ. conſ. 91. lib. 3 Et datur actio
10 †ad intereſſe, Dec. in l. pactum, nu. 10. C. de pact. la-
te Menoch. conſ. 92. num. 21. & 61. lib. primo, vide
Bal. conſi. 194. lib. 3. Aufr. deciſ. Thol. 258. Et dece
11 ptus †ſub confidentia agit de dolo, Crau. conſ. 192.
nume. 15.

### *SVMMARIVM.*

1 *Pius 4. primus omnium prohibuit confidentias.*
2 *Verba extrauagantis Pii 4. probibentis confidẽtias.*
3 *Experientia rerum magiſtra.*
4 *Delicta non debent remanere impunita.*
5 *Verba conſtitutionis Pii V. ſuper confidentiis.*
6 *Conſtitutio Pii V. de confid. eſt ampliatiua ad Conſtitutionem Pii 4.*
7 *Natura dictionis Etiam, vt augeat.*
8 *Conſtitutio quæ.*
9 *Canon quid.*
10 *Decretum quid.*
11 *Decretalis quæ.*
12 *Dogma.*
13 *Mandatum, Interdictum, Sanctio.*
14 *Conſtitutio etiam dicitur Canon.*
15 *Sententia lata contra conſtitutionem, nulla.*
16 *Sententia contra legem, nulla.*
17 *Conſtitutio indubitata, quę.*
18 *Lex interpretans legem antiquam intelligenda ſecundum terminos legis interpretatæ.*
19 *Conſtitutio Pii V. ſuper confidentiis quare.*
20 *Diuiſio conſtitutionis* Pij *V. ſuper confidentiis.*
21 *Error notabilis Nauar.*
22 *Cardinalis* Lancellot*us laudatus.*
23 *In diuiſione quæ partes debent comprehendi.*
24 *Diuiſio quid facit.*
25 *Diuiſa melius intelliguntur.*
26 *Confirmatio ex certa ſcientia, cum refertur tenor.*
27 *Voluntas enixa ex quibus oſtendatur.*
28 *Quoties aliquis refertur, ignorantia nõ præſumitur.*
29 *Iudex eſt exequutor iuris.*

30 *Iudex*

30 *Iudex debet eſſe bonus, non autem melior lege.*
31 *Iudex debet delinquentes coercere.*
32 *Intereſſe publicum verſatur in delictis puniendis.*
33 *Iudex non debet dare veniam remittendo pœnam.*
34 *Boni perduntur, ſi ignoſcatur malis.*
35 *Nequiores fiunt homines propter ſpem veniæ.*
36 *Miſericordia illicita quæ.*
37 *Miſericordia iuſta virtus.*
38 *Temperamentum in puniendis delictis.*
39 *Extrema vitioſa.*
40 *Medium optimum ex duobus contrarijs.*
41 *Quæ miſericordia eſt neceſſaria in principe.*
42 *Cauſa in primis ſpectanda.*
43 *In delictis iudex debet rimare cauſam.*
44 *Confidentia habet locum in omnibus beneficijs.*
45 *Omnes perſonæ comprehenduntur ſub bullis de confidentijs.*
46 *Confidentia habet locum, ſiue collatio fiat per Papã ſiue per Ordinarium.*
47 *Qui omne dicit, nihil excludit.*
48 *Idem ius, vbi eadem ratio.*
49 *Confidentia in vacatione per obitum, & per reſignationem.*
50 *Vacatio per obitum, & per reſignationem, parificantur.*
51 *Scelus quomodocumque commiſſum vindicandum.*
52 *Coniectura, & præſumptio, an differant.*
53 *Præſumptiones pro veritate, donec aliud appareat.*
54 *Coniecturis quando egemus.*
55 *Teſtes ſingulares admittuntur in confidentia.*
56 *Teſtis ſingularis non probat.*
57 *Mille teſtes ſingulares nõ plus probãt, quam vnus.*
58 *Papa nõ poteſt ſtatuere, vt ſtetur dicto vnius teſtis in omni cauſa. fallit num. 62.*
59 *De iure diuino requiruntur duo teſtes.*
60 *Papa non poteſt tollere ius diuinum.*
61 *Papa non poteſt diſpenſare aduerſus ius diuinum.*
63 *Papa poteſt eximere aliquem clericum ab horis canonicis.*
64 *Præcepta moralia in parte poſſunt recipere mutationem.*
65 *Vna coniectura confidentiæ non ſufficit ad condemnandum.*
66 *Nauarr. error.*
67 *Arbitrium iudicis non cadit, vbi habemus regulas certas.*
68 *Simoniam probat quilibet teſtis.*
69 *Quilibet poteſt accuſare in ſimonia.*
70 *Seruus, & Meretrix poteſt accuſare in ſimonia.*
71 *Crimen ſimoniæ graue.*
72 *Simonia occulte ſolet committi.*
73 *Quando veritas aliter haberi non poteſt, teſtes minus idonei admittuntur.*
74 *Clauſula generalis refertur ad omnia.*
75 *Priuatio beneficij pro criminibus grauibus.*
76 *Ex magnitudine pœnæ colligitur atrocitas delicti.*
77 *Ab excommunicatione reſeruata nullus abſoluere poteſt.*
78 *Fructus benef. ſuper quibus confidentia commiſſa eſt, reſeruantur Cameræ.*
79 *Beneficia recepta in confidentiam ſunt reſeruata Sedi Apoſtolicæ.*
80 *Ordinarij non poſſunt conferre beneficia data in confidentiam.*
81 *Solus Papa confert reſeruata.*
82 *Clauſula, Quouis modo an comprehendat reſeruationem ex confidentia.*
83 *Clauſula Quouis modo interpretatur de modis ſimilibus.*
84 *Clauſula Quouis modo an comprehendat reſeruationem.*
85 *Verborum vniuerſalium magnus effectus.*
86 *Beneficia ob crimen hæreſis ſunt reſeruata.*
87 *Verba debent aliquid operari.*
88 *Ordinarij an poſſint cognoſcere cauſas cõfidẽtiales.*
89 *Confidentia annullat actum.*
90 *Differentia inter conuentionalem ſimoniacam, & confidentialem.*
91 *Conſt. Bonif. 8. de vna dieta vbi habetur.*
92 *Dieta quomodo computetur.*
93 *Commiſſio cauſæ vltra dietam abſque derogatione eſt nulla.*
94 *Prædeceſſoris appellatione qui veniat.*
95 *Decretum de duabus dietis vbi habetur.*
96 *Concilio generali non cenſetur derogatum, niſi expreſſe dicatur.*
97 *Factum a pluribus, eſt maioris auctoritatis.*
98 *Conſtitutioni Conciliari non derogatur de facili.*
99 *Epiſcopi non poſſunt derogare conſtitutiones conciliares.*
100 *Dieta quomodo accipiatur.*
101 *Effectus clauſulę Non obſtantib.*
102 *Ius nouum derogat iuri antiquo.*
103 *Clauſula Non obſtantibus in iure nouo quando nõ ſit neceſſaria.*
104 *Reſcripta contra legem nulla.*
105 *Clauſula, Quorum tenores, quid operetur.*
106 *Pœna, quam comminatur Papa, non habet locum aduerſus contradicentes.*

## QVAESTIO VII.

Tenor conſtitutionum Pij IIII. & Pij V. contra confidentiarios, & notabilia ex eis.

SEPTIMO, Quæro, An habeamus aliquas leges ſpecialiter prohibentes confidentias? Reſpon-
1 deo affirmatiue. namque fel. Record. Pius eius† nominis Quartus fuit primus, qui ſpecialiter per Conſti. incip. Romanum, in Bullario in ordine 109. eas
2 prohibuit. & huius extrauagantis hæc ſunt verba. † Hæc conſt. Pij IIII. fuit edita anno V. Pontif. in odium duorum Cardinalium tenentium beneficia in confidentiam, cum quibus Pontifex ſimultates exercebat, vt notiſſimum eſt his, qui in Curia eo tempore erant, & ideo in procemio etiam Cardinales nominat, & dicit eos admonuiſſe, & monitioni ſuę nõ paruiſſe, ex immoderata erga ſuos indulgentia, & propterea decernit, omnia beneficia taliter recepta vacare, cum omnibus collationibus, & prouiſionib. ſequutis, prohibens id ſub cenſuris fieri, & quod pſumptionibus probetur.
3 Sed, quia, vt experientia docuit, † quæ eſt rerum magiſtra, §. ſed hodie, Inſt. de ſatiſda. cap. quam ſit, de elect. in 6. Card. Pariſ. in rub. ff. ſolu. mat. nu. 6. ob difficultates probandi huiuſmodi confidentiam improbi homines beneficia ante hanc cõſtitutionem ita recepta retinebant, & alia accipiebant, contempta prohibitione, & iudices remiſſiores erant, ita,
4 ut delictum† remaneret impunitum, contra ea, quæ habentur in l. ita uulneratus, ff. ad leg. Aquil. Ideo S. mem. Pius V. aliam contra confidentiarios edidit Conſtitutionem, incip. Intolerabilis, in Bull. in ordi
5 ne 87. ann. 4. cuius verba etiam† hic ponere placuit: Intolerabilis,



Intolerabilis, &c. &, ut ex eius lectura patet in calce
6 huius uoluminis, hæc bulla † eſt ampliatiua ad bullam Pij IIII. ut colligitur in §. Veruntamẽ propter. & in §. Quare nos uolentes periculoſam, & in §. Sed ne quiſquam, ibi, Vtque hoc malum grauioris cenſuræ ſtimulo vſquequaque prohibeatur: &, quia po
7 nitur dictio† Etiam, cuius natura eſt, vt augeat, l. etiã ff. ſolu. mat. Roland. conſi. 77. nu. 17. lib. 4.
8 Et appellatur Conſtitutio. nam† conſtitutio proprie dicitur, quod Princeps ſtatuit, cap. conſtitutio, diſtinct. ſecunda, § quod Princeps, Inſtitut. de iure natu. gent. & ciuil. l. ff. de conſtit. Princip. Abba. ſuper rubr. de conſtitu. & ibi Dec. Felin. Boſch. Codech. numero 30. Anton. Burg. nume. 61. Riminal. iun. num. 4. Aldobran. in dict. §. ſed quod Principi, numer. 23. & communiter Doctores. nam in iure Canonico, vt ſcriptum reliquit Ioann. Calderin. in procem. decret. numero. 71. plura ſunt nomina fere idem ſignificantia, ſcilicet, Canon, Conſtitutio, Decretum, Decretalis, Epiſtola, Dogma, Mandatum,
9 Interdictum, Sanctio. Canon, † eſt, quod in Concilio generali, vel prouinciali promulgatur. Decre-
10 tum, † quod Papa decreuit de fratrum conſilio. De-
11 cretalis † epiſtola, cum Papa reſpondet ad conſultationem alterius. Conſtitutio, proprio motu edi-
12 ta. Dogna, † conſiſtit in doctrina fidei. Mandatum,
13 † circa mores. Interdictum, cum pœna non adijcitur. Sanctio, cum adiectione pœnæ. Et etiam Con-
14 ſtitutio† dicitur Canon. Anton. de Burg. in Rub. de conſtit. num. 69. Et Conſtitutio eſt generalis, ſicut Lex. l. 3. cap. de legibus. Riminald. iun. in cap. 1. nu-
15 me. 98. de conſtit. & ideo ſententia lata contra† conſtitutionem publicatam, eſt ipſo iure nulla, ſicuti la
16 ta contra legem† ſcriptam, Bald. in l. 2. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ. Ant. de Butr. in cap. primo, & c. cum inter, de re Iudic. Abb. in cap. paſtoralis, de fide inſtrum. & communiter Doctores.
17 Et dicitur indubitata, † tum quia reperitur inter alias Conſtitut. Summorum Pont. capitu. quoniam progenitorum, 20. quæſt. 1. ad not. in auth. ad hæc. C. de fid. inſtrum. & in l. Celſus, ff. de proba. tum ẽt
* quia uſu eſt recepta, eſt quotidie * practicatur, ad not. per Bart. in gl. ult. ſuper extrauag. qui ſint rebelles, Roman. conſi. 250.
Et eſt intelligenda hęc Conſtitutio iuxta terminos Conſtitutionis Pij IIII. quam pius V. innouat, & ampliat, ac interpretatur, ut trad. Nauarr. conſil. 36. num. 2. de ſimon. & regulare eſt, vt lex interpre-
18 tans † legem antiquam ſit intelligenda ſecundum terminos legis interpretatæ, Auth. Conſtitutio hęc interpret. §. primo. colla. 6. & faciunt, quæ tradunt docto. in auth. ſi quis in aliquo. C. de edend. Bar. in l. peſſimum genus, ff. de recep. l. aſſe toto. ff. de hæred. inſtit. Pariſ. in cap. cum uenerabilis, colum. 23. in medio, de excep. & conſi. 7. num. 3. uolu. 3. & cõſil. 103. num. 2. uolum. primo, ſubdit Nauarr. loco
19 citat. num. 3. quod Conſtitutio hæc Pij V. non† manauit ad declarandum quæ ſit confidentia illicita, ſed ad inducendum modos probandi eam per indicia, & præſumptiones. Ideo hanc Cõſtitutionem Pij V. pro pleniori intelligentia diuidam in nouem
20 partes: In prima † refert tenorem Conſtitutionis Pij IIII. hoc crimen punientis. in ſecunda tenorẽ Conſtitutionis, quam idem promulgauit in principio Pontificatus, reſeruando ſibi, & Sedi Apoſtolicę cognitionem harum cauſarum. in tertia cauſas committendi confidentias. in quarta caſus confidentiales. in quinta cõiecturas. in ſexta qualitatem teſtiũ. in ſeptima pœnas. in octaua relaxationem dictæ reſeruationis cauſarum. in nona, & ultima, remotionem obſtaculorum. 2. ibi, verumtamen. 3. ibi, multi. 4. ibi, quare. 5. ibi, ad probandum, 6. ibi, teſtes, ſeptima, ibi, ſed, ne quiſquam. 8. ibi, nos enim. 9. ibi, non obſtantibus. Quatuor tamen ſunt partes principales, quæ tota die practicantur. in prima ponit quatuor caſus confidentiales, a uerſicu. Quare nos volentes, uſque ad verſicu. Ad probandum. quos caſus explicamus q. 27. 28. 29. & 30. In ſecunda complectitur quatuor coniecturas, quibus concurrentibus confidentia commiſſa conuincitur, a uerſiculo, Ad probandum, uſque ad uerſiculum Teſtes. & has coniecturas, ſiue præſumptiones interpretamur q.
21 31. & quæſt. 32. 33. & 34. vnde† hallucinatur Naua. in Man. cap. 23. ſub num. 110. uerſic. not. 7. quod in hac Conſtitutione ponantur octo coniecturæ ad præſumendam Simoniacam confidentiam in foro exteriori, & ſic confundit caſus confidentiales cum coniecturis: quod eſt contra mentem Pij V. vt ex verbis quiſque colligere poteſt, & aduertit Rota
* in illa Conſentin. * pręt enſæ confidentiæ, 4. Februarij 1591. corã R. P. D. Orano. & de hoc errore Nauar. me admonuit, ſunt octo anni, Illuſtriſ. & Re-
22 uerendiſſ. Scipio Card. Lancellotus, doctrina, experientia, & prudentia nulli inferior: & hoc latius explicauimus quæſtionibus citatis. In 3. in uerſic. Teſtes, diſponitur circa perſonas teſtium, de quibus etiam dicendum particulari loco. In quarta uero diſponitur, & agitur de pœnis inobedientibus, & contrafacientibus infligendis, in verſiculo. Sed ne quiſquam, vſque ad verſic. Quocirca.
Et in his quatuor continentur partes ſubſtantia
23 les, quæ debent comprehendi† in diuiſione, Ale. in l. 1. num. 47. ff. de acq. poſſ. Dec. in c. Paſtoralis, in fi. de reſcr. Comeſ. in §. actionum. nu. 1. Inſt. de act. In ſuperiori tantum, quæ eſt plenior, continentur omnes ſpecies rei diuiſæ, quod monet in diuiſionibus Alber. in l. ita ſtipulatus, ff. de verb. oblig. Iacob. de Aren. in §. ſequens, Inſt. de act. Euera. in loco a ſuff.
24 par. enum. † Iaſ. in rub. ff. de vulg. & pup. Rip. in l. 1. ff. ſi cert. pet. vt animum dicentis incitet, & mentẽ audientis præparet, ac memoriam corroboret, glo. in §. igitur, in proœ. Inſt. Iaſ. in fine rub. Inſt. de act. Crau. in princ. tract. de antiq. temp. Rebuff. in le. 1. num. 54. C. de ſen. quæ pro eo. Cagn. in l. ſi emancipati, num. 3. C. de coll. Diuiſa. enim. & diſtincta me
25 lius† intelliguntur. l. 1. in princ. iuncta glo. ff. de dol. except. §. ſed non uſque, Inſt. de leg. Bal. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. nu. 1. Abb. conſi. 96. col. 1. ad fi. lib. 1. Menoc. de arb. Iud. q. 1. num. 12.
Et pro maiori intelligẽtia aliqua notabilia ſunt colligẽda ex hac Cõſt. Primo, notandũ eſt, ꝙ Conſtitutio Pij IIII. q̃ in princ. refert, & fortiori uinculo innouat, & cõfirmat Pius V. hic, eſt illa, q̃ nos ſupra retulimus, & reperit in Bullario, ſub nu. 109. Cõſtitutionũ pdicti Pij IIII. edita ab ipſo ann. 5. Põtificatus, ad prohibẽdũ, & extirpandũ hoc crimen. & cũ Pius V. hic referat tenorem illius Cõſtitutionis,
26 vr† cõfirmare ex certa ſcĩa, Abb. in c. pen. in prin. de cõfirm. util. uel inutil. idẽ Abb. in c. examinata, eo. tit. per illũ tex. & cõſ. 62. illud de iure, col. 3. li. 1. Roma. cõſ. 327. & cõſ. 336. Ale. quã refert, & ſequitur Dec. in c. 1. nu. 47. de cõfir. vti. vel inutil. & per eam
27 volũtas† enixa oſtẽdit, Ale. cõſ. 125. col. ult. in fin. li. 2. Corn. conſi. 189. colum. 3. lib. 4. Ange. in l. 2. ff. ſi

quis in ius voc.non ier.Cardin.Zabarell.conſil. 44.
Bartol.in l.priuilegia, C.de ſacroſanct. Eccleſi.ita,
28 ut nulla ignorantia †eorum,quæ ibi habentur,alle-
gari ualeat,cap.Paſtoralis,§.præterea,de offic.dele-
ga.ubi Gloſſ.in uerbo ſcierit.Ruin.conſil. 196.uo-
lum.primo,Cardin.Pariſ.conſil.3.num.43.uolu.4.
Franciſ.de March.deciſ.Delphin.927.num.5.& ſe
quen.parte 2.& deciſ.527.

Secundo noto,ibi,ſiquidem,quod idem Pius V.
reſeruauit ſibi,& ſucceſſoribus ſuis omnes cauſas cõ
fidentiales,& hoc per aliam ſuam Conſtitut. quam
edidit anno 2.& habetur in Bullario in ordine 52.
& ratio ponitur hic, quia Iudices in expediendis,
29 & decidendis erant remiſſiores.Iudex enim † cum
ſit cuſtos,& exequutor iuris,le.nam prætorium ius,
ff.de Iuſt.& iure,leg.2.§.parum eſt iura condere,ff.
eod.cap.Iudicantem,30.queſtio.5.cap.1.de ſenten.
& re iudic.cap.cum Ioann.de fide inſtrument. non
debet eſſe clementior lege, le. cum fratre, C.de his
quibus,ut indign.Marſil.ſingul.182.Port. Imolen.
conſi.50.num.8.ubi alios allegat.& conſi.134. nu-
30 me.14.requiritur autem,ut Iudex ſit†bonus,nõ au-
tem melior ipſa leg.l.ſocietate,§.arbitrorum,& ibi
Barto.& Alberic.ff.pro ſoc. cap. Quintauallis, ubi
Aretin.de Iur.iur.l.rem non nouam,C.de Iudic. &
31 ideo debet delinquentes coercere pœnis † inflictis
a Iure,le.ſancimus,cum ibi not.C.de pœn. l.3.in fi.
C.de Epiſcopali audientia,l.quicunque. C. de ſeru.
32 fug.quod intereſſe publicum†exiſtimatur.l.ita uul-
neratus,ff.ad leg.Aquil.ubi Bald.dicebat, publicæ
diſciplinæ fauorẽ dictare,ac ſuadere,ut delicta pu-
niantur.l.licitatio,§.quod illicite,ff.de publ.& vecti
ga.l.capitalium,ff.de pœnis,cap.ut famæ,de ſen. ex
com.Soc.ſen.in c.ueniens,nu.257.de accuſa.

Hinc iure ciuili etiam conſtitutum eſt, iudicem
33 non debere concedere veniam remittendo† pœnã
debitam.l.ſi appariter,in fin.C.de cohortali .li.12.
34 nam ignoſcendo malis,†neceſſario perduntur bo-
ni,ut conſiderabat Saluſt. de bello Iugurt. & facit
tex.in cap.eſt iniuſta,23.quæ.4.& qui ſunt nequam
35 fiunt,propter ſpem†veniæ nequiores.d. cap. ut fa-
mæ,de ſenten.excomm.Hinc huiuſmodi miſericor
36 dia dicitur†illicita,cum ſit uitium oppoſitum Iuſti-
tiæ,rationi non ſubiecta,Luc.de Pen. in l.duos. col.
prima,C.de ſuſcept.& arca.lib.10.Di. Auguſtinus,
libr.9.de Ciuita.Dei.ca.5.& faciunt l.ſi hominem,
ff.de poſ.l.eleganter,§.idem Labeo, ff. de dol.cap.
2.in fin.de maledict.cap.ſi quis Diaconus, diſtinct.
50.Quamuis iuſta miſericordia ſit licita,& commẽ
37 detur,& debet eſſe penes omnes,†cum ſit uirtus, ut
meminit Cicero in oratione pro Ligario, Nulla de
uirtutibus tuis plurimis, nec gratior, nec admirabi-
lior miſericordia eſt.Menoch.de arbit.Iud.quæſ.8.
lib.1.num.39.& Diu.Auguſtinus in cap. quem pœ
nitet,de pœnitent.diſtinct.prima,Opus miſericor-
diæ eſt peccanti peccata dimittere, ſed oportet, ut
iuſtus miſereatur iuſte.Calderin. in cap. poſtulaſti,
num.15.de pœnit.& remiſſ.non remittit Deus de-
decus culpæ,ſine decore iuſtitiæ,capitu.Baptiſm.de
conſecr.diſtinct.4.& miſceatur lenitas cum ſeueri-
38 tate,& fiat quoddam ex utroque†temperamentum,
vt neque multa aſperitate exulcerentur ſubditi,ne-
que nimia benignitate ſoluantur,cap.diſciplina, &
cap.omnis,qui,diſtinct.45.l.reſpiciendum,ff.de pe
ni.& habetur Eccleſi.7.& in Pſalmo 84. extrema
39 enim ſunt†uitioſa, & ex duobus contrarijs fit me-
40 dium †optimum,Paul.de Caſtr.per illum tex.in l.cõ
tinuus, §.cum ita,ff.de uerb.oblig.nam,qui nimis e-
mungit,ſanguinem elicit,cap.denique,diſtin.4.cap.
niſi cum pridem,§.propter,de renunc.cap. hinc e-
tiam,§.albuginem,diſt.49.&,hanc eſſe neceſſariam
41 in Principe†,ex pluribus exemplis antiquorum tra-
dit Io.Redin.de Maieſt.princip.in uerbo,Ad Cle-
mentiam pronum.

III.not.in verſiculo Multi,cauſas admittendi hu
iuſmodi crimen confidentiæ, quas omnes explica-
42 ui q.9.& in unaquaque re,cauſa in†primis erit ſpe-
ctanda,Corn.conſil.161.num.17.lib.2.Soc.Iunior
conſi.73.num.30.uol.1.cum aliis,quę citaui de reſi-
gn.benef.lib.5.quæſt.1.in principio, & præſertim
43 in†maleficijs,Bart.in l.aut facta,§.cauſa,ff.de pœn.
per illum textum.quod eo magis procedit in bene-
ficialibus,nam beneficia deſiderantur.

Quarto no.in uerſ.Quare nos volentes,quatuor
caſus confidentiales,quos conſtituit Pius V.& iudi-
cat confidentiales,& illos late explicauimus quæſt.
27.cum ſequentibus.

Quinto not.ex eiſdem uerbis,& ſequentibus, cõ
44 fidentiam habere locum†in omnibus beneficijs, &
dignitatibus,ac monaſterijs,& eccleſijs.nam ſpecia
liter exprimit hoc.unde nullum remanet dubium,
ut etiam late diximus quę. 15.& procedit etiam in
Conſiſtorialibus ſolitis in Conſiſtorio prouideri,
cum ibidem loquatur de Eccleſijs Cathedralibus,
& Metropolitanis,& in §.nos enim, de alijs conſi-
ſtorialibus.habet etiam locum in monialibus,ut la-
te probauimus q.18.

45 Sexto not.comprehendi†omnes, & ſingulas per
ſonas Eccleſiaſticas,& Laicas,etiam patronatus ha
bentes,etiam conſtitutos in dignitate, etiam Ab-
bates,Epiſcopos,Archiepiſcopos,Primates, Cardi
nales,ut in eodem §.Quare, & in alijs ſequentibus,
ac clare in §.Quo circa,& tradit idem Pius V. Con
ſti.52.158.& expreſſe voluit Pius IIII.dicta Conſt.
109.& diximus q.19.20.cum ſeq.

46 Septimo not.habere locum†confidentiam, ſiue
collatio fiat a Papa,ſiue ab Ordinario, vt patet illis
47 uerbis,*Quacunque auctoritate*.&,qui omne dicit,†
nihil excludit.l.Iulianus,in principio,ff.de le.3.l.pe
diculis,§.Labeo,ff.de aur.& arg.leg.l.a Procurato-
re,C.Mand.cap.ſi Romanorum,diſt.19. Dec.con-
ſi.29.colum.2.Natta conſil.478.num.2. late Crau.
conſi.294.numero primo, & ita ſimilia uerba ipſe
interpretatus ſum de reſign.benefi.lib.12. quæ.13.
& fundamentum illud eſt,quoniam adeſt eadem ra
tio,iuxta tradita per Nauarr.conſi.11.num.2. de Si
48 mon.ideo idem ius†ſtatuendum.l.illud,ff.ad l.Aqu.
a Titio,ff.de uerb.oblig.

49 Octauo not.quod confidentia habet † locum tã
in uacatione beneficij,quæ fit per obitum,quam in
illa,quæ fit per reſignationem,ut in eod.§. Quare
nos uolentes,exprimitur,de reſignatione,& in §.ſe
quenti,inci. Itidem.exprimitur de collatione,& ali
bi pluries in uerbis ſequentibus. nam uiget eadem
50 ratio,& vacatio†per obitum,& per reſignationem
parum differat,ad trad.per doctores,in cap.ſuſcep-
tum,de reſcrip.lib.6.& in clemen.1.de procurator.
quomodocunque enim commiſſum ſit ſcelus, erit
51 vindicandum.l.ſancimus,C.de pęnis,l. capitaliũ,ff.
eo.infitiari tamen non poteſt,quin frequentius uer
ſetur in reſignationibus.

Nono in uerſiculo ad probandum,nota quatuor
coniecturas,& pręſumptiones legitimas ad ꝓbãdũ
plene confidentiarum abuſum:quas nos explicaui-
mus



mus quæſt.31.cum ſequentib.
52 Et,licet plerique † diſtinguant coniecturam a
præſumptione,Roman.in l.1.num.7.C. de teſtam.
* mil.receptior * tamen ſententia eſt,ut confundan
tur,& coniectura ſignificet præſumptionem, ac è
contra.Socin.Senior in le.cum auus,nume.70. ff.de
condition.& demonſtrat.Gloſſ.in leg.uerum,ff.de
donat.inter uirum & uxor.Mantica de coniecturis
ultim.uolunt.libro primo,titul. primo, numero 3.
Hæ igitur coniecturæ,& præſumptiones accipiun-
53 tur pro ueritate, † donec aliud appareat,l. penult.
ff.de probatio.Alciat.conſilio 52. numero 6. libro.
5.ad not.in leg.diuus,ff. de in integrum reſtitutio.
& le.ultima,C.de probatio.& illis egemus, cum nõ
54 conſtat † uere de crimine, & pactione, Gloſſ. &
Bald.in le.cum citra,C.de Iur.dot.Felin.in cap.ſi au
tem, numero 3. de reſcript.egregie Angelus conſi.
191.ad finem,Alexan.conſi.52.nu.20.uol.4.Ruin.
conſi.36.num.9.uol.1.

55 X.not.in uerſiculo Teſtes, quod † teſtes ſingula-
res recipiuntur.quod etiam not.Nauarr.in Manua.
cap.23.ſub numero 110.uerſiculo not.nono,& hoc
56 eſt contra † regulam Iuris ciuilis, & Canonici,
cap.nihilominus,& ibi Gloſſ.3.quæſtio.9. cap.tam
literis,ubi Gloſſ.de teſtibus cap.cum dilecti,de ele-
ctio.cap.licet cauſam,ubi Abba.de probatio.capit.
bonæ,& cap.primo,de electio.& ideo non plus pro
57 bant mille teſtes,† ſingulares,quam unus, Bald.in l.
iuſiurand.colum.2.C.de teſtibus Alexand. conſilio
18.colum.ultim.uolum.4.& conſil. 20. & 71. uolu.
eod.Cardin.Pariſ.conſil.57.colum.2.uolu.1.Socin.
Iun.conſi.90.num.8.uolu.2.Fel. in cap.licet ex qua
dam.colum.3.de teſtibus.Et ratio, quod hoc Papa
uoluerit in hoc crimine, fuit atrocitas eius, & quia
ſolet occulte perpetrari,iuxta quæ pluries diximus.
Et Papa,qui non poteſt generaliter ſtatuere,ut ſte-
58 tur dicto†unius teſtis in omni cauſa, cap. indicas, 3.
59 quæſt.9.nam de Iure diuino†eſt,ut duo teſtes ſuffi-
ciant,cap.in omni,de teſtibus.cap. cum eſſes, & ca.
60 relatum,de teſtamen.quod ius† non poteſt tollere,
cap.Iulianus,& cap.qui reſiſtit, 11.quæſt. 3. cap.ut
noſtrum,ut Eccleſi.benefic.Turrecrem. in Sum.de
pot.Pap.libr.3.cap.54.& 57.Abba. in cap. non eſt
uoti,de uoto, Angel.in uerſicu.Papa in prin.Henr.
Boich.in cap.ex parte,el ſecundo,colum.2.de offic.
61 delega.neque aduerſus illud † diſpenſare,capitul.
qui omnipotentem, 11.quæſt. 3. cap. ſunt quidam,
25.quæſt.1.Abba.in cap.ſuper eo,de uſur.Præpoſi.
in cap.ſicut,diſtinct.14.D.Thom.in 4.collib.quæ-
ſtio.14.Petr.Palud.in tractatu de Eccl.pot.ar.5.Ge
* min.conſi.96.col.5.& communiter * alii dd.ut late
per Pariſ.conſi.68.uol.4.per totum.

Poteſt tamen in certis caſibus ſtatuere, ut ſtetur
62 dicto unius teſtis, † etiam in præiudicium alterius,
vt per Speculatorem de teſtibus,§.reſtat,de nume-
ro,Roman.ſingula.714.Felin.in cap. Conſtitutus,
num.16.uerſicu.nec dicas,de reſcrip. & in cap.ulti.
numer.7.uerſic.non poſſet,de maiori. & obedi. ubi
63 comprobat,poſſe ſtatuere,ut aliquis clericus † non
obligetur ad horas Canonicas,vt Iuramentum in
aliquo caſu non liget, ut die Dominico quis exer-
64 ceat artem ſuam.nam præcepta moralia,†licet non
recipiant mutationem in toto,illam tamen poſſunt
recipere in partem,& in caſu particulari,Richar.in
4.diſtin.38.Sanctus Thom.2.2.quæſt.88.art.10.&
plures citat Henr.Boich.in cap.1.num. 2. de Con-
ſtit.Ange.in uerbo Papa, §.primo,Roſell. in uerbo
Papa,& alij,ut per Pariſ.d.conſil.67.num.120.cum
ſequen.uolum.4.

XI.not.ex eodem uerſicu.Teſtes,ibi, Pluresque,
quod non ſufficit una ex quatuor coniecturis poſi-
65 tis in dicta Conſtitutione, ut ex ea eliciatur plena†
probatio ad effectum deueniendi ad condemnatio
nem,quod etiam notat Nauarr.dicto capit. 23. ſub
numer.110.uerſiculo not.8.& dicam infra.Nauarr.
66 autem†errat in eo,quod confundit caſus confiden-
tiales cum coniecturis,& dicit quod prima, & octa
ua ſunt leues.nam Pius V. loquitur, ut una iſtarum
quatuor coniecturarum nõ ſufficiat,cum receptum
* ſit ab omnibus,* unũ ex quatuor primis caſibus ſuf
ficere,ut dicam infra.nec de facili propterea conce
derem arbitrium Iudicis, quod dicit liberandum
67 Nauarr.cum habeamus†regulas certas,cap.de cau-
ſis de offic.deleg.niſi illum ſaluemus circa circunſtã
tias,l.1.ff.de Iur.delib.

XII.noto in uerſiculo Cæterum, quod teſtes cri
minoſi,& cęteri omnes,qui ad perhibendum teſti-
monium in crimine ſimoniæ reſpiciuntur, admit-
tuntur in crimine confidentiæ.& regulare eſt,ut ſi-
68 moniam probet†quilibet teſtis,cap.licet heli; ubi
Gloſſ.Anan.& alii omnes,de Simon.Gloſſ. in cap.
cum primo de accuſat.Redoan.de Sim. par.4.cap.
5.num.7.Nauarr.in Man. cap. 23.ſub num. 110.&
69 quilibet†poſſit accuſare in hoc crimine,cap.3.de Si
70 mo.etiam ſeruus†dominum,& meretrix alios, cap.
71 tanta,ubi Felin.de Sim.& ratio eſt,†vel eius imma-
nitas,cap.per tuas,& cap.ult.1.quęſt. ult. cum aliis,
quæ citaui de reſigna.benefi.lib.14.quæſt.8.colum.
72 1.uel quia eſt de his,quæ ſolent†occulte committi,
* Redoan.d.tract.p.4.cap.6.col.3.& 4.& communi-
73 ter*receptum eſt,vt,quando ueritas aliter † haberi
non poſſit,teſtes minus idonei faciant fidem,capit.
veniens,el ſecundo,in fin.de teſtibus,& ibi Glo.ult.
cap.cum dilecti,de elect.Lap.alleg.94.colum.1.Io.
Andreas in addit.ad Specul.in titu.de teſte,§.1.uer
ſicu.quid ſi olim.Abba.in cap.cum in tua, numero
7.de ſponſal.Roman.conſil.76.colum.2.Marſil.ſin
gul.73.& in l.diuus,uolum.2.ff.de quæſtion.& late
hanc cõcluſionem proſequutus ſum infra. Et,quod
hi teſtes admittantur in hoc crimine, intelligitur
tam ad probandum coniecturas quatuor, quam e-
tiam ad probandum quatuor caſus in eadem Con-
ſtitutione poſitos. nam Pius Quintus vtitur uerbo
74 generali, *Ad prædicta omnia admittantur*.clauſula
†enim generalis in fine poſita refertur ad omnia
præcedentia,l.talis ſcriptura,in fin.ff.de leg.1.l.3.§.
penult.ff.de libe.& poſthum.Burſat.conſil.460.nu
me.57.uolum.4.

XIII.not.in uerſicu.Sed ne quiſquam priuatio-
nem beneficiorum omnium,& ſingulorum obten-
torum,& inhabilitatem ad obtinenda,aduerſus cõ-
75 fidentiarios,†quæ pœna non ſolet infligi, niſi pro
criminibus grauibus,cap.tuæ de pœn. cap.inuentũ,
16.q.7.Glo.in cap.ult.in uerbo Supplicauit, 1.q.5.
Gloſſ.ult.in cap.1.de capellis monachi li.6.Gl.1.in
cap.ſicut,el 2.de Iur.iur.Gloſſ.in cap. ad Apoſtoli-
cæ,in uerb.grauiſſima pœna,de re Iudic.lib. 6.Ab-
ba.per illum textum in cap.ut famæ,de ſent.excom
mu.& in cap.quod in dubiis,per illum textum de pę
na,& ideo ex hoc poſſumus ſumere argumentum,
confidentiam eſſe de grauioribus criminibus,
76 cum ex magnitudine † pœnæ colligatur atrocitas

 criminis,

criminis,cap.non afferamus ſtateras, 24.quæſti.1.
DD.omnes,in cap.at ſi clerici,de Iud.faciunt, quæ
ſcribit Aretin.in cap.cum prim.Manconella, nume
ro 27.de accuſat.& ex huiuſmodi pœna poteris no
tare differentiam inter Simoniam, & Confidentiã,
ut per Card.Pariſ.conſi.29.volu.4.

77 XIIII.not.ex eodem verſic.†Excommunicatio-
nem Papæ reſeruatam,in qua nullos abſoluere po-
teſt, niſi in mortis articulo.

XV.not.ex eod.verſicu.Etiam,quod fructus be-
neficiorum, per huiuſmodi confidentiam collato-
rum, & penſionum confidentiarijs conſtitutarum
reſeruantur Cameræ Apoſtolicæ a die collationis,
78 & conſtitutionis.†quod Nauarr.in d. Man. cap.23.
ſub num.110.verſ.quinto,not.nouum caſum, dicit
menti tenendum,ad conſulendum eis, qui in hac re
peccarunt,& dicetur infra.

XVI.not.amplam & nouam reſeruationem, quã
omnia beneficia collata, & recepta in confidentiã
79 illicitam,& ſimoniacam ſunt†reſeruata Sedis Apo-
ſtolicæ diſpoſitioni.quod etiam aduertit Nauarr.d.
Man. cap. 23.ſub numero.110.uerſicu. 3. not.& id
Pius IIII.voluit in dicta Conſtitut.109.ſupra rela-
tã,& in principio refert Pius V.& ipſe ſcripſi de re
ſigna.benefic.libr.2.quæſt.16.num.28.in qua quæ-
ſtio.alia beneficia reſeruata retuli. ex quo ſequitur,
quod ordinarij collatores non poſſunt ſe intromit
80 tere in conferendis†his beneficijs,Biſignet. deciſ.4.
de renunc,Caſſador. deciſ.8.nume.9. de præbend.
Caputaq.deciſi.45.par.1.Bellam.deciſi.549.& pro
batur in cap.nomen,2.queſtio.1.cap. dudum,& ca.
multum ſtupeo,3.quæſt.6.cap.ut noſtrum, de ap-
pella.cap.ſi eo tempore,de elect.lib.6. Sed ſolus Pa
81 pa,†Rota deciſ.30.de præbend.in nouis,& deciſ.1.
de rerum permut.& deciſ.3.de off.deleg.eod. libro
Archidiacon.in cap.cum in tua,de cenſ.& commu-
* niter*alij doctores.

Ex quo infert Nauarr.loc.citat.quod hæc confi
dentia ſpecies ſimoniæ confidentialis etiam ex vna
tantum parte completa, peior eſt ſimonia reali,ex
vtraque parte executa,quia illa non aufert poteſta-
tem Ordinario conferendi,nec reſeruat illam Papę,
hæc autem vtrunque facit.

Et hoc procedit non ſolum in beneficijs,in qui-
bus commiſſa eſt confidentia,ſed etiam in aliis,quę
obtinebat confidentiarius, ut in dicto §. ſed nec
quiſquam dicitur,ibi,& beneficijs obtentis: quæ pa
riter ſub dicta reſeruatione comprehendi uolu-
mus.Ergo reſeruatio ſe extendit etiam ad obtenta,
arg.l.ancillæ,C.de furt.

Sed dubium eſt,an dicta beneficia reſeruata ob
hoc crimen ſint impetranda a Summo Pontifice,cũ
expreſſione, quod uacant ob dictum crimen, vel
ſufficiat clauſula apponi ſolita in literis,Alio quo-
uis modo,vt in ea comprehendatur huiuſmodi re-
ſeruatio?Pariſ.conſi.138.num.11.& ſequen.uolum.
4.Mandoſ.in regu.de Infirm.quæſtio. 17. nume.8.
82 verſicu.mihi uera uidetur,tenent,huiuſmodi† clau-
ſulam non comprehendere reſeruationem non fa-
cta aliqua mentione reſeruationis,& mouetur,quo
niam verba illa,Alio quouis modo, interpretantur
83 de modis†ſimilibus,cap.Sedes,& ibi* omnes de re-
ſcrip.ergo non ſupplet defectus reſeruationis. ſed
contraria opinio mihi probatur,quod ex dicta clau
ſula ueniant beneficia uacantia ex confidentia,ut in
terminis firmat Nauarr.in Man.cap.23. ſub nume-
ro 110.uerſiculo tertio not.ſub fine, quoniam com
* munis * eſt opinio,prædictam clauſulam † com-
84 prehendere reſeruationem,Rot.deciſio.12.de prę-
bend.in antiquior.per Biſignet.Sarnen.de ſuf. non
reſign.quæſtio.34. in principio, vbi dicit, hoc eſſe
vulgatum.Pelegrin.deciſio.262. libro 2.& deciſio.
342. libro 3.in recol. manuſcrip. & de communi
atteſtatus ſum in tractat.de reſign.benefic.libro 8.
quæſtio.7. numero 132. vbi firmaui hanc ſenten-
85 tiam,quia uerba ſunt † uniuerſalia, & apta com-
prehendere omnem uacationem maiorem expreſ-
ſa.Gloſſ.in clement.ultim. de ſentent. excommun.
in uerbo quouis, & in clement.ne Romani,§.1.de
elect.Cot.deciſio.277.Mœdan.deciſio.107.in ma-
nuſcrip.Gemin.conſil.79.Cardin.conſil.30.Caſſa-
dor.deciſio.quinta.de præbend.& quia, quando Pa
pa uult ultra reſeruationem ſimplicem, vt exprima
tur uacatio, & huiuſmodi reſeruatio id exprimit,
ut patet in Conſtitutione eiuſdem Pij V.29. incipi.
cum ex Apoſtolatus, ubi reſeruata beneficia uacan
86 tia ob crimen † hæreſis,& in §.declarantes, man-
dat impetrationem eſſe faciendam hoc expreſſo,&
ſtatuit,ut non ueniat ex clauſulis generalibus,idem
que in uacantibus ob non publicationem, vt ſcrip-
ſi de reſigna.benefic.libr.11.& ad argumentum in
contrarium adductum poteſt reſponderi, ex eo,ut
87 uerba † aliquid operentur,cap.Abbates, de uerb.
ſignifica.cap.ſi Papa,de priuileg. libro 6. Sarnen.
de uerißimil.nota.quæſtio. 3. uerſiculo ſed prædi-
ctis.Et hæc concluſio eo magis procedit, ſi addatur
in ſupplicatione,ut ſolet fieri, quomodocunque re
ſeruatum exiſtat.nam tunc caperet omnem reſerua
tionem,Pariſ.dict.conſil.138. Mandoſi. loc. citat.
numero 8.

XVII. not.in uerſiculo,Nos enim relaxationem
88 reſeruationis cauſarum confidentiarum†pręter pen
dentes indeciſas tunc temporis, & præter mouen-
das rationes eccleſiarum, & monaſteriorum, quo-
rum diſpoſitio in Conſiſtorio fieri conſueuit, aut
debet,& contra Epiſcopos,& alios ſuperiores Præ
latos, & ideo poſtea mandatur Ordinarijs omni-
bus,ut procedant,& ſecure animaduertant, & in ex
ceptuatis inquirant,inquiſitioneſque factas, ſigna-
tas ad Papam tranſmittant.quod quomodo hodię
procedat, dicam infra ſuo loco.

XVIII.not. nullitatem actus. & dicit Nauarr.d.
89 Man.cap.23.ſub numero 110.verſic.quarto,† quod
non ſolum collationes per huiuſmodi confiden-
tiam factæ, & reſignationes ſunt nullæ, ſed etiam
omnes Acceſſus,Regreſſus,Penſiones, & alia quæ-
cunque reſeruata confidentiarijs, & alijs ratione
prædicta:& uerſiculo ſecundo, dicit, quod ſimonia
90 †conuentionalis confidentiæ,eſt peior alia conuen-
tionali beneficiali,qua palam emitur, vel uenditur
beneficium,quoniam per illam non annullantur a-
cta, nec inducitur cenſura, antequam ab vtraque
parte impleatur,idem Nauarr.dict.cap. 23. ſub nu-
me.103.per hanc autem ſic,quoniam,ſimul ac quis
accipit beneficium in confidentiam,antequam im-
pleat, quod promiſit, ipſo iure eſt excommunica-
tus,& ipſo iure collatio ei facta eſt nulla, & tene-
tur ad reſtitutionem omnium fructuum, quos per-
cepit.

XIX.not.quod Papa pro maiore firmitate huius
Conſtit.in uerſi.Non obſtantib.reuocat,& tollit,ac
reuocata eſſe decernit omnia,q̃ contra tenorem hu
ius Conſtitutionis exiſtunt.& primo tollit Conſti-
91 tutionem Bonifacij Papæ VIII.de una†dieta,q̃ ha
betur



betur in cap.Statutum,§.cum uero eiuſdem ciuita-
tis,ibi,nullus autem eorum vltra vnam dietam,a fi-
ne ſuæ diœceſis valeat conueniri,de reſcrip.lib.6.&
ibi Gloſſ.magna,in uerbo Vnam,Gemin. Anchar.
* Ioan.Monach.Franc.& alij*omnes tradentes ratio
nem,Rot.dec.34.de reſcri.in antiq.ubi refert,quod
* Rota*communiter tenet,ut dieta computetur†a fi-
92 ne diœceſis domicilij,Abba.in cap.nonnulli,nume.
3.de reſcr.& huiuſmodi derogatio eſt in tantum ne
ceſſaria,quod ſine ea reſcriptum eſſet nullum, ac e-
93 tiam proceſſus,& non poſſet†partium conſenſu ua
lidari.Abb.in cap.olim,col.2.uerſ. in 2. quæſtione,
de except.Cardina.Zabarel.conſi.72.omnes autem
charitatis.in primo dubio,& plures Gloſſ.ad hoc al
legat Felin.d.cap.olim,num.3.Card.Pariſ.conſi.51.
num.39.& 40.uolu.4.Mandoſ.in prax.commiſſio-
num,commiſſ.28.uerſi.De.Et dicit hic Pius V.Bo-
nifacij VIII.prædeceſſoris noſtri, ſcilicet mediati.
non autem immediati,ad not.per Gemin.in c. præ
ſenti,num.1.& cap.quondam,num. etiam 1.de prę
bend.lib.6. nam plures fuerunt Pontifices inter v-
94 trumque.appellatione † enim prædeceſſoris, uenit
non ſolum immediatus,qui proxime defunctus eſt,
ſed quilibet mediatus,cap.1. poſt princ, de homic.
libr.6.Iaſo.in l.ſi quis filium,§.ult.colum.1.ff.de ac
qui.hæred.Dec.& Cagn.in l.qui per ſucceſſionem,
ff.de regu.iur.qui ante eum deceſſit,l. obſeruare,ff.
de offic.proconſ.cap.deceſſorum ſtatuta,23.quæſt.
2.cap.ad audientiam.de præſcrip.cap. ſtatutum,de
prębend.lib.6.

95 Secundo tollit decretum † Concilij generalis de
duabus dietis,quod eſt Generale Concilium Late-
ranen.editum ab Innocentio III, vt habetur in ca.
nonnulli,de reſcr.ubi poſt traditam rationem dici-
tur,Statuimus,ne quis vltra duas dietas extra ſuam
diœceſim per litteras Apoſtolicas,ad Iudicium tra
hi poſſit,& habetur in cap.ex parte de for.compet.
& utrobique doctores,Staphyleus ſuper ſignat.fo.
161.uerſi.Item in,ſecundum primam impreſſionẽ,
& requiritur huiuſmodi derogatio, cum abſque ea
proceſſus ſit nullus,ut poſt Ioann.Andr.Abba.tra-
dunt latiſſime Barbat.& Felin.num.28.& 29.dicto
cap.nonnulli,Card.alleg.conſil.72. & regulare eſt,
96 ut Concilio gñali†nõ cenſeatur derogatum,niſi ex-
preſſe dicatur,& non ſufficiat generalis derogatio,
Non obſtantibus Archidiacon.in cap. 1. in fine de
Conſtit.libr. 6.Bald. in l.humanum, C.de legibus.
Io.Anan.in cap.cum in diœceſi,colum.vlt. de uſur.
Oldrad.conſi.320.colum.1.poſt medium,& conſi.
328.colum.etiam 1.Capr.conſi.157.Iaco.Aluarot.
in cap.1.poſt princ.in tit.Conſtitutiones feud.Ro-
man.conſi.436.quod indultum column.4. & idem
Roma.in l.ſi uero,§.de viro,ff.ſolu.matr.in 23.Fal-
lentia,quia Conſtitutiones ibi editæ uidentur ma-
97 iori auctoritate†roboratæ propter plurimorum iu-
dicium,& conſenſum,ibi interuenientium,ca. ſi, &
ꝑ plures.diſt.20.c.per hoc,§.verum,de hęret.lib.6.
ubi Gemin.not.cap.nouimus,de uerb.ſignific,cap.
in canonicis,diſt.19.l.1.ff.de off.præt.Petrus de An
98 char.conſi. 35.col.2.& ideo† Conſtitutioni Conci-
liari non ita de facile derogatur,vt late proſequitur
Dec.in ca.1.in prima lect.num. 8.de iud.& propte
rea ſolus Summus Pontifex ei derogat, & Epiſcopi
99 non†poſſunt,Glo.communiter recepta in cap.cum
dilecti,in verbo ætate,& ibi Abba.& alij, de elect.
neque alij etiam legati a Latere,c. dilectus,el 1.ubi
Abb.in primo not.& c.dilecto,vbi Abbas in 4. tit.
de præbẽ.cum alijs,vt per Dec.in cap.at ſi Clerici,
§. de adulterijs, nu.65.de Iudic.

100 Et,quomodo † accipiatur dieta, late explicat
Gloſſ.in d.cap.nonnulli,uerbo Vltra,de reſcrip.ubi
Abba.num.3.dicit,diſpoſitionem illius cap.de dua
bus eſſe reſtrictam ad vnam,per d.cap.ſtatutum,de
elect.lib.6.& de iſtis dietis uide Carauit.in tit. 243.
num.5.Mandoſ.reg.de veriſim.quæſt.4.

Tertio,tollit alias Apoſtolicas conſtitutiones,&
ordinationes huic noſtræ Conſtitutioni in aliquo
contrarias,& hunc effectum operare dictam clau-
101 ſulam poſitam in lege tradunt Butr.in cap.1.de re
ſcript.Bart.in l.ſi quis,in principio,ff.de leg.3. Ab-
ba.in cap.cum inſtantia,de cenſ.Gemin. in cap.vni
co,de exceſ.præl.libr.6.Cald.conſil.7.de reſcr.& re
gulare eſt,ut per promulgationem iuris noui videa
102 tur†derogatum iuri antiquo,cap.1.de conſtitu.libr.
6.ubi omnes dd.notant,& uolunt, non eſſe neceſſa
riam in l.poſteriori,clauſulam.Non obſtantibus, &
103 præſertim fauore†reipublicæ,Barto.in extrauag.ad
reprimendum in uerbo Non obſtan. in 1. columna
Felin.in cap.nonnulli,nume.15. de conſtitut. quod
104 ſecus eſt in reſcriptis.nam ſunt†nulla,ſi de lege ſpe-
cialiter,vel ſaltem per verba æquipollentia non fa-
ciat mentionem,cap.eam te,de ætat.& qualita.cap.
v t.de reſcript.in 6.cap.pen.de appell. Monac. cap.
1.de exceſ.præl.in 6.Salicet.in l. hac conſultiſſima,
§.penul.& le.ſancimus,C.de Iudic.Petr. de Ancha.
conſi.255.colum.3.Oldrad.conſi.247.Cardin.con
ſil.53.Calderin.conſi.2.de priuileg. Feder. de Sen.
conſil.47.

Quartò,tollit indulta conceſſa Epiſcopis, & Car
dinalibus,& alijs,quod non poſſint excommunica-
ri,interdici,& ſuſpendi, aut ad iudicium trahi, niſi
de illis fiat expreſſa mentio, & ſic Papa uidetur ea
habere pro ſpecificatis.vnde perinde erit,ac ſi de oĩ
bus eſſet ſpecifica facta mentio:vt eleganter voluit
Bald.in cap.ſuper literis,col.6.verſic.Quid ſi Papa,
de reſcr.arg.l.qui iure militari,ff.de mil. teſt. ſequi-
tur Felin.dicto cap.nonnulli,ſub num.6.uerſi.ſimi-
liter,Soc.ſen.conſi.266.lib.2.Ideo huiuſmodi indul
tis communiter,vel diuiſim non obſtantibus prędi
ctæ perſonę ſubiiciuntur huic Conſtitutioni.

105 Quinto,per clauſulam,† Quorum tenores,quam
poſtea ſubiungit,videtur derogare,& tollere etiam
priuilegia,& indulta,clauſulam derogatoriam habẽ
tia ad futura priuilegia,ſiue indulta, niſi de ipſis de
verbo ad verbum fiat expreſſa,indiuidua,& ſpecia-
* lis mentio,ſecundum ſtylum*Curiæ,teſte Butr.con
ſi.2.Ioan.Andr.in cap.vnic.de exceſſ.præl.Felin.in
dicto cap.nonnulli,ſub num.6.de reſcr.Crau.conſi.
126.num.7.Rip.in cap.1.num.55.de reſcr.Mando.
reg.19.quæſt.19.num.13.ubi atteſtantur de com-
muni,& rationem ponit Feder.de Sen.conſi.47.li-
cet contrarium uoluerint Cardin.conſi.136.Calde.
conſi.11.de priuileg.Paul.de Caſtr.conſi.278.lib.1.
Caputaq.deciſ.121.part.1.

106 XX.& vlt.not.in uerſic.nulli,quod †ibi Papa cõ-
minatur pœnam non parentibus, contradicentibus
huic Conſtitutioni,& hanc pœnam intellige infli-
ctam aduerſus eos,qui ſine iuſta, & rationabili cau-
ſa contradicere audeant, ut probant illa verba ſe-
quentia,Infringere.vel ei auſu temerario contraire.
& ita interpretatur Staphyl.in tract.de lit.grat. rit.
de vi,& effectu clauſularum. Clauſula, nulli omni-
no,& faciunt not.in c.in præſentia,de probat.

*SVMMARIVM.*

1 *Confidentia,crimen ſimoniæ.*
2 *Confidentia eſt ſimonia conuentionalis.*
3 *Simonia prohibita eſt.*
4 *Crimina omnia reſpectu ſimoniaci pro nihilo reputantur.*
5 *Simon Magus dedit nomen Simoniæ.*
6 *Prohibito genere,prohibetur ſpecies.*
7 *Beneficia debent conferri idoneis.*
8 *Idoneus ad beneficia,qui dicitur.*
9 *Beneficia non debent dari per ſucceſſionem.*
10 *Beneficia plura incompatibilia vni perſonæ dari non debent.*
11 *Laicus non poteſt habere beneficia.*
12 *Laicus incapax ſpiritualium.*
13 *Criminoſus non poteſt habere beneficia.*
14 *Fœmina non poteſt habere beneficia.*
15 *Illegitimus non poteſt habere beneficia.*
16 *Minor incapax beneficiorum.*
17 *Princeps debet obuiare fraudibus.*
18 *Scandalis obuiandum.*
19 *Ratio Conſtitutionis Pij IIII.de confidentijs.*
20 *Suſpicione etiam ſimoniæ debet quis carere.*
21 *Simonia,peſtis.*
22 *Simonia,accedit hæreſi.*
23 *Simonia,crimen capitale.*
24 *Simonia,maximum vitium.*
25 *Super ſimonia non diſpenſatur.*
26 *Simonia,vitium deteſtabile.*
27 *Simonia,crimen grauius cæteris.*
28 *Simoniaci fures.*
29 *Simoniaci latrones.*
30 *Simoniaci idolatræ.*
31 *Simoniaci ab omnibus reſpuendi.*
32 *Simoniaci difficile ſaluantur.*
33 *Simoniacus comparatur homicidæ.*
34 *Simoniacus comparatur fornicatori.*

## QVAESTIO VIII.

EX quibus cauſis confidentia fuerit prohibita.

OCTAVO, Quæro,qua ratione cōfidentia be
neficialis fuit prohibita per Pium IIII. &
Pium V.? Reſpondeo,ex duplici ratione: Primo,qa
1 confidentia † eſt crimen ſimoniæ, Caputaq.deciſio.
2 202.num.5.par.1.& dicitur ſimonia † conuentiona-
lis.idem Caputaq.deciſ.201.numer.1.ead.par. 1.&
colligitur ex Conſtitutione Pij IIII.in princip. ibi,
*Sane,licet dudum cum certam ſimoniacæ prauita-
tis ſpeciem, quam beneficiorum confidentiam vo-*
* *cant*,&* communiter per omnes traditur.ſed ſimo
3 nia † prohibita eſt,cap.eos,1.quæſt.1.& ibi Gloſſ.&
Docto.cap.emendari,cap.quicquid inuiſibilis, cap.
4 qui ſtudet,1.q.1.immo cætera crimina † reſpectu hu
ius quaſi pro nihilo reputantur,cap.ult.1.q. Abb.in
* rubr.huius tit.& alii*omnes,vt per Redoan. in tra-
cta.de Simon.par.1.c.1.num.26.ubi num.9.dicit,Si
5 monem magnum dediſſe † nomen,& denominatio-
nem huic ſceleri,ac labi ſimoniacæ, in nouo Teſta
mento,cum primus tentauerit emere gratiam Spiri
tus ſancti a Bea.Petro Principe Apoſtolorum,poſt
mortem D.N.Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri, ca.Sal
uator, 1.q.3.Act.Apoſt.cap.8.Abb.in cap.extirpā-
dæ,§.qui vero,col.penu.nu.53.de præb.Gl.in Sum
ma,1.q.1.Hoſt.in Summ.tit.de Simon.ergo & cō-
6 fidentia debet eſſe prohibita.nam,prohibito † gene
re,uidetur etiam ſpecies contenta ſub eo prohibita.
Roman.in auth.ſimiliter.col.78. C. ad leg. Falcid.
Corn.conſi.330.ad fin.lib.1.Iaſ.in l.2.in princ. col.
6.ff.de uulg.& pupill.

Secundo,quia inter ea,quæ de ſacrorum benefi-
ciorum adminiſtratione,& diſtributione ſacris Cō
cilijs, & Canonibus ſancita ſunt, tria potiſſimum
antiquos patres pre oculis habuiſſe compertū eſt;
7 Primum, † vt beneficia Eccleſiaſtica perſonis ido-
neis,ætate,uita,& doctrina,conferantur. capit.cum
in cunctis,ubi omnes DD.de elect.cap. quanto, di.
24.cap.ex tenore,& cap.non eſt,de tempor. ordin.
cap.22.Concil.Carthaginen.3.ca.5.ſeſſ.23. Conci.
Trid.Rebuff.in prax.benefic.titu.requiſi.ad collat.
num.23.cum ſeq.& in tit.form.Vicar.nume. 87. &
num.144.Ant.de Butr.in ca.conſtitutus, num.2.de
8 conceſſ.præben.nam † idoneus dicitur præditus ma
turitate ætatis,morum grauitate,& literarum ſcien
tia,Card.Pariſ.conſi.40.num.13.uolu.4.Rebuff.de
pacif.poſſeſſ.num.172.Alfonſ. Hoied. de incomp.
benef.par.1.cap.23.num.130.dixi in tract.de reſi-
gna.benef.lib.4.q.1.col.2.Secundum, vt hæredita-
9 ria ſucceſſio procul a beneficijs † arceatur,c.ex tranſ
miſſa,cap.extirpandas,de fil.presbyt.cap.1.de præ-
ben.vbi late ſcripſi,c.conſuluit,de iur.patron.ca.ad
hæc,de decim.cap.Apoſtolica,8.q.1.

Tertium,ne plura beneficia,maxime vero incō-
10 patibilia uni † perſonæ regenda committantur,cap.
quia in tantum,cap.ad hec, cap. cum non ignores,
cap.referente,cap.de multa,de præbend.cap.nemo
deinceps,de elect.lib.6.cum alijs,quæ late,& abun-
de ſcripſi in tract.de reſign.benef.lib.3.quæ. 1. Ad
eludēda tam ſancta,& neceſſaria decreta impij ho-
mines propter improbas cupiditates commēti ſunt
hanc impoſturam,quam Confidentiam vocāt,qua
fraudem ſacris Canonibus facientes conſequeban-
tur beneficia, & ut beneficiorum fructus cederent
commodo,& vtilitati eorum,qui ad huiuſmodi be-
neficia ſunt inhabiles,uel etiam vt ea tanquam hæ-
reditaria ad quoſcunque ſucceſſores tranſeant, aut
plura beneficia incompatibilia penes vnum ſint;
& plerunque tali via laicus poſſidebat beneficia
11 contra † omnes Canones, capit. cum adeo, de re-
ſcript.cap.ex literis,de tranſact.cap.ex literis.de in-
ſtitut.cap.Eccleſia ſanctæ Mariæ,de conſtitut.Ab-
ba.in cap.maiores,de præbend.Archidiacon. in ca.
ſi quis hoc geſſerit.1.quæſt.3.Nauarr.conſilio.1. de
præbend.Ioan.Selu.de benefic.par.2.quæſt.23. nu-
mer.14.Rebuff.de pacif.poſſeſſ.nume.324. cum ſit
12 incapax † ſpiritualium,cap.ſiquis deinceps, 16.quæ-
ſtio.7.cap.Meſſana,cap.ſacroſancta,de elect.capit.
cauſam,quæ de reſcript.Cardin.in clement. ſi iuſta,
13 in 2.quæſtio.de præbend.ac etiam criminoſus † con
tra Canones expreſſos,vt per Felin.in cap.poſtula-
ſti.colum.4. de præſcrip.Cardin.conſi.20.de præb.
Ioan.Selu.de benef.par.3.quæſt.11.num.157.Me-
noch.in tract.de arbitr.iud.caſ.202.nu.37.& com-
muniter DD.cum alijs,quæ late ſcripſi de reſig.be
14 nefi.lib.4.quæ.3.& fœmina, † ut quotidie in Regno
Franciæ fit,contra etiam omnia iura,Innocē. & alii
in cap.cū noſtris,de conceſſ.præb.Rebuff.de pacif.
poſſ.nu.312.Alfonſ.Hoied.de incompat.benef.pa.
15 1.cap.vlt.num.73.Ac Illegitimus, † contra ea, quæ
16 habentur in cap.15.ſeſſ.25.de reform.& Minor, †
contra ea,quę habentur in cap.6.ſeſſ.23.de reform.
Ideo ad tollendum hunc abuſum felic. recordatio-





nis Pius eius nominis IIII. Conſtitutionem edidit,
qua confidentias prohibuit, &, quantum in ſe fuit,
funditus ſuſtulit.ſed,cum ſanctæ memor.Pius V.Pō
tifex Maximus,eius immediate ſucceſſor exiſtima-
ret per experientiam non ſatis per dictam Conſti-
tutionē prædeceſſoris ſui prouiſum fuiſſe huic ma-
lo,alteram edidit ampliorem,ut omnes comprehē-
17 deret caſus.Princeps † enim debet fraudibus,& mali
tiæ ſubditorum obuiare.l.cum hi,§. ſi cum lis,ff.de
tranſact.l.ſi legatarius,C.de legat.le. queſtiones.in
fin.C.de fideicom.Rayner.de Forliu.in l.omnes po
puli,ſub num.8.ff.de iuſt.& iur.Auguſt.in addit.ad
Ange.de malef.in uerb.fama publica, ſub nu. 118.
18 in fin.ac † ſcandalis,Gloſſ.in cap.ſi forte,diſti. 63. &
faciunt,quæ congerit Roman.conſil.332.num. 16.
Felin.in cap.2.colum.1. & 2. de præſcript. Ioann.a
Capiſtr.in cap.manifeſta,num.43.de pœniten.& re-
miſſ.Iacobat.de Concil.lib.9.art.12.nu.114. & eo.
libr.art.3.nume.28.Redoan.de Simon.cap.3.num.
16.& plura huius generis ſcripſi de reſign. benefic.
lib.5.q.3.a num.153.vſque ad num.172. Ideo Pius
19 IIII.in † ſua Conſtitutione in princ.dicit:*Simoniacæ
prauitatis ſpeciem,quam beneficiorum confidentiā
vocant*.Et ibi:*Hanc illicitam beneficientiæ exercē-
dæ,&c*.Et ibi:*Huic aliena beneficia cuſtodiendi mo
do ne aſſueſcerent*.Et Pius V.etiam in principio ſuę
Cōſtitutionis: *Ab improbis conatibus grauiore ſan
ctione*.Et ibi: *Ad tollendam fiduciariæ mancipatio
nis beneficiorum Eccleſiaſticorum corruptelam*.
Et ibi:*Propter improbas multorū cupiditates, etc*.
Et ibi:*Cum frequentibus plurium querelis,&c*. Et
ibi:*Vitium confidentiæ*.Et in §.*Quare nos volentes
periculoſam talium audaciam noui iuris ſubſidio co
hibere*.Et in §.*Sed ne quiſquam*,ibi: *In crimine per
ſeueret*.Et ibi:*Vtque hoc malum,&c*.Ac alibi.

20 Accedit,quia † oportet carere non ſolum vitio ſi-
moniæ,ſed ſuſpicione,Gl.in cap.nos, de ſimo. Re-
21 doan.de ſim.par.4.cap.10.num.19.Simonia enim †
eſt peſtis,Hoſt.in cap.tanta,num.1.de ſim.Et ratio
nem reddit Gammar.in extrauag.Iul.II.de Simo.
elect.Pap.num.40.Prauitas peſtifera, Hoſtien.in c.
22 in tantum,num.1.de ſimo. † Accedit hereſi,Hoſt.in
cap.quoniam,num.4.eo.tit.Archidia.in cap.fertur,
num.12.1.quæſt.1.& ibi Card.Alex.nu.1.Abba.in
cap.cum veniſſent,num.7.de Iudic. Caraf.de ſimo.
num.41.Iacobac.de Conc.lib.4.cap.4.num.74. Cri
23 men † capitale,Redoan.de ſimon.par.1.cap.5.num.
24 2.& par.4.cap.3.num.16.& † maximum, Redoan.
25 eo.tract.par.4.cap.8.nu.10.Et † indiſpenſabile, Idē
Redoan.par.4.cap.15.num.2.Crimen deteſtabile,
26 Præpoſ.in cap.ex multis,num.1, quæſt.3. Vitium †
deteſtabile,Stepha.Caietanus,in ca. ad limina,§.5.
27 num.221.30.quæſt.1.Grauius † cæteris,Ant.Roſel.
in cap.quidam Epiſcopus,num.1.2.q.1.Gaſpar.de
Peruſ.de reſeru.benefic.num.28.Et ideo Simonia-
ci dicuntur deteſtabiliores omni peccatore,Redoā.
28 de ſimo.par.4.cap.12.num.14.Appellantur † Fures,
Turrecrem.in cap.ordinationes,num.18.& cap.ſta
29 tuimus num.3.1.q.1. † Latrones, Durand.de mod.
30 cong.gen.Conc.rub.20.num.5, † Idolatræ,Iacob.d.
lib.4.art.4.num.58.& multis alijs malis nominibus,
Præpoſ.in cap.quos conſtiterit,nu.3.1.q.1.& aucto
ritates deducit Conr.Brun.de ſeditioſ.c.2.nu.2. Et
31 ſunt † ab omnibus reſpuendi.Arch.in c. patet, nu.1.
2.q.1.& ſunt æternaliter damnati, Redoan. de Si-
32 mo.par.4.ca.10.nu.16.Difficile ſaluantur, † Turre-
33 crem.in cap.ex multis,nu.21.q.3.& comparantur †
Homicidæ,Hoſt.in ca.accepimus,nu.11.de purga.
34 canon.Notorio † fornicatori,Hoſt.in c.licet,nu.11.
de Sim.Ideo ſcribit D.Gregorius lib.11. Epiſt.46.
Propter hoc contigit,vt Eccleſiaſticorum ordinum
a plurimis ſanctitas caderet.

*SVMMARIVM.*

1 *Cauſæ,ex quibus committitur confidentia.*
2 *Priuati ipſo iure non poſſunt retinere beneficia.*
3 *Priuatis nullum ius remanet.*
4 *Priuati non poſſunt reſignare.*
5 *Simoniacus non poteſt reſignare.*
6 *Per contractum matrimonij vacat beneficium.*
7 *Intruſi non poſſunt retinere beneficium.*
8 *Intruſi nullum ius habent.*
9 *Prima tonſura requiritur ad beneficia.& nu.14.*
10 *Literæ beneficiorum nullæ,niſi exprimātur, quæ debent exprimi.*
11 *Non publicantes ſunt priuati.*
12 *Priuatus tenetur in foro conſcientiæ dimittere beneficium.*
13 *Multis modis beneficium alterius poteſt impetrari.*
15 *In beneficijs curatis requiritur ordo ſacer.*
16 *Dignitates requirunt ordinem ſacrum.*
17 *Canonicatus quem ordinem requirunt.*
18 *Reſidentia vtilis.*
19 *Graues pœnæ contra non reſidentes.*
20 *Certis temporibus in Vrbe fit præceptum de reſidendo.*
21 *Simplicia beneficia non requirunt reſidentiam.*
22 *Qui teneantur ad habitum,& tonſuram.*
23 *Cauſæ,ex quibus non defertur a Clericis habitus.*
24 *Habens beneficium non poteſt effici miles.*
25 *Per militiam renunciatur beneficium.*
26 *Clericorum arma ſunt orationes.*
27 *Clericus nullo modo poteſt interuenire in bello.*
28 *Homicidium omni iure prohibetur.*
29 *Clerici per homicidium efficiuntur irregulares.*
30 *Per homicidium amittitur beneficium.*
31 *Habentes beneficia non poſſunt eſſe procuratores, & aduocati.*
32 *Clerici non debent ſe immiſcere negocijs ſæcularib.*
33 *Rubrica habens orationem perfectam poteſt allegari ad deciſionem cauſarum.*
34 *Negocia ſæcularia quæ.*
35 *Clerici non poſſunt habere officia Ciuitatis.*
36 *Clerici debent verſari in vita contemplatiua.*
37 *Clerici non poſſunt vices Principis gerere.*
38 *Clerici debent arceri a iudicio.*
39 *Clerici efficiuntur irregulares,ſi ex patrocinio præſtito ſequatur mors.*
40 *Clerici non debent verſari in offenſione proximi.*
41 *Clericus poteſt effici irregularis, tam ſi interueniat in Iudicio pro actore,quam pro reo.*
42 *Plura ſunt crimina,quæ reddunt beneficiatum indignum.*
43 *Homicidium reddit indignum beneficio.*
44 *Beneficia indigni poſſunt a quocunque impetrari.*
45 *In caſibus,in quibus quis venit priuandus,poteſt reſignare.*
46 *Reſignans beneficium,vt delinquat,committit confidentiam.*
47 *Reſignans,vt fructus miniſtrentur incapacibus,committit confidentiam.*
48 *Beneficiarij tenentur dicere officium.*
49 *Non dicens officium peccat mortaliter.*

50 *Clericus omittens dicere officium, tenetur reſtitue-
re fructus.*
51 *Commodum non datur ſine onere.*
52 *Laici non debent fructibus Eccleſiæ frui.*
53 *Fœminæ, & crimínoſi non debent habere fructus be
neficij.*
54 *Palliata reſignatio, quæ.*
55 *Dictio Præſertim includit caſus non expreſſos.*
56 *Pro penſione ſoluitur annata.*
57 *Annata, quæ.*
58 *Annata cur fuit inſtituta.*
59 *Aaron habebat decimam decimarum.*
60 *Ex quibus rationibus ſubſtineatur annata.*
61 *Annatę vſus an ſit antiquiſſimus.*
62 *Concilium Viennenſe, quo tempore fuit celebratum.*
63 *Error Platinę in annatarum inſtitutione.*
64 *Incapaces ad beneficia, qui.*
65 *Magna multitudo beneficiorum non poteſt retineri.*
66 *Incompatibilia beneficia non poſſunt haberi.*
67 *More laici non poſſunt habere beneficia.*
68 *Patroni percipientes, fructus beneficij, ex conuen-
tione committunt confidentiam.*
69 *Cauſa in primis eſt conſideranda.*
70 *Finis in inſtitutione primus.*
71 *Cauſa facti in delictis attenditur.*
72 *Dictio, Alia, implicat ſimilia.*
73 *Dictio, Item, ſtat continuatiue, & repetit ſimilia.*
74 *Dictio, Eiuſmodi, idem operatur.*
75 *Exempla non reſtringunt regulam.*
76 *Ratio comprehendit omnes caſus, & non expreſſos.*
77 *Expreſſio in lege, quando dicatur facta exẽplariter.*

## QVAESTIO IX.

RATIONES, ex quibus poſſunt moueri homines ad committendas confidentias.

NONO, Quęro, qua ratione committatur Cõfidentia, & quam vtilitatem Confidentiarij ex illa accipiant?

1 Reſponde, †cauſas poni in Conſtitutione Pii V.
87. in §. multum, his verbis: *Multi enim ipſa benefi-
cia iure retinere nequeunt, alij, ne cogãtur ad ſacros
ordines, ad reſidentiam, ad incedẽdum in habitu cle
ricali, vt ad bellum proficiſcantur, vt inimicos occi
dant; alij, vt alieno nomine lites agãt, aut defendãt,
alij, propter crimina incapaces, quidam, vt purgato
delicto, vel abſolutione conſequuta illa repetant.* Ea
dem in alios diſponunt, & in plerisque fructus ipſo-
rum aut eis miniſtrantur, aut quibus ipſi ſtatuunt ſę
pe laicis, & inhabilibus plerique, vel ſenes, vel infir-
mi, vt beneficia in domibus ſuis perpetuent, illa re-
nunciarunt, & renunciant in alios, qui vel profanam
familiam cedentium de fructibus Eccleſiaſticis a-
lant, vel illa etiamnum infantibus, aut naſcituris aſ-
ſeruent, facto interdum circuitu retroceſſionis, cum
reſeruatione fructuum, & aliarum rerum, aut acceſ-
ſu, præſertim ab illis, qui præſtandorum iurium Ca
meræ Apoſtolicæ, ſunt immunes, alij aut incapaces,
aut alijs beneficijs Eccleſiaſticis onuſti, aut Eccle-
ſiaſtico ordini ſeſe mancipare refugientes, aut me-
rę Laici beneficia Eccleſiaſtica alijs conferẽda pro
curent, vt de illis poſtmodũ ad libitum ſuũ diſpona
tur, fructus etiam percipientes illorum. Ad hæc ple
rique ordinarij, & alij collatores, ac ẽt patroni Lai-
ci curant deponenda beneficia, vt fructus, ſeu pen-
ſiones capiant eorundem, alijſue faciant miniſtrari.
Alia item per multa eiuſcemodi admittuntur, qui-
bus immaculata rerum diuinarũ puritas impie vio-
latur, diſciplinæ Eccleſiaſticæ neruus dirumpitur,
& imminens patratur exitium animarum.

Ex quibus verbis viginti circiter colliguntur ra-
tiones, ex quibus ſolet committi confidentia, quarũ.

Prima erit, quando Clerici non poſſunt iure reti
nere beneficia. nam tunc libenter illa dimittunt con
uentione premi ſſa percipiendi fructus, penſionem,
vel diſponendi de ipſis beneficijs ad libitum. hanc
dicit Confidentiam Pius V. cum reſignans confidat
reſignatario in huiuſmodi perceptione, vel diſpoſi
tione. & rationes pono in primo, & ſecundo caſu
confidentiali, & in prima coniectura, §. ad proban-
dum. Et hæc concluſio poterit exemplificari in pri
uatis ipſo iure, qui iure arcentur a beneficijs, & non
2 †poſſunt illa retinere. Rot. deciſ. 5. de re iudic. in an-
tiquior. per Biſignet. Felin. in cap. in noſtra, nu. 37.
de reſcr. Boer. deci. 205. nume. 8. Rebuff. conſi. 64.
num. 4. Gabriel. conſi. 196. num. 11. libr. 1. Nauarr.
conſi. 1. de reſcr. in princ. Card. Pariſ. conſil. 15. nu.
3 13. & conſi. 29. num. 14. volu. 4. cum nullum ius† eis
* remaneat. *communis opinio, teſte Tiraquell. in l.
ſi unquam, uerb. reuertatur, num. 446. cum ſeq. C. de
4 reuocan. donat. Et ideo prædicti non† poſſunt reſi-
gnare in fauorem. Anto. de Butr. conſi. 43. Prob. in
addit. ad Io. Monac. in cap. præſenti, num. 16. & nu.
* 24. de offic. deleg. lib. 6. & *communiter alij, ut dixi
in tract. de reſign. benefi. lib. 3. quæſt. 1. nume. 21. &
5 de Simoniaco† tradunt Rebuff. conſi. 64. num. 4. Fr.
de March. q. 497. num. 13. Pariſ. conſi. 30. nu. 15. vo
lu. 4. & dixi lib. 14. de reſign. benef. quæſt. 1.

Secundò, poteſt exemplificari in eo, qui vult con
* trahere matrimonium, iuxta communem *conclu-
ſionem, pro qua per Iul. Clar. lib. 5. recept. ſent. §. ut
6 q. 73. per contractum† enim matrimonij vacat be-
neficium, Card. Pariſ. conſi. 40. num. 30. volu. 4. Ca-
putaq. deciſ. 215. num. 2. p. 1. Nauarr. conſi. 3. de re-
* nunc. communis *opinio, vt dixi lib. 1. de reſign. be
nef. q. 1. num. 11.

Tertiò, poteſt exemplificari in intruſis, qui iure
7 beneficia retinere non poſſunt, †Innoc. & Abba. in
cap. niſi cum pridem, de renunc. Card. Pariſ. conſil.
8 47. num. 32. vol. 4. cum nullum †ius habeant, Boer.
* deciſi. 205. num. 6. & eſt communis* opinio, ſecun-
* dum quam pluries fuit *reſolutum, vt dixi de reſig.
benef. lib. 3. q. 1. num. 41. 42. & ſeq.

Quarto, poteſt exemplificari in non habenti-
9 bus primam tonſuram requiſitam †ad beneficia, ca
pitul. cum adeo, & ibi Abba. & Doctor. numero 3.
de reſcript. capitul. ex literis, de tranſact. Abba. in
capitul. maiores, de præbend. Nauarr. conſil. 1. eodẽ
* titu. & *communiter alii, ut dixi libr. 4. de reſign. be
nef. q. 2. num. 1. cum ſeq.

Quinto, poteſt exemplificari in impetranti-
bus, aut expedientibus literas Apoſtolicas benefi-
ciorum ſubreptitie, vel obreptitie, cum multa de-
beant in ſupplicationibus narrari, & exprimi, alias
10 literæ nullæ †ſunt, vt late dixi de reſign. benefi. libr.
10. quęſt. 2. & 3.

Sexto, poteſt exemplificari in non publicantibus
11 ſuas reſignationes, vt diſponit †Conſtitutio Grego
rij XIII. quam declaraui de reſign. benefi. libr. 11.
* vbi ſcripſi, hanc eſſe *communem, & receptam ſen-
* tentiam * omnium Doctorum, & ſecundum illam
pluries fuiſſe pronunciatum.

His enim caſibus, & ſimilibus, cum videat benefi

ciatus



12 ciatus non poſſe iure retinere beneficium, †& tene
ri in foro conſcientiæ illud dimittere, Abb. in c. ex
tirpandæ, §. vero, col. 8. de præb. Rui. conſ. 4. nu. 11.
lib. 5. communis, teſte Alphonſ. Hoied. de incomp.
13 benef. par. 1. c. 13. nu. 61. & interim† imminuere peri
culum, quod aliquis illud impetret, Anto. de Butr.
conſ. 43. Rot. deciſ. 5. de re iudic. per Biſignet. Sarn.
de anna. q. 42. col. 3. Boer. deciſ. 205. nu. 8. Gem. cõſ.
105. col. 2. cogitat diſponere de eo, deponẽdo illud
vt conſequatur fructus, vel ut recipiens ad nutum ip
ſius dimittat. & hac ratione poſſet adduci ad com-
mittendam confidentiam, ut dicam late infra in pri
mo, & ſecundo caſu confidentiali.

Secunda cauſa eſt, ne cogãtur beneficiarii ſacros
ordines recipere. nam quædam ſunt beneficia, ad
14 quæ obtinenda non † ſufficit prima tonſura, ut
* de omnibus regulariter ſcribunt * omnes Docto-
res, Arch. in c. ſi quis hoc geſſerit, 1. qu. 3. Præpoſ. in
c. placuit, diſt. 32. Io. Sel. in tract. de benefi. 2. p. q. 23.
cap. 6. ſeſſ. 23. Conc. Trident. de reform. Sed requi-
runtur ordines ſacri, uel ut ſit in ea ætate, in qua in-
fra annũ ad illos promoueri poſſit vt de beneficiis
15 curatis† dicitur in c. licet canon, de elect, lib. 6. Caſſa.
deciſ. 27. ſuper reg. Cancell. & deciſ. 4. nu. 4. Soc. Ol-
dr. conſ. 202. Boer. deciſ. 205. num. 8. Nauar. conſ. 1.
16 de præben. de dignitatibus † Eccleſiaſticis habetur
in cap. 12. ſeſſ. 24. de reform. in c. cum in cunctis, de
17 elect. †decanicatus, in eo. c. 12. Conc. §. neminem, &
de quibuſdam capellaniis tradunt Doctores ſupra
citati. Quoties enim aliquis habuit aliquod ex præ-
dictis beneficiis, illudq; tenuit per ſex, vel octo mẽ-
ſes, & iam finiatur tempus, quo tenetur dictos ordi
nes ſacros ſuſcipere, quos ex aliqua cauſa ſuſcipere
non uult, cogitat de diſponendo de ſuo beneficio,
aut alias alteri confidendo, circa fructus, penſionem
& titulum, iuxta ea, quæ habentur in primo, & ſecũ
do caſu confidentiali huius Conſtitutionis, ubi late
dixi, ac notaui, eſſe hanc confidentiam, & deduxi
rationes, quas hic breuitatis cauſa non curabo re-
petere.

Tertia cauſa committendi confidentiam, ne be-
neficiarii cogantur ad reſidentiam. nam, quamuis re
18 ſidentia utilis, & valde neceſſaria† ſit ad reſtituendã
collapſam admodum Eccleſiaſticam diſciplinam,
deprauatoſque in clero, & populo Chriſtiano mo-
res, vt cenſuit Sacrum Conc. Triden. c. 1. de reform.
ſeſſ. 6. & late comprobaui in tract. de reſiden. benef.
tamen, vt experientia docuit plures ſunt qui illam
fugiunt, & uariis de cauſis, & prætextibus uolunt in
19 urbe permanere, vel alibi, & ideo imponuntur† gra
ues pœnæ contra nõ reſidentes. Hoſt. in c. peruenit,
n. 4. de appel. & in Sũm. in tit. de cler. nõ reſid. nu. 3.
& 5. Silueſt. in ſumm. in uerb. reſidẽtia, nu. 5. Rebuf.
in praxi in tit. de mod. amit. benef. n. 50. & habet in
c. ſi q uero, & c. ſi qs, 7. q. 1. c. qualiter, de Cler. nõ re-
ſiden. §. & illud, Auth. quom. oper. Epiſ. & §. interdi
cimus, Aut. de ſanctiſ. Epiſc. ca. 1. §. ſi quis, ſeſſ. 6. de
reform. Conc. Trident. & c. 1. §. eadem, ſeſſ. 23. de re
form. ac in Conſti. 17. Pii iv. incip. de ſalute gregis.
20 Et Illuſtriſ. Cardinalis Vicarius, †de mandato San
ctiſſimi D. N. ſolet de menſe Februarii, & de men-
ſe Septembris mandare omnibus, vt infra quinde-
cim dies accedant ad ſuas Eccleſias. & beneficia, ſub
grauiſſimis penis. Ne igitur aliquis cogatur ad ſuum
beneficium accedere cauſa reſidendi, poſſet illud de
ponere in aliquem cauſa percipiendi fructus, uel di
ſponendi de titulo, & hac ratione poſſet quis indu-
ci ad committendum huiuſmodi ſcelus confidendo
de amico, uel conſanguineo. & hæc cõcluſio poteſt
exẽplificari in oĩbus beneficiis, pręter ſimplicia, quę
21 de conſuetudine non requirunt† reſidẽtiã. Inn. in c.
cum ex tuæ, de cleri. nõ reſiden. Arch. in d. c. perue
nit, nu. 4. 7. q. 1. Abb. in c. ſuper in ordinata, nu. 5. de
præben. Dec. in c. de monacis, §. ad hæc. nu. 6. de præ
ben. Gig. de penſ. q. 31. & omnes caſus exemplifica-
ui lib. 1. de reſig. benef. q. 10.

Quarta cauſa eſt, ne beneficiarius cogatur ad in-
22 cedendum in habitu, & tonſura Clericali. nam† oẽs
in ſacris ordinibus conſtituti, vel beneficia qualiacũ
que habentes tenentur deferre habitum clericalem
vt dicitur in ca. 6. ſeſſ. 14. de reform. & habetur late
in clem. multorũ, de vita, & honeſt. cleri. & in cap.
32 6. ſeſſ. 23. Conc. Trid. de reform. multi autem, † uel
in contemptũ religionis, vel paruipẽdentes propriã
dignitatẽ, & honorem, vel ut ſint expeditiores, aut
ob tenuitatem beneficii, uel vt deferant laicales ve-
ſtes, pedes in diuerſis ponentes, unum in diuinis, al-
terum in carnalibus, vt egregie conſiderat Conc. d.
c. 6. ſeſſ. 14. ęgreferunt deferre dictum habitum cle
ricalem: & ideo, ne cogantur poſſent induci ad com
mittendum confidentiam confidendo, de amico, &
propterea reſignando beneficiũ, vt non teneantur
deferre habitum, & conſequantur ex pactione fru-
ctus uel ſint ſecuri ex eadem pactione poſſe habe-
re illud beneficium quandocunque uoluerint hæc e
nim eſt confidẽtia, & rationes poſui dum explicaui
caſus confidentiales huius Conſtitutionis, & conie
cturas.

Quinta cauſa eſt, vt beneficiarii poſſint ad bellũ
24 proficiſci. nam habens beneficium† non poteſt effi
ci miles, Gl. in cap. ult. de Cler. non reſiden. Gig. de
25 penſ. q. 55. nu. 2. alias uidetur illud tacite† renũciare
* ut eſt communis *opinio, de qua teſtatur Clar. libr.
recept. ſent. §. ult. q. 73. uerſ. item clericus. & dixi lib.
1. de reſign. benef. q. 1. nu. 22. Cum ergo aliquis exi
ſtens in minoribus ordinibus habeat beneficium
& velit ad bellum proficiſci, ne amittat illud, poſſet
confidere de amico circa fructus, vel titulum ipſius
beneficii, quo caſu eſſet commiſſa cõfidentia ut col
ligitur ex primo, & ſecundo caſu confidentiali poſi-
to in hac Conſtitutione, & ex coniecturis in §. ad pro
26 bandum. clericorum† enim arma ſunt orationes, &
lachrymæ, c. conuenior, & c. nonnulla, & c. ult. 23. q.
8. c. porro, vbi Gloſ. 16. q. 4. Luc. de Pen. in rubr. C.
ut armorum vſus, circa medium lib. 11. Menoch. de
arbit. Iud. caſu. 394. nu. 32. & quod nullo modo poſ
27 ſit clericus interuenire† in bello, ſcribit Abb. poſt
alios in c. ſententiam, nu. 16. Ne Cleri. vel Monach.

Sexta cauſa eſt, vt beneficiarii poſſint inimicos
28 occidere. nam omnibus prohibitum† eſt homicidiũ
iure diuino, iure ciuili, & iure Pontificio, vt habetur
in tit. ff. ad leg. Corn. de ſicar. & extr. de homic. ac in
6. & in Clem. & magis clericis, qui vltra pœnam or
dinariã impoſitam à legibus, & Canonib. efficiũtur
29 †irregulares, ut ñ poſſint pmoueri, neq; pmoti mi
niſtrare & ut non poſſint habere bñficia, neq; obtẽ
ta retinere, ut colligit ex c. 22. Exod. c. 22. & c. 28. 1.
Paralip. & c. 7. 2. Reg. c. 7. ſeſſ. 21. de reform. Conc.
Trident. not. in clem. 1. de hom. Diaz prax. Canon.
cap. 56. Maiol. de irreg. lib. 5. c. 48. volens ergo bene
ficiarius aliquem occidere, ne ex eo delicto amit-
30 tat beneficium. †Anan. & Fel. ac alii omnes in ca. in
quiſitionis de accuſ. Rot. dec. ult. ut lit. pend. in nou.
Butr. conſ. 43. Gem. conſ. 105. col. 2. recurrit ad frau

dem.

dem,vt illud deponat,confidendo de amico,ad hoc
vt poſſit de fructibus,vel de tit.diſponere quãdocũ
que voluerit.quæ eſt confidentia prohibita in 1.&
2.caſu confidentiali huius Conſtitutionis,& ibi la-
te attuli rationem.

VII.cauſa,vt alieno nõe lites agant,& defendant
nam conſtituti in ſacris ordinibus,vel habentes be-
31 neficia Eccleſiaſtica non poſſunt†eſſe ſollicitatores
procuratores,& aduocati in iudiciis,ca.1.2.& 3.de
poſtul.c.1.& 2.ne clerici,vel monac.ca. placuit, 16.
q.1.c.ſicut,2.q.7.c.te quidem,§.ex his omnibus 11.
q.1.§.Deo amabiles,& §.aliud.Auth.de ſanctis E-
* piſ.c.monachi,16.q.1.c.ſunt autẽ,3.q.7.Doctores*
omnes,& ibi Abb.in rub.ne cler.uel monac. idem
Abb.in c.ſententiam,n.15.eo.tit.Redoan. de ſpoli.
§.deueniendo, nu.48.clerici enim negotiis ſæculari
32 bus immiſcere†ſe non debent,vt dicit dicta rubr.Ne
clerici ,vel monachi ſæcularibus negotiis ſe immi-
ſceant.quæ cum habeat rationem perfectam, pote-
33 rit†allegari ad deciſionem cauſarum.& negotia ſæ-
34 cularia†poſſunt dici tribus modis,vt dicit Inn. in c.
1.illo eod.titu.& Io.Andr.ſequitur in rubr.Gloſ.in
Summ.21.qu.3.primo quilibet actus rerum ſæcula-
rium,iuxta terminos dicti c.1.2.Iudicium de rebus
ſecularibus,3.Negotium inter ſæculares homines,
vel large,& ſtricte, ſecundum Abb.in d. rubr. lar
ge,quodlibet negotium proueniens ex carnali con-
cupiſcentia non ſubiecta fræno rationis ſtricte, ne
gotium pertinens ad rempublicam mundanam, &
ſeculares homines,c.fornicari,diſt.88.l.placet,C.de
Epiſc.& cler.c.reprehenſibile,23.q.8.Inn.in c.dile
35 cta,in fi.de exceſ.prelat.vbi,quod clerici nõ poſſunt
officia ciuitatis habere:nam debent attendere circa
rempublicam ſpiritualem,& laici circa ſecularem ar
gu.c.duo ſunt genera,12.q.1.c.conuenior,23.q.8.c,
ſolitæ,de maiorit.& obedient.c.duo ſunt, diſti.96.
36 & clerici†debent verſari circa uitam cõtemplatiuã,
& non habere curam de rebus mundanis, niſi quate
nus neceſſaria ſunt ad corporalem uitam, ca. ſi quis
37 obiecerit,1.q.1.& ideo neque poſſunt†Principis vi-
ces gerere,vt in conc.Tolet.iiij. canon. 30. habetur
c.ſæpe Principes,23.q.8.Abb.in cap.clericis,§.1.ne
clerici,uel monachi, Diaz in prax.cri.c.56.late Ma
38 iol.lib.2.de irreg.c.6.neque procuratores,†& aduo-
cati,Inn.& Abb.in c.ſacerdotibus,ne cleric. vel mo
nac.Inn.in c.1.de oblig.ad ratio.Maio.de irreg. lib.
2.c.5.ſub num.13.& num.14.Diaz d.ca.56.& ideo
* communiter*receptũ eſt,effici irregulares,ſi ex pa-
39 trocinio preſtito ſequatur†mors,vel mutilatio, late
Abb.in c.ſententiam,nu.14.ne cler.uel. monac.Na
uarr.conſi.5.num.1.in fi.eod.titu.Specul.in titu. de
diſpenſ.§.iuxta,latiſſime Maiol.de irreg.lib.2.c.9.
Ideo habens beneficia,volens aduocati,vel procu-
ratoris munus in iudicio ſæculari exercere,ad defen
40 ſionem,vel offenſionem,†cum hoc ei ratione bene-
ficii ſit prohibitum,Abb.in c.1.in fi.ne cler. vel mo
nac.recurrit ad fraudem,confidendo amico,uel con
ſanguineo,ei dictum beneficium reſignãdo,pactio-
ne præmiſſa,percipiẽdi fructus uel diſponendi quã
docunque,& quomodocunque de titulo.hæc enim
eſt confidentia,ut colligitur ex §.Quare nos uolen-
tes & §.itidem,ac §.ad probandum,& ibi rationem
deduxi,& comprobaui.& dicit,ut lites agant,vel de
fendant,quia non ſolum quis poteſt effici irregula-
41 ris,ſi fuerit aduocatus,†vel procurator in cauſa ſan-
guinis pro actore contra reum,ut late per Specu.de
diſpenſ.§.iuxta,& ſupra diximus,ſed etiam ſi fue-
rit aduocatus,vel procurator rei,ut illum defendat,
ut dicit Gl.in c.aliquantos,vbi Arch.diſt.51.Specu.
in d.§.iuxta,uerſ.item litigioſus,& uerſ.facto autem
ſiquis,& in tit.de aduoc.§.obiicitur,Hoſtienſ. in c.1.
de poſtul.ob pœnam talionis,Abb.in d.c.ſententiã
Nauarr.in Manual.cap.27.num.217.quem ab hoc
refert, & ſequitur Maiol.d.libr.2.de irregul.cap.9.
numer.2,

VIII.cauſa eſt, Quando beneficiarij propter cri-
mina per eos perpetrata ſunt incapaces,nam plura
42 ſunt crimina,quæ reddunt†indignos obtinentes,il-
loſque priuant,Fel.in c.poſtulaſti,col.4. de reſcript.
Calder.conſ.20.de præbend.Io.Selu. de benef.par.
3.q.11.nu.157.cum aliis adductis a me lib.4. de re-
ſign.benef.q.3.col.2.Rebuff.in prax.tit.de mod.a-
43 mit.benef.ut quia†commiſit homicidium , Abb.&
alii in cap.2.de reſcr.Rebuff.de pacif. poſſeſſ. num.
258.Clar.§.homicidium,vel alia crimina,quæ retu-
li d.libr.4.de reſign.benef.quæſt.2.a nume.8.uſque
ad finem,& quæ longa ſerie refert Lambert.de iur.
patr.in 1.parte,2.libr. quæſt.9. princip. per omnes
articulos illius queſtionis.Hi enim,cum amittant be
44 neficia,&†ea poſſint a quocunque impetrari.Gem.
conſ.105.col.2.Gammar.de auct.Leg.a lat.lib.10.
nume.331.Boer.deciſ.205.col.penult.& ult. recur-
runt ad fraudem,confidendo amico,vel conſangui-
neo,illiſque reſignando ea,ad effectum percipien-
di fructus,uel diſponendi de titulo quandocunque
& quomodocũque :qđ eſt confidentia,ut dicitur in
§.Quare nos volẽtes,& in §.Itidem,& in §.Ad pro
bandum,& ibi tradidimus rationem.Idque poſſet e
uenire in delictis,quæ priuant ipſo iure,ſi ea crimi-
na ſint occulta:in alijs uero,in quibus criminoſi ve-
45 niunt priuandi,&†declarandi priuati,indiſtincte,cũ
hi poſſint reſignare,Anto.de Butr.conſ.43. nu.2.&
3.Guliel.conſ.146.num.111.&12.lib.1. Put. deciſ.
223.lib.2.Creſcent.deciſ.227.lib.1.in manuſcr. Sar
* nen.de annal.qu.42.num.2.& communiter*alii, ut
late dixi,& comprobaui lib.3.de reſig. benef.q. 16.
col.1.2.cum ſeq.

IX.cauſa eſt connexa cum præcedenti, Quando
46 beneficiarii propter crimina perpetrata nõ poſſint
iuſte dicta beneficia retinere, vel cogitant de per-
petrandis criminibus, reſignantut purgato deli-
cto, habitaque abſolutione, illa beneficia repe-
tant in hoc enim cadit confidentia : quia quis
confidit de amico, uel conſanguineo , reſignan-
do in ſui fauorem , præmiſſa hac conuentione
de qua ſi conſtet,nulla cadit dubitatio,eſſe commiſ
ſam confidentiam,ſi aũt non conſtat,ẽt lex præſu-
mit eam,ut dr̃ expreſſe in §.Poſtremo,in cuius in-
terpretationẽ tradidi rõnem, & dixi eſſe materiã ni
mis frequẽtem, & tractatam egregie a Bar.in l.poſt
contractum,col.1.& 2.ff.de don.Dec.late cõſ.235.
in primo dub.latiſſ.Maſcar.de prob.conclu. 815.&
Menoch.de præſum.præſum.124.per totam.

XI.cauſa ſubſequitur quando beneficiarij reſi-
gnant beneficia ut habeant fructus ipſorum, uel ut
47 miniſtrẽtur dicti fructus,quibus ipſi voluerint, † &
multoties laicis,& inhabilibus.nam hęc eſt confidẽ
tia,ut dicitur in §.nos uolentes,& in §. ad proban-
dum,& ibi multa adduximus . Ad comprobationẽ
poſſet exemplificari hæc concluſio in eo qui habet
48 beneficium,& non uult dicere†officium,ut tenetur,
cap.quod a te,c.diuerſis fallaciis,de cleric. coniug.c.
ult.diſt.92.Nauar.de hor.can.cap.7.Abb. in cap.1.
num.5.de celebr.miſſ.Silueſt.in uerb.hora, ſub pœ
na



49 nã peccati mortalis,Turrecrem.in §.1.diſt.91.art.
5.Paludan.in 4.diſt.15.q.5.& alii,vt retuli de reſig.
50 benef.lib.1.q.9.col.1.& 2.& † reſtitutionis fructuũ
Conc.Lateran.ſub Leone X.ſeſſ.9.§.Statuimus, Pi'
V.in Conſt.quam refert Nauar.in Man.c.25. num.
122.& ideo illud reſignat amico,præmiſſa conuen-
tione percipiendi fructus,ut habeat commodum ſi
51 ne†onere,quod iniuſtum eſt,Nauar.de hor.can.c.7.
num.28.& in Man.c.25.num.122.Secundo poſſet
exemplificari in eo,qui non uult in habitu clericali
incedere,cap.6.ſeſſ.14.de reform.vel nolit reſidere,
aut ordines ſacros ſuſcipere,ut ſupra dictum eſt.Nã
hæc eſſet confidentia,habere fructus ex pacto abſq;
licentia Papæ,ut dicitur in §.Quare nos volentes,in
§.Itidem,& in §.ad probandum,& ibi late diximus
ita pari ratione paciſcere,ut dicti fructus dentur al-
teri,ut hic dicitur,& in predictis §.explicatur,eo ma
52 xime laicis,qui non poſſunt,&†non debent fructi-
bus Eccleſiæ frui,Arch.Gem.& Præpo.in c.placuit
diſt.32.& in c.ſiquis hoc geſſerit, 1.qu.3.Io.Selu.de
benef.p.2.q.23.Alphonſ.Hoied.de incompat.bene
fic.p.1.cap.ult.num.71.Lambert.de iur.patron.lib.
* 2.in 1.p.q.7.art.7.& communiter* omnes uolunt,
53 vel inhabilibus,ut ſunt fœminę,†infantes,criminoſi
& alii,qui fructus beneficiorum Eccleſiaſticorũ nõ
debent habere.ut late proſequitur Lambert.de iur.
patron.in 1.p.2.libr.quæſt.9. per omnes articulos,
& colligitur ex his,quæ dixi li.4.de reſign. benef.q.
3.& 9.ac lib.3.q.1.& ſequent.

XI.cauſa eſt Senectus,& infirmitas, ut dicitur in
uerſ.pleriq.Nam multi Beneficiarii,cum ſunt ſenes
vel infirmi,cogitantes de morte,& quod propter-
ea beneficia per eos obtenta vacatura ſint, recurrũt
ad fraudem,reſignando illa in fauorem amiei , vel
conſanguinei,præmiſſa conuentione,vt uel de fru-
ctibus ipſorum beneficiorum alant profanam fami
liam ipſorum cedentium, uel illa aſſeruent infantib.
aut naſcituris,quibus,cum fuerint habiles ad benefi
cia Eccleſiaſtiua,ipſa reſignent.hęc eſt Confidentia
vt etiam colligitur in §.Quare nos volentes,& in §.
Itidem,& ibi late dixi.nam iſti cedentes confidunt
de amico,quod hoc debeat facere & id valde ſcan-
daloſum eſt,ut de beneficiis ita diſponatur,& quo-
dammodo per ſucceſſionem dentur,c.1.cũ ibi not.
de preben.

XII.cauſa eſt,quoties quis vult reſeruare penſio-
nem in ſuo beneficio pro Titio, & cum non poſſit
abſq; cauſa reſeruari dicta penſio,ei reſignat id be-
neficium,ut ſibi retrocedat,reſeruata ex cauſa reſi-
gnationis dicta penſione.nam hæc eſt confidentia,
ut dicitur in §.Quare nos volentes,in §.Itidem, &
54 in §.ad hæc: cum reſignatio non fuerit uera , ſed†
palliata, & ſimulata ad hunc effectum,ut fuit reſo
* lutum*in vna Reatiñ.penſionis coram R.P. D.Pã-
philio de anno 1588.xi.Martii,& late explicaui in
d.§.adhæc.

XIII.cauſa,quoties quis uult reſeruare Titio fru
ctus,aut regreſſum,uel acceſſum,& propterea reſi-
gnat in ſui fauorem,ut ipſe Titius retrocedat,reſer-
uatis dictis fructibus,aut regreſſu,vel acceſſu.nam
hæc eſt confidentia,ut dicitur in §.adhæc,& ibi la-
te explicaui,& tenui id procedere,tam ſi fuerit reſi-
gnatio,vel ceſſio in fauorem exemptorum a iurib.
Cameræ,& Cancellarię,quam in fauorẽ nõ exẽpto
55 rum,ut probat dictio†Preſertim,poſita hic cuius na
tura eſt,includere etiam caſus non expreſſos. Gl.in
c.ad abolendum,de fil.presbyt.& in l. illud,ff. ad le
ga.Aquil.Infitiari non poteſt,quin magis præſuma
tur in his exemptis a iuribus Cameræ,& Cancella-
rię ob non ſolutionẽ,annatarum , ut late explicaui
in §.adhæc.nam pro quolibet beneficio excedente
56 ſummam 24.ducat.& pro penſione†etiam excedẽ-
te dictam ſummam ſoluitur annata in expeditione
57 literarum,ideſt medietas†reddituum unius anni, ut
tradunt Gig.de penſ.q.26.Coraſ.par.4. de benefic.
c.4.num.53.Mandoſ.de ann.caſ.q.377. nume.167.
* Nauarr.conſi.5.de Simon.&*totadie practicatur, †
58 fuit inſtituta pro ſuſtentatione Summi Pontificis,
& Sedis Apoſtolicæ,Barth.Belencin.de charit.ſub-
ſid.q.16.uerſi.& idem,Sarn.in prefat.regul. de ual.
num.6.Gammar.de auct.Legat.a lat.libr.7.numer.
59 416.Sicut Aaron†ſummus Sacerdos habebat deci-
mam decimarum,quæ aliis Sacerdotibus dabatur,
60 Mandoſ.ubi ſupra.& has annatas†pluribus rationi
bus defendit Campeg.Annat.inſt.& defenſ. col.2.
61 & 3.a num.5.uſque ad fi.& eius uſus eſt†antiquiſſi-
mus cum illũ receperit Concilium Viẽnen. quod
62 habitum†fuit anno 1311.teſte Io. Andr.in clem.1.
de cenſib.& de ea mentionem faciat Hoſt.& Ioan.
Andr.in c.inter cætera de offic.ordin.ideo non eſt
63 verum,†quod refert Platina in vita bonifacij ix.fuiſ
ſe inſtitutam a Ioanne xxij.& ampliatam a Bonifa
cio ix.nam antea erat ut late probat Gammar.in
extrau.Iulij ij.de Sim.elect.Pap.nume.253.& 254.
cum de illa faciant mentionem Hoſtienſ.& Io. An
dr.qui præceſſere tempore Io.xxij. teſte Campeg.
d.tract.num.1.

XIV.Cauſa committendi Confidentiam, quo-
64 ties aliqui incapaces beneficiorum,†ut quia ſunt cri
minoſi,Fel.in c.ex parte,nume.5.de reſcr.Menoch.
de arbitr.iud.caſ.202.num.37.& alii relati a me lib.
4.de reſign.benef.q.3.col.2.3.& 4.aut onuſti benefi
ciis Eccleſiaſticis,ut quia habent magnam multitu
65 dinem†beneficiorum,c.de multa,de præb.cap.quia
in tantum,eo.tit.c.dudum.2.de elect.ubi Doctores
Lamber.de iur.patronat.part.1.2.libr.quæſt.7.art.
66 15.& maxime ſi inter ſe ſint†incompatibilia,cap.4.
ſeſſ.7.de reform.Conc.Trident.extrauag.execrabi-
lis Io.xxij.in tit.de præben.Duen.reg.71.Capr. re-
gul.90.& dixi late lib.1.de reſig.benef.q.1.& lib.3.
q.etiam 1.a num.50.uſque ad fi.aut,reſugientes ſe-
mancipari Eccleſiaſtico ordini, iuxta ea, quæ dicta
67 ſunt ſupra,aut mere Laici,qui etiam beneficia†ha-
bere non poſſunt,ca.cum adeo,& ibi Abb.& Dec.
nu.3.de reſcr.Nauar.conſ.1. de præben. procurant
beneficia conferenda aliis,cum ipſi propter incapa-
citatem,aut incompatibilitatem, aut defectum ordi
nis habere non poſſent.in hoc enim ut dicit Pius
V.duobus modis prædicti poſſunt committere con
fidentiam,uel quia paciſcantur de percipiendis fru
ctibus ipſorũ,vel de illis beneficiis diſponendis ad
libitum ipſorũ. Hæc.n.eſt confidentia,ut dicã in §.
Quare nos volentes,etſi non conſtat de conuentio
ne ex perceptione fructum , vel diſpoſitione tituli
colligitur valida coniectura confidentiæ, ut dicitur
in §.denique ſi quis.Quod etiam poſſet hodie exẽ-
plificari in eo,quod nunc conſultiſſime ſeruat.S.D.
N.Clemens viij.qui non uult concedete alia benefi
cia obtinenti quatuor titulos, uel quinque .nam ui-
dẽs aulicus, aut alter non poſſe impetrare pro ſe be
neficium,illud impetrat pro amico,familiari, uel cõ
ſanguineo,ad effectum,ut poſſit fructus illius perci
pere,uel poſtea in aliud tempus illud habere pro ſe,
uel pro alio.nã hæc eſſet confidentia,&ex hoc colli
geretur,

geretur,ut dicam in §.denique.
Xv.cauſa committendi confidentiam ponitur in
uerſ. Adhæc. Quando ordinarii,& alii collatores ha
68 bentes facultatem conferendi,†aut patroni nolunt
beneficia,quæ uacant,& ſpectant ad eorum diſpoſi
tionem,collationem,ſeu præſentationem, vere con
ferre, & libere præſentare,ut tenentur, ſed curãt il
la deponenda,ſimiliter ea conferunt,vel præſentãt.
hac ratione,hac condictione,ut fructus,ſeu penſio-
nes capiant eorundem ipſi ordinarii,collatores, &
patroni,vel alijs faciant miniſtrari.nã hæc eſt confi
dentia, vt dicitur in §.Itidem,in cuius interpreta-
tione tradidi rationes.
Hę ſunt cauſæ,quæ in hac Conſtitutione ponun
tur,ex quibus poteſt,& ſolet committi confidentia.
& prædictę cauſæ valde conferunt ad intelligendos
caſus confidentiales poſitos in eadem Conſtit.in §.
Quare nos uolentes,in §.Itidem, in §.Adhæc & in
§.poſtremo,& ad percipiendas coniecturas, & præ-
ſumptiones,ex quibus committitur confidentia, &
ad intelligendum coniecturas quatuor poſitas in ea
dẽ Conſti.in §.ad probandum. Ideo Iudex in hac
materia iudicaturus debet in primis cauſam cõmit-
69 tendæ,†ſeu commiſſæ confidentiæ conſiderare, iux
ta ea,quę ſcribit Corn.conſ.116.num.17.lib.2. Soc.
iun.conſ.73.num.30.uol.1.Cephal.conſ.80. nu.13.
70 uol.1.nam finis fini quamuis ſit poſtremus† in pro-
poſito,ac inſtitutione eſt primus,ut tradidit Claud.
Cãtiũcul.in tract.de off.iud.lib.1.c.2.num.1.& ideo
71 ſemper inſpici debet cã† facti,l.uerum,ff. de furt.&
ibi Gl.late,l.cũ tale,§.ult.ff.de cond.& demõſt.Gl.
l.legata inutiliter,ff.de adim.leg.Gl.in c.intelligen-
tia in uerb.ex cauſis,de uerb.ſign.& in c.& ſi Chri-
ſtus,§.quædam,de iur.iuran.
Et ultra prædictas cauſas expreſſas,& explicatas
committendi confidentiam,adſunt & aliæ,ut pro-
bant illa verba ultima eiuſdem.§.Multi, ibi, *Alia
item permulta eiuſcemodi admittũtur. &c.* Dictio
72 enim† *Alia* implicat ſimilia,gl.& Doctores in c.Se-
des de reſcr.& in clem.1.eo.tit.Bal.in l.conuenticu
lam,col.5.C.de Epiſc.& Cler.Bar.in l.ſed & repro-
bari,ff.de excuſat.tutor.Fel.in c.cum non ab homi
ne,de Iud.& in ca.ueniens,in fi.de Sim.Alex.conſi.
73 149.lib.2.& etiam dictio *Item* ſtat† continuatiue,&
repetit ſimilia,Glo.Inſti.de rer.diuiſ.§. item lapilli,
Bal.in tract.de ſtat.in uerb.cognoſcere,nu.2. Albe.
in eo.tract.de ſtatut.q.70.nu.25.cum ſeq. Ant.Bar.
74 de temp.util.& cont.c.19.nu.4.& dictio † *Eiuſcemo
di* hoc idem facit,Clem.Conſtitutionem,de elect.
c.1.de ſequeſter.poſſ.Clem.Romani,§. nos itaque,
de iur.iur.c.1.§.huiuſmodi ſtatuto, de ſepult.c.1.de
magiſtr.Bald.conſ.480.nume.2.libr.5. & eſt ratio,
75 quia exempla non† reſtringunt regulam,l. regula,§.
ult.ff.de iur.& fact.ignorant.Et hoc procedit, quo
ties in aliis cauſis adeſt eadem ratio violandi puri-
tatem immaculatam rerum diuinarum,aut diſrum-
pendi neruum Eccleſiaſticæ diſciplinæ.& patrandi
tam imminens exitium animarum, ut patet ibi,
*quibus immaculata rerum diuinarum puritas impie
violatur,diſciplinæ* Eccleſiaſticæ *neruus, diſrumpi
tur,& imminens patratur exitium animarum.* Ra-
76 tio enim dicitur† comprehendere omnes caſus etiã
non expreſſos in lege, & Conſtitutione.l. his ſolis,
C.de reuoca. donat.Card.Pariſ. conſ.83. nume.21.
uol.3.Dec.conſ.284.col.2.& tunc uidetur exempla
77 riter,& non reſtrictiue† facta mentio de expræſſis,
& nominatis caſibus Tiraq.in l.ſi vnquam,in uerb.
liberis,nu.37.& de utroque retract.tit.de retract.li-
gnag.§.20.nu.2.& 3.Bal.in l.1.in 1.lectura,nu.1.ff.
de iuſt.& iur.Et,quæ ſint prædictę cauſæ nõ expreſ
ſæ,poteris multos caſus colligere ex his, quæ dicam
in §.quare nos volentes,& §.itidem,ac §.ad probã-
dos,alios poteris conſiderare, argumentando a ſimi
li,& a veriſimilitudine,ac cõiecturis.nam quis eſt,q
poſſit malitiam hominum præfinitis caſibus expli-
care? Et unam habes in c.per tuas,el 3.de Simon.ut
late dixi ſupra q.1.

### SVMMARIVM.

1 *Conſtitutiones Pij iiij.&* Pii *v.ſuper confidentiis,
illicitas tantum comprehendunt.*
2 *Ex proęmio colligitur intentio.*
3 *Dictio,Huiuſmodi reſtringit ſequentia.*
4 *Pęna debet commenſurari delicto.*
5 *Vbi non eſt delictum,non eſt pœna.*
6 *Intentio* Pii *iiii.& Pij v.non fuit inducere nouam
prohibitionem confidentiæ.*
7 *Leges humanæ non ligant ultra finem legislatoris.*
8 *Actus agentium non operãtur ultra intentionem.*

## QVAESTIO X.

EXTRAVAGAN.Pii iiij.& Pii v. quas confiden
tias prohibeant.

DEcimo, Quæro, contra quam Confidentiam
emanarunt Conſtitutiones Pii iiij. & Pij v.de
* hac re ęditæ :Communis* opinio eſt,dictas extraua
gantes emanaſſe contra Confidentiam beneficialẽ
1 illicitam,†& ſimoniacam,ut in terminis ſcriptum re
liquit Nauar.in Manual.c.23.ſub.num. 109. uerſic.
quod autem extrauagantes,idem Nauarr. conſ.26.
nu.1.& conſ.27.num.1.de Simon.Idque primo col
ligitur ex procemio dictarum Conſtitutionum, in
Conſtitutione Pij iiij. *Sane,licet dudum cum certam
ſimoniacæ prauitatis ſpeciẽ,quam beneficiorum Cõ
fidẽtiam vocant,& c.* in conſtitutione Pii V. *ad tol-
lendam fiduciariæ mancipationis beneficiorum Ec
cleſiaſticorum corruptelam,&c.* Quæ verba aperte
ſonant contra illicitam,& ſimoniacam confidentiã
2 & tamen ex† procœmio colligitur intentio diſponẽ
tis,l.ult.ff.de hær.inſt.Bar.in l.cum ij,§. eam tranſa-
ctionem,nu.1.ff.de tranſact.
Secundo, ex diſpoſitiua dictarum Conſtitutio-
num,quę,ut ex lectura patet, principaliter loqui-
tur de Confidentia, qua quis accipit in cuſtodiam
beneficium tertii,cum pacto,modo,conditione, ut
cedat alteri,vel fructus,&c.& dum in ſequentibus
uerbis nominatur Confidentia adducitur dictio *Hu
3 iuſmodi,*† quæ reſtringitur ad prædicta.l.huiuſmodi
ff.de leg.1.
Tertio,omiſſis aliis multis ponderationibus,quæ
poſſunt fieri in uerbis dictarum Conſtitutionũ,pro
batur ex pœnis impoſitis per dictas extrauagantes
quæ ſunt atroces, ergo uidentur tantum impoſitæ
contra confidentiam illicitam,& ſimoniacam.nam
4 pœna † debet commenſurari delicto, cap. non
afferamus,diſtin.34.Deuterenom.c.25.Iuxta men-
ſuram delicti erit plagarum modus. auth. omnes
peregrini,C.comm.de ſucceſſ. Menoch.de arbitr.
Iud.conſ.266.num.1.
Ex quo infertur,quod pœnæ huiuſmodi impoſi-
tæ per dictas extrauagantes non habent locum cõ-
tra



tra omnem confidentiam.nam poſſet eſſe bona, ut
5 dictum eſt qu.1.& vbi non eſt delictum, † non eſt
pœna.l.aliud eſt fraus.ff.de uerb. ſignif.l. ſancimus,
C.de pœnis,Crau.conſ.311.nume.2.neque contra
confidẽtiam illicitam,ut deducit Nauar.loc.cit. ſed
tantum contra confidentiam beneficialem illicitã
& ſimoniacam.nam tunc uendicant ſibi locum hu-
* ius modi pęnæ & ita ab *omnib. tenetur,& obſerua
tur:quicquid dicat Maſcar.de probat. conclu.1306.
numer.35.
Ex hac autem concluſione deducitur,quod intẽ-
tio prædictorum Pontificum,ſcilicet,Pii iiij. & Pii
6 V.non fuit inducere aliquam† prohibitionem nouã
confidentię beneficiariæ,ut tradit Nauar.loco alle-
gato.Sed Pius iiij.intendit tollere corruptelam, &
abuſum recipiendi beneficia in confidentiã & hoc
mediantibus pęnis.quod & Pius V.etiam intendit,
* inducendo modos probandi eas. Et communiter*
eſt receptum,leges humanas non ligare ultra finem
7 †a legiſlatore intentum.Nauar.conſ.7.n.2. de cõſt.
8 & conſ.1.nu.4.ut lit.pend.quia† actus agentium nõ
operãtur ultra intentionem eorum.l.in agris, ff.de
acq.rer.dom.c.ult. de præben.

### SVMMARIVM.

1 *Confidentia vbique eſt prohibita.*
2 *Conſtitutio eſt lex generalis.*
3 *Conſtitutio omnes ligat.*
4 *Lex generaliter loquens ita eſt intelligenda.*
5 *Locutio generalis nihil reliquit intactum.*
6 *Publicatio facta Romæ ſufficit,ut conſtitutio vbique
liget.*
7 *Roma eſt patria communis.*
8 *Regulæ Cancellariæ ligant extra curiam.*
9 *Publicatio Romæ vbi fiat.*
10 *Cum publicatio fit in pluribus locis,maior certitu-
do habetur.*
11 *Conſtitutio ligat omnem creaturam.*
12 *Papæ omnis creatura ſubiecta eſt.*
13 *Papa eſt pater omnium.*
14 *Papa ſolus habet plenitudinem poteſtatis.*
15 *Papa eſt caput uniuerſalis Eccleſiæ.*
16 *Papa eſt Vicarius Chriſti.*
17 *De neceſſitate ſalutis quiſque ſubeſt Papæ.*
18 *In regno* Franciæ *conſtitutiones contra confidentia
rios non fuerunt receptæ.*
19 *Lex uſu non recepta non ligat.*
20 *Non peccat contraueniens legi non receptę.*
21 *Vſus contrarius tollit legem.*
22 Eccleſia *Orientalis non recepit Canones de continẽ
tia Clericorum.*
23 *Galli non recipiunt Conſtitutiones Burſales Papæ.*
24 *Confeſſio non accepta non nocet.*
25 *Lex quando non dicatur obſeruata.*
26 *Rex Galliæ permittit confidentias.*
27 *Sententia lata contra legem eſt nulla.*
28 *Sententia lata contra legem non receptam eſt va
lida.*
29 *Sixtus Quintus* probibuit *confidentias etiam in Gal
lia.*
30 *Verba ex conſtitutione Sixti V.ſuper hac re.*
31 *Sixtus V,qua ratione moderetur pęnam in dicta Cõ
ſtitutione.*
32 *Regis Franciæ factum,& mors prodigioſa.*

## QVAESTIO XI.

AN in omni loco Confidentia ſit prohibita,& quid
in Francia.

VNDECIMO Quæro,An Confidentia ſit ubi-
* que prohibita? Communis * opinio eſt affir-
1 matiua,vt ſit† prohibita non ſolum in curia,ſed etiã
extra,tam in Italia,quam ultra montes.nam prohi-
bitio committendi Confidentias emanauit per Cõ
ſtitutiones,ſcilicet,Pii iiij.& Pij.v.iuxta ea,quæ ſcri-
bit Abb.& poſt eum Dec.nu.8.in rubr.de conſti.&
* ita* communiter appellantur,& allegantur. Conſti
2 tutio† autem eſt lex generalis,c.conſtitutio, diſti.2.
habetur in rubr.de conſt.in princi.Sarn. in procem.
reg.q.2.num.9.Rimin.iun.in c.1.num.98.de conſt.
3 ideo vbiq;, &† omnes ligabit,c.1.& ibi Ant. de Bu-
4 tr.Abb.& alii de conſtit.Ad quod† facit generalitas
dictarum Conſtitutionum.l.1.§.quod autem.ff. de
aleat.l.in fraudem,in fi.& ibi Bal.ff.de teſt.milit. So
ci.in l.2.§.ex his,in principio,ff.de verb.obli. Crau.
5 conſi.92.num.4.locutio† enim generalis nihil relin
quit intactum.Bald.conſi.205. lib.1. Crauet. conſi.
133.num.5.
6 Amplia primo, ut† ſola publicatio facta Romæ
ſufficiat ad hoc,ut liget extra curiam. Io. Monac.in
regul.in generali,de reg.iur.in 6.Io.Andr. ſuper da-
ta 6.Henric.Boic.in c.2.de conſt.Paul.Eleaz. in pro
ęm.Clem.Sarn.in proęm.reg.Cancell.q.2. colu.13.
ubi etiam dicit ita obſeruari,ut in curia publicen-
tur omnes Conſtitutiones perpetuę,& ligent per to
tum orbem,& ſint in uſu,Deciſ.Tholo.444.in 2.du
bio,& ideo alia publicatio facienda in aliis locis nõ
requiritur,Imol.in proęm.Clem. ubi dat rationem
quia Papa habẽt pedes plũbeos,& eſt quaſi immo-
7 bilis,dans cuncta moueri,& quia Roma† eſt patria
communis.Dec.in c.1.col.5.de præben. Fulgoſ.cõſ.
62.col.2.Fel.in c.vlt.in 14.col.in gl.ult.de for. cõp.
Inn.in c.expoſuit,de dilat.Bal.in l.1.§.ait prætor,ff.
de poſtu.Abb.in c.dura,de crimin.falſ.
Ita regulæ Cancellariæ,licet dumtaxat publicen
8 tur Romæ in cancellaria,ligant tamen† omnes etiã
extra curiam,ut tenuit Rota in pluribus cauſis teſte
Sarn.in d.proęm.regu.q.2.col.11.Pauin.in prælud.
extrauag.Fel.in cap.2.de reſcr.Mil.in uerb.lex, §.2.
Dec.in l.1.col.ult.ff.ſi cert.pet.Barbat.conſ.57.col.
2.lib.1.Deciſ.Thol.444.Bert.conſ.287.n.21.& cõſ.
292.nu.8.lib.1.Caſſa.conſ.50.col.5.Rip.in ca.2. de
* reſcr.&* communiter Doctores.
9 Idque comprobatur, quia ſtylus communis † ſic
eſt,ut publicatio fiat Romæ ad valuas Baſilicarum
Lateranen. & Principis Apoſtolorum, & in acie
Campi Floræ,ut atteſtatur Sarn. loc.cit. & tota die
fieri uidemus, & tamen ſtylus obſeruandus eſt
ut lex.
10 Verum,ſi publicatio fiat etiam† alibi,ex abundã
ti cautela maior certitudo habebitur.Alexã. conſi.
31.num.5.lib.6.late idem Alex.conſ.181. num.12.
lib.6.Cæpol.conſ.13.cum aliis,ut per Card. Pariſ.
conſ.171.nu.5.uol.4.Cæph.conſi.720.num. 7.cum
ſequ.lib.5.Rol.a Valle conſ.8.nu.25. lib.3. Burſat.
conſ.200.nu.105.lib.2.
Amplia ſecundo,ut liget omnes perſonas Eccle-
ſiaſticas quantumuis in maxima dignitate conſtitu-
tas,ut late dicetur infra.
Amplia tertio,ut omnes etiam ſeculares ſub di-
ctis Conſtitutionibus comprehendantur. nam pro
prium

11 prium eſt Conſtitutionis,†ligare omnem creaturã,
c.Canonum ſtatuta,vbi omnes Doctores hoc no-
tant de conſt.Ideo,vt refert ibi Fel.nu.5. dicit Inn.
qui quotidie ad hoc allegatur, quod conditori Ca-
12 nonis,& Vicario creatoris†omnis creatura ſubiecta
eſt,facit quod habetur Io.x.c.nihil,de baptiſm.Ar-
chiep.Flore.in 2.part.3.p.ſuæ Summæ ſub rubr. de
ſtat.Summi Pontificis,Bal.in c.1.col.1.qui feud.da-
re poſſ.Inn.in c.ſuper his,col.1. de vot. Papa enim
13 †eſt pater omnium, & cum omni Ordinario con-
currit.Bal.in ca.1.col.1.quis dicatur Dux,vel Mar-
chio,facit text.in c.quando,de tranſlat.prælat.& ſo-
14 lus†Papa habet plenitudinem poteſtatis,c. decreto,
2.q.6.c.ad honorem,de auct.& vſu pallii.Bald.in l.
reſcripta,col.2.C.de præc.imperat.offeren.Hoſt.in
c.quanto,de tranſlat.prælat.Abb.in cap. propoſuit,
15 col.3.de conceſſ.præben.& eſt caput†uniuerſalis Ec
cleſiæ.Diu.Thom.in ſecun.par.q.8.art.1. & 4.ſent.
16 artic.15.ubi hoc probat rationibus,& eſt Vicarius†
Chriſti,non ſolum in quantum Chriſtus fuit Eccle-
ſiæ prælatus,ſed etiam inquantum fuit totius Iudeæ
& orbis dominus,Io.Scot.in tract.de perfect. ſtatu-
um,q.9.Fel.in d.c.1.nu.7.8.9.cum ſequen.de conſt.
17 & ideo de neceſſitate ſalutis reputatur ſubeſſe†Ro-
mano Pontifici,ut probat D.Thom.relatus a Fel.d.
c.1.num.10.

Limita primo,huiuſmodi conſtitutiones editas
ſuper confidentiis non ligare ubi uſu non fuerunt
18 receptæ,& executioni demandatæ: ut euenit†in Re
gno Galliæ,prout ſcriptum reliquit Petr.Greg.Syn
tag.Iuris lib.17.c.17.num.30.

Et ratio eſt,quia lex,& conſtitutio Principis nõ
19 recepta,nec moribus vtentium approbata,† non li-
gat,ſi non fuerit obſeruata,ſciente & tolerãte Prin-
cipe.Gloſſ.ſingularis in cap.1.in uerb.Frangere, de
treug. &pac.&in Summ.24.quæ.1.Alexã. conſi.6.
lib.4.& conſi.132.& 139.lib.3.& abſque metu in-
curſus pęnæ poteſt ei contraueneri,Barto.in l.ult.§.
ſed cum antiquitas,C.de curat.furioſ.Soc.ſen. in l.ſi
filius,nu.7.ff.de lib.& poſth.Dec.conſ.466. num.8.
Rimin.conſi.13.num.27.lib.2.Card.Pariſ.cõſ.104.
nu.69.uol.1.& conſ.105.num.8.uol.4.Cæph.conſi.
20 136.nu.18.cum ſequen.lib.1.& etiam†abſq; incur-
ſu peccati mortalis,c.quiſqs, c.præcipitur,14. q.1.la
te Fel.in c.1.nu.7.de treug.& pac.nec ad hoc requi
ritur conſuetudo pręſcripta per decem annos, ſed
21 ſufficit ſimpliciter†uſus contrarius,c.cum.de cleric.
coniug.§.1.diſt.5.quia ſuperior videtur eam legem
tacite tollerare,ex quo ſcit contrarium obſeruari,&
patitur,Aret.conſ.11.procedendum col.pe. Roma.
cõſ.511.quod primum in fi.Gl.in c.de libellis, diſt.
22 20.ubi Eccleſia Orientalis non recepit Canones†
de continentia Clericorum,& propter hoc non in-
cidit in hæreſim,nec peccauit mortaliter,c.denique
in fi.diſt.4.late Aufr.in repet.ca.1.not.10.de offic.
ordi.Rebuff.ſuper concordant.rubr.de collat.§.prę
factique ordinarii,in uerb.poſt præſentium accepta
tionem,dicens,quod Galli Conſtitutiones burſales
23 †Papæ non receperunt, ex his,quæ ſcribit Guliel.
de Bened.in repet.c.Rainutius,in uerb. & uxorem
nu.233.cum ſequen.de teſtam.Ita confeſſio non ac
24 ceptata non nocet,quia poteſt† per partem tanquã
erronea reuocari,l.1.& 2.C.quãdo licet ab emptio-
ne diſced.Cin.in l.1.q.6.C.de confeſſ.Sal. in l.gene
raliter,q.etiam 6.C.de non numer.pecu.in c.ſi cau-
tio,col.5.uerſ.fortius,de fid.inſtrum.Alex.conſi.90.
col.4.lib.1.Et regulare eſt,ut lex noua nõ acquirat
uires quoties ſucceſſiue fiunt plures actus contra eã,
ſciente conditore,aut ſucceſſore,& non contradicẽ
25 te,quia non dicitur moribus†utẽtium recepta,& ſu-
perior videtur acquieſcere illi contrauentioni, ſeu
inobſeruantiæ, ad not.in l. de quibus, ff.de legibus
Gl.in d.c.1.de treug. & pac. quam omnes allegant
ad hoc,& ibi Abb.& alii Doctores,Imol.in ca.cum
olim in 2.not.de Cler.coniug.Io.Andr.in addit.ad
Spec.in rubr.de clandeſt.deſponſ.Oldr. conſi.259.
Anch.conſ.278.Rom.conſ.512.quoad primum,ad
fi.Bal.in l.rem non nouam,in fine,C.de Iud.Cęph.
conſ.129.nu.19.lib.1.Sed poſt publicationem dicta
rum Conſtitutionum in Gallia infinitæ prope mõ
dum fuerunt commiſſę confidentiæ,& prædictę Cõ
ſtitutiones nunquam fuerunt acceptatæ,& vſu rece
ptæ,ergo ad not.per Io.Ann.in c.Ioannes,in fin.de
Cler.coniug.Fel.in d.c.1.num.10.de treug. & pac.
& infinitæ etiam fuerunt latæ ſententiæ,quibus cõ
gebantur confidentiarij reſtituere beneficia, accẽ
pta ſub fide ea reſtituendi,& hoc nedum a Iudicib.
26 inferioribus,ſed etiã a ſupremis, & etiam ab ipſo†
Rege.nam ita iudicaſſe Henricum II.die 29. Apri-
lis 1558.atteſtatur Petr.Greg.Syntag.iur.lib. 17.c.
17.ſub num.30.in fi.& huiuſmodi ſentẽtiæ poſſunt
ſuſtineri,pręſupponendo dictas conſtitutiones non
fuiſſe uſu receptas in eo Regno.nam,quamuis ſen-
27 tentia lata contra extrauagantem publicatam † ſit
nulla,tanquam lata contra legem ſcriptam, Bald.in
l.2.C.quan. prouoc.non eſt.neceſ.Butr.in c.1. & in
c.cum inter,de re iud.Abb.in c.Paſtoralis, de fid.in
ſtrum.late Pauin.in procem.poſito in interpretatio
ne extrau.com.tamen ſi extrauagans non fuit uſu re
28 cepta,† ſententia lata contra illam extrauagantem
valet,Petr.de Anch.in clem.1.de rebus Eccleſ.non
alien.Alex.in l.cum prolatis,ad fi.ff.de re iud.Fel.in
c.1.col.4.uerſ.per iſtam gloſſam dixit Petr. de An-
char.& col.6.uerſ.intellige,idem Fel.in cap.1. de re
iud.Sarn.in proęm.reg.q.2.col.15.faciunt, quæ ſcri-
bit Card.Zabarel.conſ.132.col.3.& quæ late addu
cit Fel.d.c.1.col.4.5.6.7.cum ſeq.de treug.& pac.&
* *communiter Doctores.

Hoc tamen nimis præiudiciale, & ſcandaloſum
29 eſſe cõſiderans felic.record.Sixtus†V.per ſuam Cõ
ſtitutionem 66.incip.Paſtoralis officii,datum Ro-
mæ anno 1587.ſtatuit, conſtitutiones Pij iiij. & Pij
V.circa cõfidentias beneficiales editas ẽt in Regno
Galliæ eſſe exequendas, & mandat quibuſcunque
ordinariis ſub interminatione diuini Iudicii, aduer
ſus tales animaduertant:cuius conſtitutionis exem-
30 plum eſt in fine uoluminis.

31 Moderat tamen pęnas,vt facilius † executioni de
mandetur.Primo,nam ſecundum Conſtitutionem
Pij iiij.& Pij v.beneficia uacantia ob confidentiam
ſunt reſeruata Sedi Apoſtolicæ. Sixtus tamen uo-
luit beneficia uacantia ob confidentiam in Regno
Galliæ poſſe* conferri ab Ordinariis collatoribus,
perinde ac ſi reſeruata minime eſſent,qui ſi neglexe
rint dicta beneficia,ut præfertur uacantia conferre,
collatio,& prouiſio ad proximos ſuperiores, ut pa-
tet in §.beneficia.

Secundo,in conſt.Pij iiij.& Pii v.diſponitur, qđ
fructus male percepti ob confidentiam ſpectent ad
Cameram Apoſtolicam.Sixtus uero in dict.conſti.
in §.Fructus,concedit,ut huiuſmodi fructus male ꝑ
cepti ob confidentiam poſſint applicari ab ordina-
riis in uſum,& reparationem Eccleſiarum, in quib.
confidentia fuit commiſſa:& hoc forſan ex eo,quia
Galli



Galli non recipiunt Conſtitutiones burſales Papæ,
vt dicit Rebuff.in Concord.Rub.de Collator.§.ꝑ-
fatique Ordinarij.

Tertio,in dictis Conſtitutionibus Pij IIII.& Pij
V.abſolutio a cenſuris, pœnis, & irregularitatibus
propter crimen confidentiæ ſpectat ad Sedem Apo
ſtolicam.Sixtus uero concedit,& dat facultatẽ Nũ-
cio ibi exiſtenti,& Legato Auinioneñ.abſoluendi,
ut patet in §.abſolutionem. ſed nec etiam huiuſmo
di Conſtitutio(ut audiui)fuit in dicto Regno debi
tæ executioni demandata,ob temporum iniuriam,
&,quod celeriter eradicari,& extirpari oportuerat,
in dies magis ſerpere,& propagare noſcitur,in ma-
ximum animarum periculum, ac ſcandalum pluri-
morum.namque paulo poſt Conſtitutionem ſequu
32 ta fuerunt bella ciuilia,& magna,& Henricus†III.
Rex,Aloyſium Lotharingum Cardinalẽ Guiſum
ſuis ſatellitibus confodiendum tradidit,& Carolum
Card.Borbonium,& Lugdunen.Archiepiſcopũ in
carcerem conijci iuſſit.ob quod fuit a felic. record.
Sixto V.citatus ad dicendum, cur non deberet de-
clarari excommunicatus,poſtremo die termini ſibi
ſtatuti,cum magna & Gallorum,& totius Orbis ad
miratione,in proprijs caſtris,inter armatos, & ſatel
lites,ab inermi,ac ignoto quodã fratre Iacobo Cle-
mente nuncupato, nondum agẽte uigeſimumquin-
tum annum,patria Senonen.ordinis Prædicatorum
nihil tale cogitans,paruo gladio,ad id dedita opera
paulo ante elaborato,ſubter umbilicum uulneratus,
ac miſerrime interfectus eſt,Kalendis Augu.1589.
poſt cuius mortem acerrime armis contenditur de
Regno.

### *SVMMARIVM.*

1 *An committentes confidentiam ante Pium IIII. ſubijciantur pœnis Conſtitutionis eiuſdem Pij, & num.7.*
2 *Lex futura reſpicit.*
3 *Verba ſubiunctiui temporis quid importent.*
4 *Verbum vacauiſſe pręteriti temporis.*
5 *Lex puniens quod eſt cõtra ius diuinum reſpicit prę terita.*
6 *Diſpoſitio ſimpliciter prolata reſpicit præſentia & præterita.*
8 *Conſtitutio Pij IIII. non comprehendit confidentiam perfectam ante promulgationem ipſius Conſtitutionis.*
9 *Confidentia iure humano eſt illicita.*
10 *Permiſſione ſuperioris pœnæ vitantur.*
11 *Conſtitutio non poteſt reſpicere præterita deciſa.*
12 *Quod legitime fit,pęnam non meretur,*
13 *Quoties actus non eſt conſummatus, lex prohibitoria ſuperueniens illum annullat.*
14 *Ante captam poſſeſſionem actus non eſt perfectus.*

## QVAESTIO XII.

Confidentiarij ante Pium IIII.quibus hodie ſubii-
ciantur pęnis.

DECIMO ſecundo, Quęro,an,qui commiſerũt
confidentiam ante editam Bullam Pij iiij.com
prehendantur hac Conſtitutione,& ſubiiciantur il-
lis pœnis.

1 Negatiuam†opinionem indiſtincte,quod præteri
tæ confidentiæ non comprehendantur, tenuit Na-
uar.in Man.ca.23.ſub num.109.& ſub nu.111.& in
facti contingentia nouiſſime reſpondit Io. Petr.Bi
mi. conſi.29.num.5.cum ſeq.& reperio, quod ſecũ
dum hanc ſententiam conſuluit idem Nauar.conſi.
18.num.4.§.5.de Simon.

2 Et probatur ex eo,quia†lex regulariter futura re-
ſpicit,& nõ ꝑterita,c.vl.de cõſt.Bal.& Sal.in l.leges,
& Cõſtitutiones C. de legib.Bar.in l.oẽs populli,n.
39.ff.de iuſt.& iur.Hoſt.in Sum.in tit.de cõſt.§. qñ
* cõſtitutio,in fi.&*cõiter Doct.vt habetur in d.cap.
ult.de conſt.quod etiam procedit, ſi ratio conſtitu-
tionis anteceſſerit conſtitutionem,quia per hoc ꝓ-
hibitio ipſius conſtitutionis non trahitur retro ad
tempus antecedens,ſed ad futurum.Bald.& Sal.in l.
teſtium,C.de teſtibus per illum tex. optime Feli.in
d.c.ult.ante n.1.uerſ.& ampliatur,de conſti. & etiã
3 ſi loqueretur per uerba†ſubiunctiui modi,quę poſ-
ſent importare pręteritum & futurum.nam in pro-
poſito importabunt duntaxat futurum.Abb.in di-
cto cap.ult.in 4.not.Feli.num.1.Bald. in d.l. leges,
col.4.C.de legibus.Glo.in l.cum tale,§.ult.in uerb.
dixerunt,in fin.ff.de cond.& demonſtrat.Glo.2.in
cap.ad hoc,de reſcr. idque etiam uendicat ſibi lo-
cum, ſi Conſtitutio ſit antiqui iuris declaratoria,ſi
habet verbum promulgatorium noui iuris,uel eſt
lex noua reſpectu pœnæ(ut ſunt prædictæ Conſti-
tutiones contra confidentias)Glo.in cap.vnico, de
cler.non reſid.in 6.& ibi Gemin.& alij, Feli.in di-
* cto cap.vlt.num.1.& omnes*alii ſequuntur.

Affirmatiuam opinionem uidetur tenere Maſc.
de probat.concl.1306.ſub num.35.

Quæ primo probatur in Conſtitutione Pij IIII.
quæ uidetur loqui expreſſe de pręteritis confiden-
tijs, dum dicit, non fuiſſe paritum a Cardinalibus
monitionibus per ipſum factis, & ideo diſponit,ut
ipſo iure vacent beneficia in Confidentiam rece-
pta,ibi,ipſo iure a die receptionis vacauiſſe,& uaca
4 re,ac fructuum &c.uerbum enim Vacauiſſe†eſt prę
teriti temporis,& lex poteſt etiam præterita reſpi-
cere.l.leges,la ſecunda,C.de legibus.l. ult.de legib.
Bart.in d.l.omnes populi,nume.40. & tunc abſque
dubio ea comprehendit.cap.vlt.de conſtit.clem.2.
in fin.de iudic.

5 Secundo probatur,quia,†quoties lex emanat ad
irritandum aliquod, quod ſit contra ius diuinum,
vel naturale,tunc extẽditur etiam ad præterita.Do
cto.in cap.cum ita,de vſur.Card.Pariſ.in addit. ad
Bart.in d.l.omnes populi,ſub nume.39. in uerb.an
etiam præcedentia.

6 Tertio,quia diſpoſitio ſimpliciter†prolata con-
cernit præſentia,& præterita,cap.ad audientiam,el
ſecundo,de eccl.ædifi.clem.ult.de reſcrip. Card. in
clem.1.in 4.oppo.de cenſ.cum alijs,ut per Fel.in d.
cap.ult.num.16.de conſtit.

7 Pro reſolutione†huius quæſtionis exiſtimo duos
caſus eſſe conſtituendos, Quorum primus erit, quã
do confidentia erat conſummata, & perfecta ante
8 †Conſtitutionem Pij IIII.nec extabant reliquię.nã
* hoc caſu uera eſt prior ſententia, & communiter*
recepta,vt tales confidẽtiarij non cõprehẽdant ſub
dicta Conſtitutione Pij IIII.neque ligentur illis pę
* nis,& ita in facti contigentia fuit reſolutum*in Ro
ta,die 17.Decembris 1568.coram Oradino, ſcili-
cet,conſtitutionem hanc non includere reſignatio-
nem de beneficio recepto in confidentiam factam
ante publicatam dictam Conſtitutionem,ſimplici-
ter, & abſque ulla reſeruatione penſionum, & re-
greſſus,

greſſus, ac fructuum. & in his terminis loquitur
Nauarr.dict.capit.23.ſub nume.11.uerſicu. vnde-
cimo,& ratio eſt ea,quam ſupra retulimus,quia Cõ
ſtitutio regulariter dat formam futuris duntaxat ne
gotiis,dic.cap.ult.de conſtitut. & quomodo confi-
dentiarii ante dictas conſtitutiones poſſunt ſu-
biici illis pœnis,cum ante prędictas bullas publice
reddebatur ius in omnibus tribunalibus Curiæ con
tra non reddentes beneficia in cuſtodiam, & confi-
dentiam acceptata,Card.S.Cruc.deciſ.18. & 144.
Accedit, quia confidentia iure tantum humano
9 †eſt illicita,ergo tolerantia Papæ potuit fieri impu-
nibilis,arg.c.primo de conſt.li.6.Immo etiam ſi iu-
re diuino eſſet prohibita,adhuc idem eſſet, quia pę
næ iure humano ſunt ſtatutæ,& ſic dicta permiſſio
10 ne pœnæ nullitatis†titulorum,& aliæ potuerunt tol
li.l.qui condẽmnare,ff.de reg.iur.Not.in l.leges,C.
de legibus.
Cõprobatur,quia conſtitutio nõ põt porrigi ad
p̃terita iã deciſa,& finita,ẽtſi expreſſe contrariũ† ca
11 ueretur.l.cãs,C.de tranſact.l.pe.in fi.C.de ſacroſ.Ec
cleſ.l.ult.ubi Bar.C.ſent.reſc.non poſſ.Guid.de Zu
zar.in l.leges,C.de legib.optime Bar.in di.l.omnes
populi,nu.40.uerſ.diſtingue,ff.de iuſt.& iur. Card.
in clem.dudum,§.nos etenim,in 7.q.de ſepult.Abb.
in c.non debet,de conſang.& affin.Bar.in l.prima,
§.ult.ff.ad Tertul.Ang.cons.53.incip.q. propoſita,
* in ult.col.&*cõiter Doct.ut per Fel.in d.c.ult.nu.2.
de conſt.ergo eo magis,cum id non dicitur expreſſe
ut in caſu noſtro late per Fel.loc.cit.
Et huiuſmodi concluſio ampliatur,etiãſi illa con
fidentia fuerit realis: in his enim terminis loquitur
Nauar.d.c.23.ſub nu.11.verſ.11.
Ex quo primo infertur,quod reſignationes,colla
tiones,& pẽſionum impoſitiones factę ante conſti-
tutionem Pii iiij.ſunt validæ,& hi non tenentur ad
ea beneficia relinquenda.ita Nauarr. loco proxime
citato.
Secundo infert idem Nauar.hos non teneri ad re
ſtitutionem fructuum perceptorum ea ratione,quia
12 †qđ legitime fit,& lege permittente,pęnam nõ me
retur,l.Gracchus,C.ad l.Iul.de adult.
Tertio infertur,neque aliis penis,ut dictum eſt.
Secundus eſt caſus,quando confidentia tempore
Conſtitutionis Pij iiij.non erat conſummata & per
fecta,& quia,qui receperunt,vt aſſeruarent incapa-
cibus,adhuc non reſignarent in fauorem dictorum
incapacium effectorum capacium.nam hoc caſu cõ
cludendum,veram eſſe poſteriorem ſententiam ſci-
licet comprehendi ſub dicta Conſtitutione Pij iiij.
quod colligitur apertiſſime in §.quare,& in §. idcir
co,ac alibi.& hoc firmauit Rot.præfata die 17. De
cembris 1568.coram Oradino,& uoluit hanc Con
ſtitutionem Pij iiij.comprendere tres caſus. Primus
eſt qui vertitur circa confidentias de futuro. Secun-
dus eſt circa cõfidentias,quæ tunc aderant,quia reci
pientes beneficia in confidentiam,adhuc ea retine-
bant.Tertius eſt de his,qui receperunt confidentiã
& reſignauerunt,ſed aliquod ſibi reſeruauerunt, ut
pũta regreſſus,penſiones,vel fructus;& ratio eſt, qa
13 quoties actus non eſt perfectus, † & conſummatus
lex ſuperueniens prohibitoria illum annullat, & im
pedit,Gl.& idem Abb.in clem.2.in uerb.in poſte-
rum,de ætat.& qualit.& ibi Card.col,5.Bald. in l.ſi
ita ſcriptum,§.ult.ff.de leg.2.Ant.de Butr. Imol.&
alii,quos citat Fel.in c.vlt.num.11.de Conſt. ubi in
fert ad plures notabiles caſus.

Ex quo primo infertur,quod,ſi commiſſa fuit cõ
fidentia ante Conſtitutionem Pij iiij.verum nõ fuit
capta poſſeſſio,utique Conſtitutio ſuperueuiens an
nullabit,& impediet,cum confidentia non ſit con
14 ſummata,quia†non eſt capta poſſeſſio.c.cum in cũ
ctis,§.cum de elect.l.metum,§. ſed quod præter,ff.
quod met.cau.Bar.in l.ſi is qui recip.n.3.ff. ex quib.
cauſis mai.Vnde ſecus eſſet ſi fuiſſet capta poſſeſſio
* etiam per paucos dies ante.& ita*vidi pronunciari,
cum hic caſus accidiſſet in una Salamantin. per R.
P.D.Alexandrum Catalanum, Iudicem confiden-
tiarum.nam ibi fuerat capta poſſeſſio per ſex dies
ante conſtitutionem Pij IIII.

*SVMMARIVM*

1 *Lex puniens delicta,fauorabilis.*
2 *Lex reſpiciens vtilitatem publicam, fauorabilis.*
3 *Statutum permittens impune occidi bannitos dici-tur fauorabile.*
4 *Lex obuians fraudibus,fauorabilis.*
5 *Lex tollens fraudes dicitur conformis Iuri naturali.*
6 *Ex proęmio colligitur mens legiſlatoris.*
7 *Statutum annullans teſtamentum non inſinuatum, dicitur fauorabile.*
8 *Diſpoſitio requirẽs,ut inſtrumentum rogetur per No tarium archiuiſtam, dicitur fauorabilis.*
9 *In fauorabilibus lata interpretatio.*
10 *Conſtitutiones de confidentiis ſunt odioſæ.*
11 *Lex odioſa facta in odium alicuius.*
12 *Senatuſc.Macedonianum odioſum.*
13 *In confidentiis multa ſingularia.*
14 *Odioſum quid.*
15 *Annullatio actus pęna.*
16 *Diſpoſitio odioſa reſtringenda.*
17 *Lex ad arcendum dolum,odioſa.*
18 *Diſpoſitio partim fauorabilis,& partim odioſa cenſe tur odioſa.& num.26.*
19 *Quod principaliter agitur,inſpiciendum.& nu.23.*
20 *Lex omnis reſpicit vtilitatem publicam.*
21 *Leges qua ratione fiant.*
22 *Lex Canonica reſpicit ſalutem animæ.*
24 *Statutum quod maſculi excludant fœminas, fauora bile.*
25 *Diſpoſitio potentius influit in propinqua.*

## QVAESTIO XIII.

EXtrauagantes prohibentes confidentias num ſint
odioſę & ſtricte inteligendæ.

DEcimotertio, Quæro, An huiuſmodi Conſtitu
tiones Pij iiij.& Pii v.ſuper Confidentiis cen-
ſeantur odioſæ vel fauorabiles?
Quod ſint fauorabiles, probatur primo quia in eis
1 agitur de puniendis delictis,& coercendis illicitis,†
qua ratione debent dici fauorabiles.Bar.in l.quem-
admodum,C.de agric.& cenſit.lib.xi.Rom. conſi.
105.col.ult.Fel.in c.tranſlato,col.vlt. uerſ. aliud eſt
notandum,de conſt.Dec.in l.factum ſuum,§.in pœ-
nalibus,in 4.fallen.ff.de regu.iur. in conſ.65.col.2.
Alex.in l.cum quidam,ante fi.ff.de lib. & poſth. &
* communiter*Doctores ſequuntur.
2 Secundo,quia prædictæ Cõſtitutiones† reſpiciũt
utilitatẽ publicam,& animarũ ſalutem, ne homines
peccatis inuoluãtur,qua rõne attenta,debent cenſe-
ri fauorabiles,Bar.& alii in l.2.C.quãdo licet unicui





que ſing. iudic. de uendic.Idem Bartol.in le.
omnes populi, numero uigeſimo tertio. ff. de
iuſti.& iur.Dec.in capit.Eccleſiæ Sanctæ Ma-
riæ columna tertia.in fin.uerſicu.& materia fa
uorabilis,de conſtitut.Caputaqu. deciſio. 15.
numero 8. parte 2. eadem ratione ſtatutum
permittens impune occidi bannitos dicitur
3 † fauorabile, quia ob utilitatem, & bonum
commune factum eſt, Albericu.de Roſat.in
tractat.ſtatu.in par.4.quæſtio.20.Nell.tracta.
bannit. in prima parte, ſecundi temporis in
princip.Dec.conſil.centeſimotrigeſimotertio
col.penul.in fin.
4 Tertio, quia dictæ † Conſtitutiones re-
reſpiciunt, & obuiant fraudibus, & repri-
munt lites,qua ratione debent dici fauorabi-
les Felin.in capitul.de quarta, columna quin-
ta.in fin. de pręſcript. ubi ſcribit, diſpoſitio-
nem factam ad obuiandum fraudibus dici
fauorabilem.ſequitur Caputaqu.deciſio. deci
maquinta.numer.7.part. 2. Crauett.conſilio
118.numero undecimo Deci.conſilio quinto.
ad fin.& conſilio 196.columna prima. faciunt
notata in princip.Inſtitut.de Vſucap. Sarnen.
de ann.quęſtio.4.numero quarto.quæſtio. 19.
numero ſecundo.immo,hoc attento,cum tol-
lant fraudes, & ipſius ſuſpicionem, dicuntur
5 † conformes iuri naturali, ſecundum quod
fraus eſt prohibita. Bald. in authen. Ingreſſi,
colum.6.uerſicu.Item quod dixi, C. de ſacro-
ſanct.Ecclef.
Quarto, quia emanarunt principaliter ad
reprimendos ambientes beneficia,& uolentes
in illis intrare per malas artes,& per fallacias,
& falſitates,& illuſiones, ut ex prooemio ex-
6 preſſe colligitur, ex † quo ſolet mens legiſ-
latoris colligi.leg.ultim.ff. de hæred. inſtitut.
Roman.conſilio 436. Ideo debent dici fauo-
rabiles,ut in ſimili ſcribit Bald.in cap. primo.
§.ſi quis per ſe,ſi de feud fuer. controuerſ.in-
ter dom.& agna. in uſibus feud. facit quod
ſcribit Socin.ſenior conſil.97.lib.1.
Quinto,quia annullant reſignationes con-
fidentiales,& declarant eſſe nullius momen-
ti, & roboris, ergo debent dici fauorabiles.
7 nam ſtatutum † annullans teſtamentum non
inſinuatum dicitur fauorabile.Calderin.in di
ſputat.incip.Bononienſ. ſtatu. cauetur. Ale-
xand.conſilio 119.columna tertia.uerſicul. &
ſubdit libro ſexto.& colum. ultim. Bartol.in
le.prima.num.30.C.de ſumm. Trinit. & fide.
* Cathol.& ideo fuit * reſolutum in Rota, die
1.Iuni. 1551. in una Romana obſeruationis
contractus coram Cardinal. Sanctę Crucis,
8 quod diſpoſitio,per quam diſponitur,ut † in-
ſtrumentum rogetur per notarium Archiui-
ſtam,ſit fauorabilis,teſte Caputaqu. deciſion.
15.par.2.
Et cum ſint† fauorabiles, interpretatio la-
ga fieri poteſt,le.prima.§. pecuniam,ff. de ca-
lumniat.l.ſed & Iulianus,in princip. & §.Mu-
tui datio, ff. ad Macedonian. capitu. quanto

de priuileg. capitul. ſi ciuitas, de ſentent.ex-
commun.libr.6.Dec.conſi.297.column. 2. &
conſil.301.columna 2.not.in regul.odia, de re
gul.iur.lib.6.
His tamen non obſtantibus,contrariam o-
10 pinionem in puncto iuris exiſtimo † eſſe ue-
riorem,ut prædictæ Conſtitutiones ſint odio-
ſæ.quam etiam ſententiam conſulendo firma-
uit excellens D. Nauarra. ut patet in conſilio
2.in titu.de conſtitut.Idem Nauarr.conſi. 26.
* de Simon.& ita audio tenere * Rotam,& pro-
batur.
Primo,quia lex facta in odium aliquorum,
11 uel alicuius rei cenſetur† odioſa,& reſtringen-
da.le.qui exceptionem, ff. de condit.indebit.
12 ubi dicitur, † Sen.conſultum.Macedonian.
quod inducit exceptionem pro filiis familias
ad arcendum dolum fœneratorum, & uotum
captandæ mortis alienæ,iuxta le. prima. ff. ad
Macedonian.eſſe odioſum,& reſtringendum,
Calderin.conſilio decimoquarto.ſub titul. de
uerbor.ſignifica.Alexand.conſilio centeſimo
uigeſimooctauo. poſt princip. libro primo.
Ioan.Anan.conſilio ſexageſimonono.Decius.
conſilio ducenteſimoquinquageſimooctauo.
in caſu.numero 9.Curt.Iunior conſilio quinto
* & ſeptimo. & communiter * Doctores. ſed
huiuſmodi conſtitutiones ſunt tales. nam fue
runt latæ ad excludendum, & arcendum do-
los,& fraudes, ac uota captandæ mortis alie-
næ,quæ inducebantur per confidentias bene-
ficiales illicitas,& conſtat præfatas Conſtitu-
tiones fuiſſe factas principaliter in odium Si-
monię, & ſimoniacorum, & ad exterminan-
dum illam,& illos ab Eccleſia,ut ex prooemio
ipſorum apertiſſime liquet, argum. le. ultim.
ff.de hæred.inſtitu.
Secundo,quia huiuſmodi conſtitutiones in
pluribus diſponunt præter,& contra ius com-
13 mune, † ut in diſcurſu materiæ late dice-
tur,& patet,quia inducunt pœnas atroces, &
nouas probationes, & præſumptiones contra
regulas iuris communis, puta per teſtes ſin-
gulares,& alios inhabiles, & quod intentio e-
tiam unius intendentis confidentiam ſuffi-
14 ciat: qua ratione debent † dici odioſæ.leg.
ius ſingulare,le.quod uero contra, ff. de legi-
bus.capitul.cum dilectus,de conſuetud.capit.
primo.& ſecundo.de fil.presbyte.lib. 6.capit.
quod dilectio,de conſanguinit. & affinit.Bal.
in le.non ſine,C.de bon.quæ lib.Abb.conſilio
primo.colum.2.circa fin.libro primo. & con-
ſilio centeſimodecimoſeptimo.colum.ſecun-
da.libr.2. Corne.conſil.89.colum.3.lib.3.Ar
chid.in cap.hoc,17.q.2.
Tertio,quia dictę Conſtitutiones,ultra an-
15 nullationem actus, quæ pœna † dici poteſt,
le.Senatus,ff.de contrahend.emptio. Gloſſ.in
capitul.decet,de immunitat.Eccleſi.libro ſex
to.Abba.in cap.2.numero quinto. de conſti.
Bal.in l. non dubium,colum.2.de leg.primo.
condemnant ad damna,intereſſe fructus, pœ-

nam pecuniariam, inducit inhabilitatem, & infa-
16 miam,quare pœnalis diſpoſitio cenſebitur, † & re-
ſtringenda,cap.pœnæ,de pœnit,diſt.1. cap.in pœ-
nis,de reg.iur.lib.6.l.interpretatione,ff. de pœn.ca.
Statutum,§.quod cum ſit pœnale,de elect.lib.6.l.fa
ctum cuique,§.in pœnalibus,ff.de reg.iu. ex quibus
dicit Naua.d.conſ.2.nu.4. has Conſtitutiones non
ſolum eſſe pœnales,ſed pœnaliſſimas.

17 Quarto,quia lex diſponens†aliquid ad arcendũ,
& euitandum dolum,& malitiam, cenſetur odioſa,
* Bal.*communiter receptus in l.pen.n.5.C.de pact.

18 Quinto,comprobatur,quia diſpoſitio,†quæ par-
tim eſt fauorabilis,& partim odioſa,debet reputari
odioſa,ſi principaliter facta eſt in odium, licet mi-
nus principaliter reſpiciat fauorem alicuius.Docto
res in l.quæritur,ff.de ſtat.homin.Gemin. & Fran.
in cap.ſciant cuncti,de elect.lib.6.Sed præfatæ Cõ-
ſtitutiones principaliter emanarunt propter odiũ,
vt ex procemio apparet:ergo odioſæ. nam nõ ideo
leges debẽt dici fauorabiles,quod ſecũdario,& mi-
nus principaliter inducant vtilitatem publicam,vel
priuatam:ſed,quando fiunt immediate,& principa
liter ad illam inducendam.cum ergo prædictæ Cõ-
ſtitutiones immediate,& principaliter ſint factę ad
tollendas fraudes,& crimen odio digniſſimum, &
inducant pœnas grauiſſimas,& multa exorbitantia
à iure communi propter odium confidentiæ peſti-
lentis beneficialis,cenſeri debent odioſæ, & reſtrin
gendæ,iuxta not.in l.cum quæritur,ff.de ſtat. hom.
19 quamuis per†conſequentiam reſpiciant vtilitatem
publicam,& priuatam,quæ conſiſtit in obſeruandis
legibus diuinis,& humanis,Barto.in l.quemadmo-
dum,C.de agric.& cenſ.lib.11.

Ex quibus contraria de facili tolluntur.nam pri-
mum non eſt verum,cum in lege imponente pœnã,
ſi conſideretur principaliter odium alicuius,vel cu-
iuſdam rei,dicitur odioſa,l.exceptionem,ff.de con-
di.indeb.Mandoſ.de annal.q.3.col.2.

Ad ſecundum, optime reſpondet Nauar.d.conſ.
2.nu.5.de conſt.non ſufficere,ad hoc,vt lex ſit fauo
rabilis,quod quomodocumque reſpiciat utilitatem
publicam, quia ſequeretur, omnem legem, etiam
Macedoniam,eſſe fauorabilem,quia omnis lex ali-
20 quo modo†reſpicit vtilitatem publicam,vt colligi-
tur ex definitione legis,§.erit autem, diſt. 4. dũ ait,
communi ciuium vtilitate fieri. Hinc dicit Fortũ.
21 Garz.de vltim.fin.in princ.omnes† leges etiam ciui
les fieri ad quærendam fœlicitatem æternam, quæ
eſt omnium vtilitatum publicarum, & priuatarum
maxima,& ſuprema,quo attento nulla lex etiam ſę
cularis dici poſſet odioſa,quod eſt falſum:&,cum le
22 ges Canonicæ factę ſint ad finem† quærendi fœlici
tatem æternam,Nauar.in cap.inter uerba,11.quæ.
3.concluſ.5.& in cap.cum miniſter,23.queſt.5.nu.
29.ſequeretur,nullam legem Canonicam eſſe odio
ſam,quod eſt falſum.nam nulla lex quantumuis iu-
ſta eſt adeo pœnalis,& exorbitans a iure communi,
quę non ſit facta aliquo modo ob vtilitatem pu-
blicam.

Accedit,quia tunc lex dicitur fauorabilis, quan-
do reſpicit utilitatem publicam,cum illam reſpicit
23 immediate,& principaliter,†& non quando ſecun-
dario,& in quadam conſequẽtia, vt in caſu noſtro:
cum regulare ſit in vnaquaque materia eſſe atten-
dendum,quod principaliter agitur,& non quod ſe-
cundario.l.ſi quis nec cauſam,ff.ſi cert.petat.

24 Hinc ſtatutum, † quod maſculi fœminas exclu-
dant,quia in fauorem maſculorum principaliter, &
pro conſeruandis bonis in familia emanauit,dicitur
fauorabile,attenta hac ratione principali,Cyn.in l.
1.C.de adult.Ang.conſ.68.num.4.Anch.cõſi.112.
num.6.Craue.conſi.118.num.10.Curt.Iun.conſil.
87.num.5.Socin.Iun.conſi.10.num.3.lib.4.Ber.cõ
ſi.14.num.9.li.2.Mazol.conſi.8.nu.34.Dec.in l.ve
nia,colum.3.ff.de in ius vocan.Semper enim atten
ditur,quod principaliter. nam diſpoſitio potentius
25 influit in immediata,†& propinqua,quam in remo
ta,l.lecta,ff.ſi cert.pet.Hinc eſt, quod Conſtitutio,
quæ partim eſt fauorabilis,& partim odioſa, debet
26 reputari odioſa,ſi principaliter†facta eſt in odium,
licet minus principaliter reſpiciat fauorem alicuius.
Gem.& Franc.in cap.ſciant cuncti,de elect.libr. 6.
l.1.in princ.ff.de auct.tutor.l.vlt.§.fructus, ff. quod
in fraud.cred.l.nauis,ff.ad le.Rhod.de iud.

Ad tertium patet reſponſio ex ſupradictis,& ex
his quæ diximus in quarto fundamento huius opi-
nionis firmatæ.

Ad quartum etiam fuit reſponſum:vnde non eſt
opus rurſus replicata reſponſione.

Ad quintum etiam fuit reſponſum, & faciunt,
quæ dixi in tertio fundamento huius ſententiæ.

Quare ex his concludendum erit, Cõſtitutiones
has Pij IIII.& Pij V.ſuper Confidentijs beneficia
libus eſſe odioſas,& per conſequens reſtringendas,
& ſtrictam in eis eſſe faciendam interpretationem.

## SVMMARIVM

1 *Conſtitutiones contra confidentiarios obligant in foro conſcientiæ.*
2 *Leges humanæ obligant in foro conſcientiæ.*
3 *Præſcriptio procedit etiam in foro conſcientiæ.*
4 *Ius accreſcendi habet locum etiam in foro conſcientiæ.*
5 *Papa prohibet confidentias.*
6 *Leges conſiderantes peccatum, obligant in foro conſcientiæ.*
7 *Expreſſum quod colligitur ex vi verborum.*
8 *Credens Papam non poſſe condere legem, eſt hæreticus.*
9 *Coniecturæ confidentiæ, an obligent in foro conſcientię.*
10 *Vbi adeſt peccatum, quis obligatur in foro conſcientiæ.*
11 *Forum conſcientiæ, nititur veritati.*
12 *Forum conſcientiæ nemini parcit.*
13 *Conſcientia, idem, quod Iuſtitia.*
14 *Conſcientia, eſt ſcientia cordis.*
15 *Forum conſcientiæ, appellatur boni, & æqui.*
16 *Forum conſcientiæ regulatur ſecundum ius, & rationem naturalem.*
17 *Conſcientia, ſoli Deo patet.*
18 *De omnibus confitenti creditur.*
19 *Lex fundata in præſumptione, in foro conſcientiæ non obligat, ſi veritas eſt in contrarium.*
20 *In foro conſcientiæ fictiones non attenduntur.*
21 *Forum conſcientię non alligatur apicibus iuris.*
22 *In foro conſcientiæ non eſt locus litibus.*
23 *Conſcientia non ligat, quos natura non obligat.*
24 *Conſcientia ad terminos iuris naturalis, & gentium reducitur.*
25 *Quoties aliquid fuit factum, ſed non principaliter, in foro*



*foro conſcientiæ non obligat.*
26 *Non valet argumentum de foro exteriori, ad interius.*
27 *Ex mutuo quando oriatur confidentia.*
28 *Solutio pro expenſis, quando ſit confidentia.*
29 *Datio pro ceſſione iuris, ſuper beneficio litigioſo nõ eſt Simonia.*
30 *Cauſa principalis, quæ ſit.*
31 *Pœnæ impoſitæ contra confidentiarios non debentur in foro conſcientiæ.*
32 *Pœna quando imponatur in foro conſcientiæ.*
33 *Fur in foro conſcientię non tenetur ad pœnam furti.*
34 *Forum conſcientiæ validat actum, in quo eſt præter miſſa forma.*
35 *Habentes titulum inualidum, quando ſint tuti in foro conſcientiæ.*

## QVAESTIO XIIII.

Pœna impoſita per Pium IIII.& Pium V.contra Cõ-
fidentiarios,an debeatur in foro conſcientię.

DEcimoquarto, Quæro, An Conſtitutiones Pij
IIII.& Pij V.ſuper hac materia editæ obligẽt
1 & ligent in foro conſcientiæ? Affirmatiue eſt † re-
ſpondendum.

Primo,quia non ſolum leges diuinæ, ſed etiam
humanę iuſtę,tam ſæculares,quam Eccleſię obligãt
2 †in foro conſcientiæ.D.Tho.1.2.q.69.art.5. Abba.
Ant.de Butr.Anan.& cõiter in c.1.de Conſtit. Gl.
1.in c.quæ in Eccleſiarũ.ubi Bal.eo.tit.Fede.de Se-
nis,conſi.21.Petrus de Anch.conſi.14.Bal.in auth.
ingreſſ.col.4.C.de ſacr.ſan.Eccl.Alex.cõſ.28.co.4.
li.1.Arch.Flor.in Sum.p.1.tit.18.c.1.col.2.And.de
Iſern.in c.1.§.1.ad tit.de pac.Iuran. firm. Abba.in
* procemio Rex pacificus,col.2.&* cõiter DD. ut p
Nau.in Man. c.23.n.48.latiſſ.Alf.a Caſt.de pot.le.
pœn.li.1.c.4.& c.13.ad Rom.& ex alijs,vt per Aff.
loc.cit.Et iõ iura,q̃ loquuntur de præſcriptione, cũ
3 bona fide,ẽt in foro†conſcientiæ procedunt. Inno.
in c.cura,de Iur.pat.Abb.in c.uigilant,col.2.de prę
ſcr.& ex alijs,vt per Deci.in d.c.1.nu.63.de conſti.
4 & ius†accreſcendi,de quo in l.1. .ſi ex fundo, ff.de
hær.inſt.ẽt hẽt locũ in foro conſcientię Abb.in ca.
2.de teſta.Petr.de Anch.& Imol.in c.1.eo.titu. Sed
hmõi Conſt.ſunt iuſtæ,cum occurrãt fraudib.& p-
hibeant illicitum,ut dictum eſt ſupra.Ergo.idq; eo
magis,cum habeant uerba p̃ceptiua.D.Tho.2.2.q.
186.art.9.Caiet.1.2.q.69.art.4. & ſint latæ à ſupre
5 mo†Principe Eccleſiaſtico,Pet.de Anc.in c.cõſtitu
tus,de appe.Abb.in c.cum cauſam,col.4.de teſtib.

Secundo,quia deprehenditur ex verbis ipſarum
Conſtitutionum,cum imponatur pœna exõicatio-
6 nis,&†conſideretur peccatum, ideo uidentur ſatis
habuiſſe intentionem obligandi ẽt in foro conſciẽ-
tię,iux.ea,quæ ſcribit Dec.d.c.1.nu.62.de conſt.Na
uar.d.c.23.nu.49.& ſatis expreſſum dr̃, quod ex vi
7 uerborum†colligitur.Bar.in l.vxorẽ, §. agri plagã,
ff.de le.3.Cepha.conſi.133.nu.8.& 135.nu.2.lib.1.

Et hanc opinionem in terminis videtur firmare
Maſca.de proba.caſ.1306.volu.vlt. Hinc dicimus
8 †tranſgrediens legẽ Canonicã peccat,&,ſi crederet
Papam non potuiſſe eam facere,eſſet hæreticus,ca.
nulli fas,diſt.19.Gl.in c.generali,de e ect.in 6.Car.
in clem.1.in q.9.de ætat.& qual.Arch.in c.violato-
res,25.q.2.Gem.in c.2.in antepen.col.de conſt.lib.
6.& in c.nomine dñi,diſt.33.Io.Anan.in c.1.de ma
led.cum alij s,ut per Fel.in c.per tuas, nu.7.de Sim.
D.Th.2.2.q.44.per totũ,& in 4.ſen.di.15.q.3.ar.1.

Dubiũ tamen eſt,an modi,ex quibus voluit Pius
9 V.probari confidentiam,ſicut obligãt†in foro exte
riori,obligent in foro interiori,& ſic cõſcientię? Na
uarr.in Man.c.23.ſub nu.109.uerſ.5.uidetur firma-
re negatiuam opinionem. Maſcard. autem d.caſu
1306.col.vlt.affirmatiuam,& reprehendit Nauarr.
Quid dicendum?

Ego diſtinguo,quod aut in caſibus,in quibus in-
trant præſumptiones,& coniecturæ conſideratę à
Pio V.in d.Conſt.ut præſumatur confidentia,adeſt
veritas,quia uere fuit commiſſa,& hoc caſu vera eſt
10 poſterior ſententia.nam,cum adſit reuera†peccatũ,
modi conſiderati per Pium V.obligant etiam in fo
ro conſcientiæ,vt poteſt colligi ex his,quæ dicũtur
per Be.Ant.3.par.tit.3.c.1.§.5.Io.Mai. in 2. di.24.
q.18.Bea.Aug.li.10.de Trin.S.Th.1.2.q.74.Mag.
ſen.in 2.diſt.24.Caiet.in Sum. in verbo delectatio.
11 forum enim†conſcientię nititur veritati.c.a nobis,el
ſecundo,& c.inquiſitioni,de ſen.exc.Bal.in auth.in
greſſi,col.8.C.de ſacr.ſan.Eccl.Abb.in c. Raynal-
12 dus,col.3.de teſt.& nemini†parcit, Fel.in c.ſicut di
gnum,in 4.col.de homic.nec in eo eſt locus miſeri
13 cordiæ,cum ſit idem†conſcientia,quod iuſtitia.Bal.
& Præpoſ.in c.1.col.1.quæ ſint Rega.Rip.in Rub.
14 ex.de iud.col.18.& conſcientia†eſt ſcientia cordis.
Bal.in c.uigilanti,col.2.de præſcr.& de eo non põt
occultari,c.cum ęterni,de re iud.Card.Pariſ.in c.ui-
gilanti,nu.15.de præſcr.Cæpoll.de ſimulat.cont.n.
15 242.& ideo forum conſcientię†appellatur forum bo
ni,& æqui,& tribunal ueritatis,Bal.in l.1.col.3. C.
16 de confeſſ.regulatum ſm̃ rationem†naturalem.Ri
minal.iun.in c.quæ in Eccleſiarum,nu.101.de con-
ſti.& ſecundum ius naturale,& gentium, Anto. de
Burg.in c.Canonum ſtatuta,nu.243.de conſtitu.ac
17 ſoli †Deo patet.nam alijs eſt abſconditum,c.in ciui
tate,de vſur.Fortun.Garz.de vltimo fine iur. Can.
& ciu.nu.63.Pariſ.d.ca.vigilanti,nu.15. Simanc.de
capt.Inſtit.tit.9.nu.248.Fel.in c.audiuimus, de Si-
mo.& in d.c.ſicut dignũ in fi. de homic.Non mirũ
ergo,ſi in foro conſciæ ſtatur dicto aſſerentis,& de
18 oĩbus†confitenti creditur,c.ſignificaſti,de homici.
Gl.in c.placuit,de pœn.diſt.6.Glo.in clem.1.de Pa
roch.Oldrad.conſil.183.colum.3.Alex.in l.ſi ſic le
gatum,col.2.ff.de leg.1.

Aut vero in p̃dictis caſib.ueritas eſt in cõtrariũ,
& tunc uera eſt prior ſñia Naua ut non obligent,q̃
uſ firmare idẽ Naua.conſ.51.de Sim. & quam pro-
bo,quia lex fundata in prę́ſumptione, vt eſt p̃dicta
19 Conſtitutio Pij V.in foro conſcientię nõ obligat,†
ſi veritas eſt in contrariũ,Inn.in c.quia plerique,de
immunit.Eccl.Inn.Io.And.& Abba.in c. is qui,de
ſpõſ.Petrus de Anc.in reg.Poſſeſſor,col.13.de reg.
iur.in 6.Bal.in l.cũ qs,col.8.C.de iuris,& fact.igno.
qui refert,ita fuiſſe Bononiæ diſputãdo cõcluſum,
cũ alijs,vt p Dec.in d.c.1.nu.67.de conſtit. Iaſo.in
rub.ff.de acq.hære.& in l.etſi inutiliter,col.2. C.de
fideicom.Felin. in cap.ſicut dignum, in fi.de homi.
Niconit.in cap.quoniam contra, nume.697.par.1.
de probat.quia in dicto foro, nec præſumptiones,
20 nec†fictiones attenduntur, Sarn. de non iudic.iux.
for.ſuppl.quæſt.14.nu.5.& diximus ſupra.nam fo-
21 rum conſcientiæ non eſt alligatum apicibus iuris, †
nec ſtrepitui iudiciorum.Archidia.cap.ſcriptum.6.

q.3.Dec.in cap.cum dilecto,de confir.vtil. vel inu-
22 til.Sarn.d.q.14.num.13.nec locus † litibus.Rebuff.
in cap.poſtulaſtis,num.312.de cler.excomm.mini-
23 ſtrat.& ratio eſt, quia conſcientia non ligat, † quos
natura non obligat.Bald.in l.1.in fine,C.de vect.&
commiſſ.cum conſcientia ad terminos iuris natura
24 lis,†& gentium reducatur.Abba.in cap.1.in fin.de
reſtitu.in integr.

Ex quibus infertur,ad concluſionem,valde vti-
lem,& neceſſariam in foro conſcientiæ,non eſſe cõ
25 fidentiam,quoties aliquid fuit factum,ſed†non prin
cipaliter,vt reſpondit Nauarr.conſil.23.num.2.de
Simon.ubi loquitur de præſentante aliquem ad be-
neficium,pro conſequendo aliquod beneficium ab
eo, vel aliud ius ſpũale,ſed hæc non fuit cauſa prin
26 cipalis,& concludit in foro exteriori † confidentiæ
præſumptionem reſultare,in foro autem interiori
nequaquam,arg.c.ſicut,de Sim.& quod dicit Diu.
Thom.2.2.q.100.art.3.Idem Nauar.in Man.c.23.
num.100.in 4.not.Idemque videtur firmare idem
Nauarr.conſi.51.de Sim.vbi uult; in foro interiori
27 nullum oriri confidentiæ†crimen ex mutuo facto a
reſignatario reſignante,principaliter ad augendam
amicitiam,ſecundario ad facilitandum conſenſum,
ex his,quæ ſcribit D.Th.2.2.q.78.art.2.& ibi Caie.
Sot.de iuſt.& iur.li.6.q.1.art.2.& idem Nauar.con
ſi.71.num.1.uerſi.2.tit.de Sim.conſuluit,in foro cõ
ſcientiæ non eſſe confidentiam,ſolutionem quan-
dam factam principaliter non pro beneficio,ſed ꝓ
28 certis†expenſis,arg.c.humanę aures,22.q.15.c.tua,
de ſponſal.hoc etiam ſcripſerat conſi.71.præced.n.
4.arg.l.illicitas,§.veritas,ff.de off.præſ.& conſi.69.
eo.tit.de Sim.ſcribit idem Nauar.dationem pecu-
29 niæ pro ceſſione†iuris ſuper beneficio litigioſo non
eſſe ſimoniam in foro interiori, non habuit mentẽ
emendi ius ſpũale,ſed recuperandi impenſas, quas
fecit,vel redimendi uexationem, & nulla indigere
30 abſolutione.Et quæ ſit†cauſa principalis,docet Na
uarr.conſi.9.nu.3.de Simon.

31 Rurſus dubitatur,an pœnæ impoſitę†per d.Con
ſtit.Pij IIII.& Pij V.debeantur in foro conſciẽtię?
* Negatiua reſpondetur.nam * communis concluſio
32 eſt,pœnam,quæ imponitur à lege pro†delicto,non
deberi in foro conſcientiæ.Glo.in ca. fraternitatis,
12.q.2.Dec.in c.1.nu.72.de conſtit. ubi atteſtatur
* de * communi.Hinc fur in foro conſcientiæ non te
33 netur†ad pœnam furti.Bald.in l.e.poſt deciſionem.
in fin.C.de furt.Anchar.conſi.46.Alex.conſ. 109.
colum.3.lib.5.

Et hic non omittam, quod forum conſcientiæ
ligat,& validat actum, in quo eſt prætermiſſa for-
34 ma†tradita,vel non ſeruata, dummodo dolus non
interuenerit,Innoc.in c.quia propter,de elect. Ioã.
Andr.& Abb.in c.is qui.de ſponſ.Abb.in c.1.de cõ
ſtit.vbi Fel.& Dec.nu.28.in 1.lect.& 2. lect.nu.19.
Gemin.in c.1.per illum tex.de ſponſal.in 6. Anc.in
c.beneficium,in 7.q.de regular.Iaſ.in l. ſi nõ fortẽ,
in prin.nu.4.ff.de cond.indeb.Gig.de penſ. qu. 34.
nu.9.quod nota pro eo,qui non publicauit reſigna-
tionem,iux.Gregorianam nõ emiſit profeſſionem
fidei,non fuit approbatus ab examinatorib. electis
* in Synodo diœceſana,habuit beneficium ꝑ electio
nem,non ſeruata forma tradita a iure,uel per præ-
ſentationem patroni elapſo tẽpe,aut per collationẽ
non habentis facultatẽ,vel habentis,& nõ uolentis
conferre propter excommunicationem,ſuſpenſio-
nem,aut aliam cauſam.nam iſti omnes uidentur tu
35 ti†in foro conſcientiæ.Abb.in c.1.de in integ.reſt.
ad fi.Anch.in reg.1.de reg.iu.q.7.in prin.col.34.Ti
raq.in tract.de leg.connub.Gl.2.nu.20.Boer.deci.
1.nu.15.cum alijs allegatis per Couar.in c.cum eſ-
ſet.nu.5.de teſt.& in reg.peccatum.§.3.nu.9.Do.
Sot.li.4.de iuſt.& iur.q.8.art.3.& plura exẽpla hu-
ius notabilis concluſionis affert Niconit.in ca.quo-
niam contra,par.1.nu.682.de probat.

*SVMMARIVM.*

1 *Super omnibus beneficiis committitur confidentia.*
2 *Monaſterium quod.*
3 *Cathedralis Eccleſia dicitur Epiſcopalis.*
4 *Cathedralis Eccleſia cur vocatur.*
5 *Epiſcopus qua ratione recipit Cathedraticum.*
6 *Metropolitana Eccleſia,dicitur Archiepiſcopalis.*
7 *Nomine Cathedralis,an veniat Metropolitana.*
8 *Beneficia appellantur pluribus modis.*

## QVAESTIO. XV.

Confidentia ſuper quibus beneficijs committatur.

DEcimoquinto,Quæro,ſuper quibus beneficijs
* cadat Confidentia?Communiter* ab omni-
1 bus tenetur,poſſe committi confidentiam † ſuper
omnibus,cuiuſcunque dignitatis, & qualitatis ſint.
quod ſatis expreſſe colligitur ex dicta Conſti. 168.
Pij IIII.ibi,*Idcirco omnes , & ſingulas Eccleſias,
etiam Metropolitanas , & alias Cathedrales , ac
Monaſteria etiam Conſiſtorialia,Prioratus,Præpo
ſituras,dignitates etiam maiores , & principales,
ẽt Conuentuales,Perſonatus ,adminiſtrationes, &
officia,cæteraque beneficia Eccleſiaſtica,cum cura,
& ſine cura,ſæcularia,& quorumuis ordinum regu
laria,etiam de iure patronatus,etiam laicorum , &
nobilium,& illuſtrium,etiam ex fundatione,& do
tatione exiſtentia,&c.*Ex quibus uerbis patet , cõ-
prehendi omnia beneficia,ẽt regularia,oẽs dignita
tes,ẽt principales,& conuentuales,ſimplices, vel cu
2 ratas,cõprehendi ẽt Abbatias,dũ dicit,†Monaſte-
ria ẽt Cõſiſtorialia,Rebuff.ſuꝑ concor.de mandat.
Apoſt.§.Statuimus,uerbo Monaſteria,&, quod eſt
plus, Ep̃atũ,ut colligitur ex illis uerbis,& alias Ca-
3 thedrales,nam Cathedralis†Eccleſia dr̃ Epiſcopa-
4 lis,quæ ob honorẽ Cathedræ Epiſcopalis†ſic voca
tur,quia ibi Cathedra Epiſcopalis,& ſedes ſita eſt,
Arch.in c.Statutũ,col.1.de reſcr.li.6. Hoſti. & alii
in c.ne pro defectu,de elect. & quia eius rõne Epi-
5 ſcopus†recipit Cathedraticũ,c.conquerente,de off.
Ord.c.Paſtoralis,de don.c.placuit,10.q.3. Rebuff.
in cõcor.Rub.de coll.§.1.ſuper uerbo Statuimus,&
ẽt Archiepiſcopatũ,vt patet ex verbo Metropoli-
6 tanas,qa Eccleſia† Metropolitana dr̃ Archiepiſco-
palis.l.un.& ibi Gl.& dd.C.de metrop.Ber.li.11.c.
ut litigantes,de off.ord.li.6.c.referente,de p̃b.ca.1.
7 di.21.& noĩe Cathedralis,† qñ aliud non exprimi-
tur,continetur Metropolitana c.quamuis,c.de p̃bẽ.
li.6.Io.Monac.in c.unic.col.1.de rerum perm. li.6.
Idq; ẽt colligitur ex Conſtit.Pij V.87. tũ in prœ-
mio,dũ dicit,Eccleſiæ,Monaſteria,cęteraq; benefi
cia Eccleſiaſtica,&c.tũ ẽt in diſpoſitiua,ibi, Eccle-
ſias,Monaſteria,& beneficia ſic recepta,&c.Et hęc
* cõcluſio ſtylo*cõprobaf.nã uidemus quotidie in vr
be iudicia ſuꝑ qbuſcũq; bñficijs,& anno elapſo fuit
plene diſputatum ſuper pretenſa confidentia com-
miſſa in reſignatione cuiuſdã Archiep̃atus, & tra-
dit Nauar.conſi.70.tit.de Sim.circa Simoniam cõ-
miſſam in reſignatione cuiuſdam officij in manib.
Abbatis,vti de alio prouideretur.

8 Et alia quocunque nomine † nuncupentur, ſiue
beneficium,ſiue officium,ſiue poſſeſſio,ſiue præſti-
monium,ſiue præceptoria.cap.poſſeſſiones 16.q.1.
c.ad audientiam,de reſcr.cap.conquerenti, de cler.
non reſid.Goff.& Compoſtell.in cap.poſtulaſti,de
reſcr.& in c.quamuis,el primo,de præb.in 6. Ioan.
Cald.in c.in noſtram,col.9.de reſcr. Anchar. in ca.
1.col.2.de regul.iur.in 6.cum alijs,vt per Barbat.in
clem.cauſam,§.quod ſi forſan,ſub nu.3.de elect.

Ab hac autem concluſione generali excipitur Pa
patus,& Cardinalatus:nam hæ dignitates non ſo-
lent renunciari,ut late ſcripſi lib.2.q.1.& ideo, &c.

*SVMMARIVM*

1 *Diſpoſitio intelligitur de re perpetua.*
2 *Manualia non ſunt beneficia perpetua.*
3 *Beneficia ſui natura ſunt perpetua.*
4 *Vbi verba non competunt,neque diſpoſitio.*
5 *In generali diſpoſitione non continentur regularia.*
6 *Regularia non comprehenduntur in reſeruatione beneficiorum.*
7 *Regularia non comprehenduntur ſub regula de annali.*
8 *Regularia non comprehẽduntur ſub regula de triennali.*
9 *Superior poteſt ad nutum reuocare tenentes beneficia manualia.*
10 *Pœnam non meretur,quod a lege permittitur.*
11 *Confidentia committitur etiam in manualibus regularibus.*
12 *In Manualibus committitur ſimonia.*
13 *Confidentia,eſt crimen ſimoniæ.*
14 *Confidentia,quare prohibita.*
15 *Idem ius,vbi eadem ratio.*
16 *Monaſteria,ſunt beneficia regularia.*
17 *Prioratus,ſunt beneficia regularia.*
18 *Præpoſituræ,beneficia regularia.*
19 *Beneficia conuentualia,dantur religioſis.*
20 *Regularia omnia manualia,de iure communi.*
21 *In claris nullum dubium.*
22 *Puniuntur confidentiæ ob bonum publicum.*
23 *Conſtitutio de publican.comprehendit regularia.*
24 *Hodie regularia ſunt perpetua.*
25 *De beneficijs manualibus iudicatur, vt de perpetuis.*
26 *Eſt perpetuum,quod eſt in potentia.*
27 *Perpetuum,quod eſt conceſſum ad beneplacitum ſuperioris.*
28 *Perpetuum, quod eſt conceſſum ſine præfinitione temporis.*
29 *Eſſe,vel fieri poſſe,paria ſunt.*
30 *Superior non poteſt reuocare manualia ſine cauſa.*
31 *Regularia veniunt ſub nomine beneficij.*
32 *Regularia vacant per obitum,& per renunciationem.*
33 *In reſeruatione quare nõ cõprehẽduntur regularia.*
34 *Collatio debet eſſe abſque pactione.*
35 *Prælatus regularis non poteſt cõferre beneficia manualia ſub conditione.*
36 *Prælatus regularis non poteſt recipere pecuniam pro collatione.*
37 *Cogens renunciare officium cum pacto ei conferendi ſimile,committit ſimoniam.*
38 *Renunciatio debet eſſe libera.*
39 *Pro ſpirituali,non debet dari neque temporale, neque ſpirituale.*

## QVAESTIO XVI.

IN Manualibus regularibus num cadat confidentia?

DEcimoſexto,Quæro,an Confidentia commit
tatur in beneficis manualibus regularibus ?
Pro negatiua,quam multi Doctores tenebant, cũ
hic caſus accideret,infraſcripta poſſunt adduci ar-
gumenta.
1 Primo,diſpoſitio aliquid†prohibens,vel permit
tens in beneficiis,intelligitur loqui de perpetuis,c.
præcepta,diſt.55.cum alijs,ut per Calder.conſ.26.
de præb.Caſſad.deciſ.4.nu.2.eo.tit.ſed beneficia re
gularia,& manualia non ſunt perpetua,ſed ad nutũ
2 amouibilia,†& reuocabilia,c.cum ad monaſterium
§.tales,de ſtat.monac.clem.1.§.ad hęc,eod.tit.Cle.
vnica,§.præmiſſa,de ſuppl.præl.neglig.Mil.in rep.
in uerbo beneficia regularia, Selu. de benef. par.3.
q.21.nu.2.Mandoſ.in reg.3.reſeruat.q.10.nu.5.
3 Secundo,quia beneficia ſui natura † ſunt perpe-
tua,c.ſatis,per verſum diſt.56.Glo.in ca.Paſtoralis.
7.q.1.c.unic.de Cappel.monac.li.6.Card.conſ. 87.
Lap.alleg.9.Card.Pariſ.conſ.119.nu.16.uol.4.Sed
hæc non ſunt talia,vt ſupra dictum eſt ; ergo Con-
ſtitutiones Pij IIII.& Pij V.loquentes de beneficiis
non habent locum in his manualibus,& ita uidetur
firmare Naua.conſ.43.nu.16.de Simo.ubi conclu-
dit,nõ committi confidentiam in quibuſdam per-
ſonatibus prouinciæ Tarraconen. attento quod nõ
ſunt perpetua,&,ubi verba non competunt,clarum
4 eſt neque,†diſpoſitionem competere,l.hos accuſa-
re,§.omnibus,ff.de accuſat.l.ſi ſeruum.§. non dixit
prætor,ff.de acq.hæred.l.4.§.toties,ff.de dam.infe.
Tertio,quia in generali diſpoſitione non conti-
5 nentur regularia,& manualia,†niſi exprimantur,ut
tradunt Achill.deciſ.de benef.in manuſcr. Rebuff.
6 de pacif.poſſ.nu.273.& patet in reſeruatione†bene
ficiorum,vbi non comprehendũtur,Aeneas de Fal
conib.de reſeru.3.q.princ.nu.29.uerſi.beneficia re-
gularia,Card.Pariſ.cõſi.44.uol.4.Io.Selu.de benef.
7 par.3.q.68.& 69.neque etiam †comprehenduntur
* ſub regula de annal.ut fuit*reſolutum die 23.Ianu.
1549.in una Albiganen.Cappe.teſte Mandoſ. reg.
8 3.reſcr.q.11.num.5. neque in regula † de triennali,
Moedan.deciſ.169.in man.alias 340.& dixi de reſi
gna.benefi.lib.11.q.3.nu.83.& 85.
Ergo in his Conſtitutionibus Pij IIII.& Pij V.
non comprehenderentur manualia.
Quarto,accedit ratio admodum (ſecundum ali-
quos)vrgens,quia,ſi poteſt Prælatus,& ſuperior ad
9 nutum†reuocare,& alijs conferre prædicta benefi
cia manualia,Glo.& DD.in clem.regulares,uerbo
reuocare,de ſuppl.præl.neglig.Ioan.Selu.de benef.
par.3.q.21.nu.2.ideo poterit etiam in confidentiã
ea conferre,cum hoc ſit ei a iure permiſſum.& pœ-
10 nam non†meretur,quod á lege permittitur,l.Grac-
chus,C.ad l.Iul.de adult.
His tamen non obſtantibus,contraria opinio mi
11 hi probatur, ut confidentia committatur† etiam in
manualibus regularibus.
Et moueor primo,quia in iſtis manualibus com
12 mittitur Simonia, vt probant plura † iura poſita in
titu.ex.de Simon.ſcilicet,cap.veniens,cap.dilectus,
cap.de regularibus,cap.quoniam , capitu.licet heli,

* & cap.ne Dei,& ibi Glo.& DD.omnes*uolunt, &
tradit Nauarr.conſi.71.in eo.titu.de Simon. Ergo,
& pariformiter confidentia,cum confidentia ſit cri
13 men Simoniæ,†Caputaq.deciſ.202.nu.5.par.1.
14 Secundo,quia ratio,quare†confidentia eſt prohi
bita,& tã grauiter punita eſt,ſcilicet ne bñficia Ec-
cleſiaſtica indignis concedantur,ne dentur per hæ-
reditariam ſucceſſionem,& ne plura vni dentur, vt
late ſcripſi ſupra,militat in his manualibus,vt omni
15 bus notum eſt.Ideo idem iuſ†ſtatuendum erit,nul-
ga.l.illud,ff.ad l.Aquil.l.a Titio,ff.de uerb. oblig.
Tertio,quia expreſſe id exprimitur, ſi recte ad-
uertatur in Conſtitutione Pij IIII.in §.idcirco, ibi,
ac monaſteria,&c. & ibi,Prioratus,Præpoſituras,di
gnitates etiam maiores,& principales,etiam conuẽ
tuales,& officia,&c. & ibi, ſecularia, & quorumuis
ordinum regularia,&c.Dum ergo dicit, Monaſte-
16 ria,uidetur†loqui de regularibus,Ioan. Selu.de be-
nefi.par.1.quæſt.2.num.56.Hoied.de incomp.be-
nefi.par.1.cap.5.num.2.Caputaq.deciſ.225.par.2.
17 Dum etiam exprimit,prioratus,†videtur etiam cõ-
prehendere regulares,Oldrad.conſi. 281.Cardi.in
clem.Dudum,§.Statuimus,ſub num. 5.de ſepultu.
Mandoſ.reg.3.reſer.quæſt.8.num.4.Dum quoque
18 Nominat Præpoſituras,†videtur pariformiter com
prehendere regulares,not.in cap. dudum, el primo
de elect.Selu.dicta queſt.2.nume.75.idque eo ma-
19 gis,cum dicat Conuentuales, & officia. hoc † enim
conuenit religioſis,not.in cap.Monaſteria,18.que-
ſtio.2.cap.Monaſteria,de uit. & honeſt. cler.clem.
1.iniuncta,gloſſ.2.de elect.Pauin.de pot.Cap.Sed.
vac.par.1.quæſt.10.num.20.Corrad.Brun.de ſedi.
cap.7.num.5.Et omne dubium tollunt uerba ſequẽ
tia,& quorumuis ordinum regularia,ex quibus uidẽ
tur omnia beneficia regularia comprehendi in hac
Conſtitutione ſuper cõfidentijs edita,ut in illis quo
que committatur confidentia, & tamen regularia
20 de iure communi ſunt†omnia manualia, Simonett.
deciſ.29.lib.1.& deciſ.42.lib.2.in recollect. manu-
ſcr.Caſſad.deciſ.4.de præb.& deciſ.12.num.9.eod.
titu.Bellamer.deciſ.203.& dixi de reſign.benef.li.
10.queſt.2.nu.39.&,cum diſpoſitio ſit aperta, nul-
21 lum†remanet dubium,l.ancillæ,C. de furt.l. conti-
nuus,§.cum ita,ff.de uerb.oblig. quod comprobãt
verba generalia poſita in Conſtitutione Pij V.
22 Quarto,& ultimo comprobatur,†quia,cum Cõ-
ſtitutiones huiuſmodi Pij IIII.& Pij V.emanaue-
rint ob bonum publicum, & ad tollendas fraudes
committi ſolitas in beneficialibus, ſub illis optima
23 ratione debent comprehendi manualia, ſicuti in †
Conſtitutione Gregorij XIII.de publican. lata ad
* tollendum fraudes continentur,vt fuit* reſolutum
in Rota,28.Ian.1583.in vna Aquilanen.Prioratus,
coram Cantucio,ut ſcripſi de reſign.benef. lib. 11.
quæſt.3.num.84.& in reg.de Infir. Rebuff.in eadẽ
reg.queſt.5.in fi.Et ſecundum hanc opinionem exi
ſtimo eſſe iudicandum,& ita uidetur tenere Nauar.
conſi.70.de Simon.

Non obſtant contraria.nam ad primum reſpon
24 detur,vel quod hodie regularia†beneficia ſint per-
petua,vt vult Gamma.in tract.de auct.Leg.a lat.li.
4.num.13.in fi.& nu.14.15.& 16.& dixi d.li.11.q.
3.de reſig.benef.uel quod iudicentur de eis,vt de p
25 petuis beneficijs,†tũ conſiderato,qđ Prælatus for-
ſan non amouebit eos,ut in ſpecie tradit Rebuff.in
tract.de nom.q.9.ſub nu.27.Bonif.de Vital. in cle.
1.§.in quibus,nu.3.de ſuppl.plat.neglig.Gammar.
loc.cit.quod vr̃ ſufficere,arg.cap.vlt.de reſcr.li. 6.l.
ſufficit,ff.de condic.indeb.dixi de reſig. benef.li.2.
q.11.nu.5.Ideo dicit Io.Sel.de benef.par.1.q.2.nu.
26 63.†eſſe perpetuum,quod eſt in potentia,& dr̃ eſſe
27 perpetuum,quod†eſt conceſſum ad beneplacitum
Superioris,Gl.in clem.2.de reſcr.Petrin. Bell.de re
28 milit.tit.7.nu.8.& etiã quod eſt conceſſum†ſine pre
finitione temporis,Nicol.Moron. de treug. & pac.
29 q.32.nu.3.& eſſe,†vel fieri poſſe,paria ſunt,idem q.
121.nu.143.tum quia uel hodie Superior non põt
illa reuocare,vt per Gammar.in cap.licet,nu.84.de
30 rer.permut.lib.6.uel†ſaltem id non põt facere ſine
cauſa iuſta,& rationabili,Io.And.de præb. cum ſin
gularib.ſuper Glo.in c.ad Monaſterium, in uerbo
oportuerit,& gl.ſeq.de ſtat.Monac.li.6. & in c.inſi
nuante,ſuper 3.Gl.eo.tit.Idem Io.Andr. in nou.in
c.niſi,ſuper uerbo prouenientibus,de præb. Milius
in repert.in uerbo beneficium manuale, ſi Abb.Et
ideo beneficia nedum ſæcularia, ſed etiam regula-
31 ria†ueniunt ſub nomine beneficij,Gl. in clem.2.de
Iud.& ibi Card.q.5.nu.15.Imol.nu.3.Fel.in ca.po-
ſtulaſti,nu.4.in fi.de reſcr.& communiter alij. Et
32 ideo Regularia†vacant per obitum,& per renuncia
tionem,vt dixi li.2.de reſign.benef.q.11. ubi etiam
probaui poſſe reſignare: ex qua etiam reſponſione
patet reſpõſum ad ſecundum Argumentum.
33 Ad tertium reſpondeo, ſpeciale eſſe in † reſerua-
tione,ut non comprehendantur manualia,ne Papa
uideatur alteri præiudicare,vt tradunt Calder.con-
ſi.26.de præb.Caſſad.deciſ.4.eo.tit. & egregie hoc
explicauit Gammar.deciſ.1.incip. Marcus Anto-
nius,in recoll.manuſcr.quod uero dicitur de regula
de annali,& triennali,habet aliam rationem,ut per
Moedan.deciſ.169.alias 340.in manuſcr.
Non obſtat quartum,quia reſpondetur, aliud eſ
ſe reuocare manualia,quod poteſt fieri ex diſpoſi-
tione Iuris communis,eo modo,vt ſupra dictũ eſt,
& aliud,conferre in confidentiam,quod omni Iure
34 prohibitum eſt. nam collatio † debet eſſe libera,&
abſque ulla pactione,conditione,& modo,cap.quã
pio,cap.ordinationes,cum multis alijs,1.q.1.c.cum
pridem,de pact.DD.omnes,in c.ex parte,1.de off.
deleg.Oldrad.conſi.324.ſub num.5.& dixi lib. 14.
de reſign.benef.in princip.
Concludendum eſt igitur,in beneficijs regulari-
bus committi etiam confidentiam, cum habentes
conferre debeant libere id facere.
35 Et ideo concludo,nõ poſſe p̃latũ†regularẽ,cuiuſ
cũq; ordinis ſit,& conditionis,cõferre beneficiũ re
gulare vacãs Titio cõditione tacita, vel expreſſa,ut
infra tm̃ tp̃s illud relinquat,uel illud reſignet Meuio.
nã hec eſſet cõfidẽtia,eoq; magis,ſi poſſet cõſidera
ri aliqs ex caſib.poſitis in §.multi.in Conſtit.Pij V.
Neque poſſe dictum prelatum conferre cũ cõdi
tione,vt oẽs,uel pars fructuum detur Caio,vel Seio,
aut annua pe nſio.nã hæc eſſet confidentia, ut dr̃ in
§.Itidem,in d.Conſtit.Pij V.& ibi late explicaui,ni
ſi fieret auctoritate Papæ.Minus poſſe prædictum
36 Superiorem†recipere pecuniam pro collatione.nã
committeret Simoniam,cap.quoniam, cap.ex inſi-
nuatione,cap.de regularibus, de Sim. & tradit Na-
uar.conſi.71.de Sim.ubi probat ex pluribus Simo-
niam committi ex pecunia data pro ingreſſu mo-
37 naſterij.Et etiam iſte Prelatus†incurrit Simoniã,ſi
cogit presbyterum regularẽ renunciare officium in
Eccleſia ſui monaſterij Canonice prouiſum,cũ pa-
cto ei conferendi aliud ſimile officium,quã primũ
vacauerit,



vacauerit,vt reſpondit Nauarr.conſil.70.titu. de Si
38 mo.quia renun.non fuit libera,†vt debet eſſe, Rot.
deciſ.6.num.2.de renunc.in antiquior. Ioan. Mona
ch.in cap.licet,num.5.de rerum permut.li.6.Imol.
in cap.cum inter,num.5.de elect.Pariſ.in cap.uene
rabilis,num.45.de except.Zabarell.in cap.cum dile
cti,num.2.de prebend.ſed facta cum cõditione, de
danda recompenſa ſufficienti,vt late dixi de reſign.
benefi.lib.14.quæſtio.1.cum ſequen. pro ſpirituali
39 enim non†debet dari,neque temporale,neque ſpi-
* rituale,Theolog.omnes*in 4.ſen.diſt. 25.D.Tho.
ſecunda Secundæ,quæſt.100.Nauar.in Man.capit.
23.ſub numero 100.

*SVMMARIVM.*

1 *Diſpoſitio facta ob bonum publicum comprehendit præceptorias.*
2 *Præceptoriæ comprehenduntur in Conſtitutione de publican.*
3 *Preceptoriæ ſunt beneficia Eccleſiaſtica.*
4 *Beneficium Eccleſiaſticum,quomodo cognoſcatur.*
5 *Collatio beneficij,an poſſit competere laico.*
6 *Religioſus,qui dicatur.*
7 *Beneficium non poteſt conferri,niſi clerico.*
8 *Mandatum de prouidendo clericum,quomodo intelligatur.*
9 *Fratres Hieroſolymitani dicũtur perſonæ religioſæ.*
10 *Beneficium eſt perpetuum.*
11 *Perpetuum,quod dicatur.*
12 *Beneficium datur propter diuinum officium.*
13 *Preceptoriæ conceduntur ſimpliciter.*
14 *Simonia quando committitur.*
15 *Confidentia,ſpecies ſimoniæ.*

## QVAESTIO XVII.

IN præceptorijs cadat ne Confidentia.

DEcimoſeptimo, Quæro,an Confidentia puni-
bilis per dictas Conſtitutiones poſſit com-
mitti in præceptorijs, quæ dantur fratribus ſancti
Io.Hieroſolymitani?
Affirmatiua opinio mihi videtur verior.
Primo,quia Pius IIII.in dicta Conſtitutione in
§.Idcirco,exprimit omnia beneficia ſæcularia,& e-
tiam regularia, cum hac qualitate, quorumuis or-
dinum.
1 Secundo,quia diſpoſitio,†quæ emanauit ob bo-
num publicum,& ad tollendas fraudes,comprehen
* dit huiuſmodi præceptorias, ut fuit* reſolutum in
Rota in una Segobien.præſtimonij,16.Iunij 1589.
coram R.P.D.Mantica,in qua fuit concluſum, di-
ctas præceptorias contineri in Conſtitutione Gre-
2 gorij†XIII.de public.& dixi lib.11.de reſign.bene
fic.quæſt.3.prope finem.ſed Confidentia eſt prohi
bita ad tollendas fraudes, & ob bonum publicum,
vt ſcripſi ſupra.ergo.
3 Tertio,quia huiuſmodi † præceptoriæ dicuntur be
neficia Eccleſiaſtica,vt refert conſuluiſſe Barba.in
clem.cauſam,§.quod ſi forſan,num.27. cum ſeq.de
4 elect.& mouetur,quia†eſſe beneficium Eccleſiaſti-
cum cognoſcitur.
Primo,quia conferens eſt perſona Eccleſiaſtica,
5 nam ad laicum non poteſt hoc competere,† niſi ex
ſpeciali priuilegio Papæ,cap.dilectus,de preben.ca.
vlt.de conceſſ.præb.in Sum.16.q.7.in fi.Bal.in l.re-
ſcripta,C.de precib.Imper.offe. ſed ius conferendi
huiuſmodi preceptorias ſecundum Barbat. ſpectat
6 ad Magnum Magiſtrũ,qui dr̃ Religioſus,† & Deo
deuotus,ob uotum emiſſum,ex quo non poteſt re-
trocedere ab illo ſtatu,Gl.in cap.duo ſunt genera,
12.q.1.c.ut lex continentiæ,27.q.1.cap. nulla ratio
ne,diſt.93.
Secundo, cognoſcitur beneficium Eccleſiaſticũ,
quia non poteſt cõferri niſi perſonæ Eccleſiaſticæ,
7 & ſic clerico,& perſonæ†religioſæ,ca.cum adeo,de
reſcr.ca.ex literis,de tranſact.Clem.quia contingit,
§.vt aũt,de religioſis domib.Dec.in d.c.cum adeo,
& alij,& laico nequaquam poſſit cõcedi beneficiũ,
ca.Saluator,de conceſſ.preb.dixi late de reſig.bene
8 fi.lib.4.Et ideo,cum mandatur † prouideri clerico,
intelligitur de beneficio,vel officio Eccleſiaſtico,c.
quam ſæpe,de præb.in 6.c.vlt.eo.tit.& lib.Clem.vt
hi qui in ſecundo reſpon.de ætat.& qualit.c. ſi quis
Epiſcopus.1.q.3.ſed huiuſmodi præceptoriæ non
dantur niſi fratribus Hieroſolymitanis,qui dicũtur
9 †perſonæ religioſe ob vota,vt per Abba.in rubr.de
reg.Idem Abb.in cap.Eccleſia S.Mariæ,de conſtit.
Soc.conſi.13.num.36.lib.1.Card. in Clem. cum ex
eo.de ſentent.excomm.
10 Tertio,dignoſcitur beneficium† Eccleſiaſticum
ex eo,quod ſit perpetuũ,& duret ad uitam eius, cui
confertur, ( ſi non uelit propria uoluntate illud di-
mittere)cap.precepta,diſt.55.c.Sanctorum, di. 70.
ca.veniens,de fil.presb.c.pen.de cler.ægrot.Sed hu
iuſmodi præceptoriæ non conceduntur temporali-
11 ter,ſed ſimpliciter,ergo†dicuntur perpetuæ,l. ſuffi-
cit,ff.de cond.indeb.l.Iuris peritos,in princip.ff.de
exc.tut.Gl.in clem.& ſi principalis,de reſcr.
Quarto, dignoſcitur beneficium Eccleſiaſticum
ex annexione ſpiritualitatis.nam propter diuinum
12 officium†datur beneficium,c.vlt.de reſcr. in 6.cap.
cum ſecundum Apoſtolum, de præbend. ſed hoc
verificatur in iſtis præceptorijs, cum conferantur
dictis fratribus Hieroſolymitanis, propter certam
obedientiam in dicendis horis, ad quam tenentur
reſpectu ordinis,& profeſſionis,ergo,&c.
Quarto,comprobatur hæc opinio,quia huiuſmo
13 di præceptoriæ conceduntur pure,& ſimpliciter, †
& ſine conditione,& modo, ac commodo tempo-
rali,ut tradit Barbat.in dict.cap.cauſam,§.ſi forſan,
ſub numero 30.uerſiculo quinto,& ita debent dari,
14 † alioquin ſecundum ipſum committitur Simonia,
cap.quam pio,cap.Sanctorum,1.quæſtio.1.capit.ſi
quis dator,cap.Saluator,1.quæſtio.3.capit. conſule
re,de Simon.Si enim in his cadit Simonia, ergo &
15 confidentia,†quæ eſt ſpecies Simoniæ,Caputaq.de
ciſ.201.& 202.par.1.

*SVMMARIVM.*

1 *Qualibet diſpoſitio intelligitur loqui de re perpetua.*
2 *Beneficia ſæcularia dantur in perpetuum.*
3 *Alleganti incumbit onus probandi.*
4 *Collatores inferiores Papa non poſſunt conferre ad tempus.*
5 *Papa põt quoquomodo voluerit conferre beneficia.*
6 *Papa habet plenitudinem poteſtatis.*
7 *Papa eſt Vicarius Dei in terris.*
8 *Papa poteſt in vno Epiſcopatu ponere duos Ep̃os.*
9 *Papa poteſt vni concedere duos Epiſcopatus.*
10 *Confidentia eſt Simonia,quia prohibita.*
11 *Auctoritas Papæ,tollit vitium confidentiæ.*

12 *Manualia poſſunt reuocari.*
13 *Differentia inter manualia ſæcularia, & regularia, contra num. 19.*
14 *Confidentia cadit in manualibus ſæcularibus.*
15 *Geminata uerba, operantur multum.*
16 *Manualia ſunt etiam beneficia.*
17 *Officia, vel ſunt perpetua, vel temporalia.*
18 *Manualia comprehenduntur in diſpoſitionibus, editis ob publicam vtilitatem.*
20 *Aequiparatorum eadem diſpoſitio.*
21 *Vbi eadem ratio, ibi idem ius.*
22 *Perpetua, quæ ſunt conceſſa ad beneplacitum ſuperioris.*
23 *Simonia etiam in officijs temporalibus.*
24 *In perſonalibus Prouinciæ Trrraconen. an committitur confidentia.*
25 *Pactio in ſpiritualibus prohibetur.*

## QVAESTIO. XVIII.

IN manualibus ſæcularibus, an cadat Confidentia.

DEcimooctauo, Quæro, an Confidentia cõmit-
tatur in manualibus ſæcularibus?
Pro negatiua, Primo facit, quod in iſtis uidentur
ceſſare uerba Conſtitutionum, quæ loquuntur de
1 beneficijs† perpetuis, cap. præcepta, diſt. 55. cũ alijs,
vt per Calder. conſil. 26. de præbend. Caſſad. deciſi.
4. num. 2. eod. titu.
2 Secundo, quia beneficia ſæcularia† dantur in per
petuum, Lap. alleg. 9. Card. Pariſ. conſil. 119. nume.
16. uolu. 4. & ita in dubio videntur conceſſa, ita, ut
3 dicens† contrarium teneatur id probare, cap. ſi con-
* ſtiterit, & ibi * omnes DD. in primo not. de accu-
ſat. immo Epiſcopi, & alij collatores, etiam Cardi-
4 nales, †non poſſunt conferre ad tempus. nam hoc
dumtaxat Romano, & uniuerſali Eccleſiæ Pontifi
ci licet, qui poteſt in perpetuum, & ad tempus, &
5 ſub cõditione, ac vt magis uoluerit dare† beneficia,
c. ſi gratioſe, de reſcr. lib. 6. iuncta Glo. & Glo. in c.
Paſtoralis, 7. quæſt. 1. Gloſſ. in cap. 1. uerbo perpe-
tuis, de cappell. Monach. lib. 6. Abba. in dict. cap. ſi
conſtiterit, in primo not. Anan. in ult. Fel. nume. 1.
Cardin. Zabarel. conſi. 57. incip. Propoſita queſtio,
Feli. etiam in cap. vlt. num. 6. de Iud. Ioan. Selua de
benef. par. 3. quæſt. 8. num. 30. Nauarr. conſi. 43. nu.
6 17. de Sim. ex eo, quod in beneficialibus habeat† ple
nitudinem poteſtatis, cap. 2. de præbend. in 6. clem.
1. in fin. ut ite penden. cap. 1. & 2. diſt. 22. cap. in il-
7 lis, diſt. 80. & ſit Vicarius Dei in terris, †Hoſt. in ca.
quanto, de tranſlat. prælat. Bald. in l. vlt. C. de ſentẽ.
*8 quæ reſc. non poſſ. & ideo in uno Epiſcopatu† po-
teſt ponere duos Epiſcopos, cap. nos autem, 7. quæ
9 ſtio. 1. cap. quoniam de off. ord. & uni concedere †
duos Epiſcopatus, ut ſit Epiſcopus utriuſque, ca. re-
latio, 21. quæſt. 1. Quoties ergo Papa confert bene-
ficia ad tempus, illaque ſic conferendo de perpetuis
efficiendo temporalia, Card. d. conſi. 57. Caſſador.
deciſ. 4. & deciſ. 12. de præbend. non uidetur, quod
poſſit in dictis manualibus committi confidentia,
10 quæ ceſſat in Papa, cum confidentia † ſit Simonia,
quia prohibita, ſolo iure humano reprobata, & pu-
* nita, iux. Glo. *communem in cap. ex parte, 1. de of
fic. deleg. in qua eius auctoritas, & ſcientia eximit
11 ab omnibus† pœnis, Abb. in cap. extirpandæ, §. qui
uero, ſub fine, de præbend. Fel. in cap. de cætero, in
fin. de re iud. D. Thom. 2. 2. quæſt. 100. art. 1. cum ſe
quen. Caiet. in 2. Tom. tract. 9. q. 1. Nauarr. in Man.
cap. 23. num. 108. uerſi. Quod auctoritas.
12 Ergo in iſtis† Manualibus ceſſat confidentia, &
quia poſſunt reuocari, Gammar. de poteſt. Lega. a
lat. lib. 4. num. 13. & 14. & 15. vbi facit differentiam
13 inter† manualia regularia, & manualia ſæcularia, &
Simonett. deciſ. 29. lib. 1. & deciſi. 42. libro. 2. dicit,
Quod manualitas in regularibus eſt de iure com-
muni, in ſæcularibus uero ſecus.
His tamen non obſtantibus, contrariam opinio
14 nem exiſtimo veriorem, ut poſſit conſiderari† con-
fidentia punibilis in iſtis manualibus ſæcularibus.
Et hoc Primo, ex Conſtitutione Pij IIII. quæ in
§. Idcirco, vult includere omnia genera beneficio-
rum ſæcularium, & regularium, & loquitur per uer-
ba geminata, & prægnantia, ac admodum genera-
15 lia, apta comprehendere† etiam huiuſmodi, argu. l.
1. §. quid autem, ff. de aleat. l. in fraudem, ff. de teſta
men. mil. ubi Bald. idem Bald. conſi. 205. lib. 1. eo-
16 que magis, cum etiam † hæc manualia ſint benefi-
cia, Bonif. de Vitalin. in Clemen. 1. §. in quibus, nu.
3. de ſuppl. prælat. neglig. & Pius IIII. exprimit etiã
17 officia, quæ uel ſunt perpetua, †vel temporalia, iux
ta ea, quæ ponit Rebuff. in prax. tit. ſæculare bene-
ficium. Ideo dicta manualia includi pro comperto
habeo.
18 Secundo, quia manualia† continentur in diſpoſi
tionibus editis ob publicam utilitatem, iuxta deciſ.
* Rot. 28. Ian. 1583. in * Aquilan. Prioratus coram
Cantucio, ut ſcripſi de reſignatione benefi. lib. 11.
quæſt. 3. Rebuff. in prax. in interpret. regul. de infir.
quæſt. 5. in fin. Sed confidentia prohibetur ob pu-
blicam utilitatem. Ergo.
Tertio, quia, ſi regularia manualia comprehen-
duntur ſub Conſtitutione Pij IIII. & Pij V. ut dedu
xi ſupra quæſt. 16. & 17. ex uerbis expreſſis ipſarum
Conſtitutionum, ergo & manualia ſæcularia, quæ
19 inter ſe quantum ad hoc† parificantur, Abb. Anan.
Fel. in dicto cap. ſi conſtiterit, in primo not. de ac-
* cuſat. & alij *omnes, vt per Card. Zabarel. dicto con
20 ſil. 57. & æquiparatorum eadem † eſt Iuris diſpoſi-
21 tio, l. ult. ff. de accept. & tritum ſit, eandem† iuris di-
ſpoſitionem competere, vbi adeſt eadem ratio. l. il-
lud. ff. ad l. Aqui. l. a Titio, ff. de uerb. oblig.
Non obſtant contraria. nam ad primum reſpon-
detur, poſſe dici perpetua, ad hunc effectum, quia
22 ſunt† conceſſa ad beneplacitum Superioris, Glo. in
clem. 2. de reſc. uel melius reſpondetur, includi ma-
nualia ſub illis uerbis, vt ſupra concluſum eſt.
Ad ſecundum reſpondetur, veriſſimum eſſe, qđ
dantur per Papam dumtaxat dicta beneficia ſæcu-
laria manualia, uerum nos non dicimus cum illo cõ
mitti confidentiã, cũ hoc non poſſit fieri p ſupradi
cta, ſed poſſe ex illa prouiſione Papæ cõmitti cum
alio, ut ille, cui datur bñficium, promittat mediato-
ri, aut alteri illud relinquere ad nutũ ipſius, vel ei
dare, & ſoluere penſionem, aut fructus. nã nemo ne
gabit hãc nõ eſſe uerã confidentiam, vt dr̃ expreſſe
in d. Conſtitutione Pij V. in §. Quare nos uolentes,
& in §. Itidẽ, & hoc modo põt in dictis beneficijs p
petrari hoc ſcelus, & crimen confidentiæ punibilis
& in hac parte ur̃ conformis Iuri communi, quo cõ
mittitur Simonia etiam in officijs, & gradibus, qui
23 ſolent† dari ad tempus. ad not. in ca. ueniens, c. dile-
ctus, ca. quoniam, ca. de regularib. cum ſeq. de Sim.
Nauar. conſ. 71. eo. tit. de Sim. & eſt communis, &
recepta doctorum ſententia.

Vnde



Vnde concludendum eſt etiam in his committi
confidentiam.
Ex hac concluſione poteſt inferri ad deciſ. quæ-
ſtionis poſitæ per Nauar. conſ. 43. de Simo. ubi late
24 diſputat, & nu. 20. concludit, Inſtitutionem † perſo-
natuum, ſeu beneficiorum perſonalium Prouinciæ
Tarraconeñ. factam præmiſſo pacto, cum aliquo be-
neficiario, ut ille renunciet beneficium, ad effectum
vt detur inſtitutori, & quod ipſe Inſtitutor nomina
bit eum ad perſonatum, eſſe ſimoniacam: & hoc, q̈q;
uis dicta beneficia perſonalia non ſint perpetua, ſed
temporalia, & de conſuetudine approbata a Conci-
lio Prouinciali Tarraconeñ. de Inſt. c. 6. conſueta eri
gi a fidelibus, ut patet ex tenore Conſtitutionis rela
tæ a Nauar. d. conſ. in principio. & mouetur Nauar.
quia pactio ſuper beneficiis perpetuis, uel tempora
25 libus, †nec iure communi, nec ſpeciali probatur, im-
mo ab omni iure improbatur, c. quã pio, c. ordinatio
nes, 1. q. 1. c. tua, de Sim. c. ult. de pact. & faciunt, quæ
ſcribit idem Nauar. conſ. 44. de Sim.

### SVMMARIVM.

1 *Pœnæ contra confidentiarios comprehẽdunt omnes perſonas.*
2 *Eadem pœna, ubi adeſt eadem ratio.*
3 *Conſtitutio Pij iiij. contra confidentiarios, eſt uſu recepta.*

## QVAESTIO XIX.

QVAE perſonæ puniantur per bullas confidentia-
les.

DEcimonono, Quæro, an pœnæ contra confidẽ
tiarios ſtatutæ comprehẽdant omnes, & qua-
1 ſcunque perſonas, etiam † in dignitate conſtitutas?
* Communis ſententia, & *praxis eſt affirmatiua, ut
includantur tam laici, quam clerici, tam laici ſæcula-
res, quam regulares, & etiam Canonici, Archidiaco
ni, Archipresbyteri, Cantores, Theſaurarij, Deca
ni, Præpoſiti, Priores, Abbates, Epiſcopi, Archi-
epiſcopi Patriarchæ, & Cardinales, & officiales Cu
riæ, idque expreſſe probatur in cõſtitutione Pii iiij.
in multis locis, & præſertim in Proœmio, ibi, *Sane*
*licet dudum, cum certam Simoniacæ prauitatis ſpe-*
*ciem, quam beneficiorum confidentiam vocant etiã*
*in Rom. Cur. atq. adeo in Sacrum venerabilium Fra-*
*trum noſtrorum S.R.E. Cardinalium Collegium qua*
*ſi per cuniculos irrepſiſſe, ac nonnullos ex ipſis fra-*
*tribus nimia quadam facilitate ſeu potius importu-*
*nis amicorum, familiariumque precibus adductos,*
*beneficia Eccleſiaſtica in confidentiam huiuſmodi*
*recepiſſe, & frequenter recipere intelleximus, hanc*
*illicitam beneficentiæ exercendæ, ſeu amicitiæ colẽ-*
*dæ viam, a tanto ſaltem Collegio prorſus eliminare*
*cupientes, eoſdem fratres in Conſiſtorio noſtro ſecre*
*to non ſemel admonuerimus, huic aliena beneficia cu*
*ſtodiendi modo ne aſſueſcerent, ne ue illa hoc pacto*
*reciperent, utque ſic recepta dimitterent; nihilomi-*
*nus nuper ad aures noſtras peruenit, eorum aliquos*
*monitionis noſtræ, immo potius ſuimet oblitos, ea,*
*quæ cuſtodienda receperant, beneficia, nondum ta-*
*men dimiſſiſſe, & inſuper illos, & nonnullos alios,*
*etiam Patriarchas, Archiepiſcopos, & alios epiſco*
*pos, ac etiam Cameræ Apoſtolicæ Clericos, & c.* &
in diſpoſitiua, ibi, *per eiuſdem Rom. Eccleſiæ etiam*
*Epiſcopos, Cardinales, & quoſcũque alios ẽt Patriar*
*chas, Archiepiſcopos, & alios Epiſcopos ac ẽt eiuſdẽ*
*Cameræ Clericos, & c.* & ẽt probatur in Conſtitutio
ne Pij V. in proœmio, ibi, *ceteraque beneficia Eccle*
*ſiaſtica in confidentiam a quibuſcunque etiam S.R.*
*E. Cardinalibus, & c.* & in diſpoſitiua, §. *adhæc ſi Cle*
*ricus prædictæ Cameræ, aut Cardinalis, aut alius.*
*& c.*
Et ratio huius concluſionis eſt, quia in omnibus
his perſonis viget ratio prohibitionis, & omnes idẽ
2 delictum committunt, ideo ea pœna† teneri debent
l. Sancimus, C. de pœn. & ut patet ex dictis uerbis po
ſitis in Conſt. Pii iiij. & omnes qui erant in Vrbe eo
tempore, referunt, quod plures Cardinales detine-
bant beneficia in Confidentiam, quos pluries admo
nuit Pius iiij. & tandem contra eos promulgauit p̃
dictam extrauagantem, immo in odium duorũ Car
dinalium audiui dictam Conſtitutionem emanaſſe
3 quæ† fuit, & uſu recepta, *tum quia fuit tunc execu-
tioni mandata, tum etiam ob ſuperueniẽtem extra-
uagantem Pii V. quæ innouauit, confirmauit, & am-
pliauit eam, ut ſuo loco dicetur.

### SVMMARIVM.

1 *Lex generalis, generaliter eſt intelligenda.*
2 *Generalitas operatur etiam in odioſis.*
3 *Vbi comprehenduntur Cardinales eo magis alij.*
4 *Argumentum a maioritate rationis fortiſſimum.*
5 *Argumentum a maiori procedit etiam in materia odioſa.*
6 *Argumentum a maiori procedit etiam in correctoriis.*
7 *Ratio legis diſponit ſicuti facit lex.*
8 *Lex lata ob fraudem comprehendit omnes perſonas.*
9 *Conſtitutio lata fauore animarum, ligat omnes.*
10 *Minor, in his quæ ſpectant ad ſalutem animæ non excuſatur.*
11 *Non delinquens, non eſt puniendus.*
12 *Minores carent conſenſu.*
13 *Quælibet diſpoſitio cenſetur loqui in terminis habilibus.*
14 *Minores ex æquitate reſtituuntur.*
15 *Lex, in quantum loquitur intelligenda.*
16 *In pœnalibus ſtricta interpretatio.*
17 *Lex pro his, quæ frequentius accidunt.*
18 *Non habens 25. an. dicitur minor.*
19 *Minor 25. an. & maior 14. comprehenditur ſub pœnis latis contra confidentiarios.*
20 *Maior 14. an. delinquendo punitur.*
21 *Maior 14. an. in beneficialibus habetur pro maiori.*
22 *Minor 14. an. abſque diſpenſatione non poteſt habere beneficia.*
23 *Verba geminata ponuntur ad tollendum dubium.*
24 *Doti capaces minores, quando dicantur.*
25 *Dolus eſt delictum.*
26 *Delictum puniendum.*
27 *Minor non excuſatur a publicatione.*
28 *Si pro minoribus committatur confidentia, an ipſi teneantur.*
29 *Conſentiens quando dicatur a principio cõmittere.*
30 *Ratificatio delicti punibilis.*
31 *Ratificatio fit uerbo, & facto.*
32 *Homo poteſt plus iuris in alium transferre, quam ipſe habeat.*
33 *Clauſula in fine poſita refertur ad omnia.*
34 *Vitium criminis tranſit ad quem res.*

35 Simo-

35 *Simonia afficit ne dum ignorantes, ſed inuitos.*
36 *Ignorantia non excuſat. ubi adeſt decretum irritās.*
37 *Si pater retinet bullas, filius ignorans non excuſatur a pœna, cap. li. et canon.*
38 *Actus quilibet ex agentis intentione bonus, vel malus iudicatur.*
39 *Intentio ſemper præſumitur bona.*
40 *Innocentes ex delicto aliorum non puniuntur.*
41 *Filius an teneatur credere Patri, dicenti cōmiſiſſe confidentiam ſuper beneficio.*
42 *Quis tenetur credere parentibus.*
43 *In his quæ pertinent ad confidentiam, quis debet eſſe credulus.*
44 *Nullus amat filium, pluſquam pater.*
45 *Pater non præſumitur malum capere conſilium pro filio.*
46 *Pater præſumitur conſulere animę filii.*
47 *Pater præſumitur habere curam exiſtimationis filii.*

## QVAESTIO XX.

MINORES num comprehendantur ſub pœnis impoſitis contra confidentiarios, & quibus, & quando.

VIgeſimo, Quæro, an minores committentes, aut
recipientes beneficia in confidentiam, compre-
hendantur ſub Conſtitutionibus Pii Quarti, & Pij
Quinti illiſque pęnis ligentur?
Pro affirmatiua primo adducitur, quia huiuſmo-
di Conſtitutiones loquuntur generaliter de omni-
bus perſonis, ut ex tenore, & ex lectura ipſarum con
1 ſtat, ergo generaliter † debēt intelligi, l. 1. §. & genera
liter, ff. de lega. præſt. l. 1. §. Quod aūt, ff. de aleat. l. in
fraudem in fin. & ibi Bal. ff. de teſtam. mil. etiam ſi
in uno caſu adſit maior ratio quam in alio, Soc. ſen.
in l. 2. §. ex his, ff. de uerb. oblig. late Crau. conſi. 92.
nume. 4.
2 Et hoc ſiue dicamus † Conſtitutiones eſſe fauora
biles, ſiue odioſas, Ang. ut per Dec. conſ. 5. ad fi. Cra
ue. conſ. 118. n. 14. & conſ. 308. n. 3. DD. in c. ut circa
de elect. ut in reg. odia. de reg. iur. lib. 6.
Secundo comprobatur, quia ibi exprimitur de
Cardinalibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſque
Prælatis, ut comprehendantur, & ligentur illis pœ-
3 nis. Ergo eo magis † alii debēt ligari, arg. eorum, quæ
ſcribunt Put. deciſ. 195. lib. 1. Ptolemæus deciſ. 194.
Moedan. deciſ. 141. in recoll. manuſcr. Gemin. in c.
1. de Sciſmat. Fel. in rubr. de maio. & obed. nam in
aliis maior ratio adeſt, Sarn. in regu. de publ. q. 12. &
4 argumentum a maioritate † rationis fortiſſimum eſt.
l. quanto magis, ff. de iur. iur. auth. multo magis,
C. de ſacr. ſanc. Eccleſ. & procedit ex receptiori, et
5 † in materia odioſa, & ſtricta. l. qui indignus, ff. de Se
nat. l. cui pacto, C. de Sent. ex bre. l. relegatum, §. po
teſt, ff. de interd. & releg. l. nec in ea, ubi Barto. ff. de
adult. c. illorum, de ſent. excomm. Bal. in l. quod ue-
6 re, col. 1. ff. de legib. & in materia correctoria, Imol.
in l. ſi uero, ff. de uiro, col. 5. ff. ſol. mat. Cur. ſen. cōſi.
34. col. 5. Dec. conſi. 333. col. 3. in principio, Craue.
conſ. 326. ſub num. 10.
Tertio, accedunt uerba poſita in dicta Conſtitu-
tione Pij iiij. ibi, ſeu quoſuis alios: & ibi, & alios. &
ibi, & alijs prędictis. & ibi, Vniuerſis, & ſingulis. &
in d. Conſtitutione Pij V. ibi, ut ſi quis, &c. & in §.
Sed ne quiſquam, omnes, & ſingulos, &c. quæ ſunt
apta comprehendere etiam prædictos iuxta late tra
dita a me. de reſign. benef. lib. 12. q. 4. col. 1. & 2. Ex
quibus etiam uerbis colligimus, rationem hanc fuiſ
ſe, ut omnes comprehenderentur, ut patet ex illo §.
Sed ne quiſquam vana fiducia fretus. quæ rō cum cō
7 prehēdat † hūc caſum, ſatis dicitur diſponere in eo.
l. his ſolis. C. de reu. do. Bal. in c. dilectus filius, col. 1.
de reſcript. Dec. conſ. 284. col. 2. & cum competant
uerba, & itidem rō. non erit ultra ambigendum. l. an
cillæ, C. de furt. Cor. conſ. 13. col. 2. lib. 2.
Quarto confirmatur hæc ſententia, quia, ubi agi
8 tur de vitanda fraude, conſtitutio, & lex † comprehē
dit oēs perſonas, c. ſciāt cūcti ubi DD. oēs de elec. li.
* 6. c. 1. de ſciſmat. eo. li. communis * opinio, de qua at-
teſtatus ſum poſt Caputaque. de reſign. benef. li. 11.
q. 4. nu. 8. Sed hic agitur de vitanda fraude, ut colli-
gitur ex proemio Conſtitutionis Pij iiij. & Pij v. er
go minores comprehenduntur.
Quinto ſuadetur, quia Cſtitutio ō promulgata fa-
9 uore † animarum ligat omnes etiam minores, iuxta
ea, quæ ſcribit Gl. in c. Statutum, de preb. lib. 6. Bar.
Balenzin. de char. ſubſid. qu. 66. & regulare eſt, ut
10 minor, in his, quæ ſpectant ad † ſalutē animæ, non ex
cuſetur, Mar. ſen. in c. ex literarū, n. 8. de apoſt. Tur-
recre. in c. Symbolum, de conſcr. diſt. 4. quos ſum ſe
cutus de reſig. benef. lib. 3. q. 7. num. 15. Quod autē
prohibitio confidentiæ reſpiciat ſalutem animæ, ex
preſſe in Conſtitutione Pii v. continetur.
Pro negatiua vero opinione, quod minores non
comprehendantur in dictis Conſtit. Pij iiij. & Pii v.
& nec ligentur ipſarum pęnis.
11 Primo adducitur, quia, qui † non deliquit, nō eſt pu
niendus. l. Sancimus, C. de pen. Bal. in l. decuriones
C. de infamib. Iaſ. in l. ſed etſi, num. 6. C. de inoff. te-
ſtam. Bombin. conſ. 8. nu. 18. Sed minores recipien-
tes beneficia in confidentiam nō videntur delinque
12 re, † cum careant conſenſu. l. 1. cum ſeq. ff. de minor
Card. Ant. de Butr. Io. And. & alii, in c. ex ratione,
de ætate, & qual. Ferret. conſ. 282. nu. 1.
13 Secundo, quia † quelibet diſpoſitio cenſetur loqui
in terminis habilibus. l. qui teſtamento, ff. de teſta.
Sed termini habiles non ponunt, ut minores com-
prehendantur, qui neſciunt quid faciant, & iō lex,
14 æquitate mota, uoluit eſſe † reſtituendos. Bald. in l.
ult. C. ex quibus cauſ. reſtit. in integr. non ſit neceſ.
Chiſan. deciſ. 149. in manuſc. Natt. conſ. 16. & 17. li.
1. Imol. in Clem. 1. de reſtitu. in integr. & communi
ter DD.
Tertio comprobatur, quia, dum Pius Quintus in
dicta conſtitutione loquitur de minoribus, in §. mul
ti diſponit contra illos, qui aſſeruant beneficia in-
fantibus ſeu naſcituris, ergo non comprehēdit hos
15 minores, cum, ſi uoluiſſet, † expreſſiſſet, c. ad audien
tiam, de decim. ad not. in l. 1. C. de caduc. tollen.
Quarto, quia ſumus in penalibus, in quibus faciē
16 da eſt ſtricta interpretatio, ut † non cenſeatur di-
ctum, niſi id quod eſt ſcriptum, ad not. in reg. odia.
de reg. iur. lib. 6. Roma. late in l. ſi uero, §. de viro, ff.
ſolut. matrim.
Quinto quia de raro hic caſus eueniet, ut minor
17 huiuſmodi ſcelus perpetret, & uulgare eſt legem † eſ
ſe promulgatam pro his, quæ frequentius accidunt
l. nam ad ea, ff. de legibus.
Quid dicendum?
Pro reſolutione huius Quæſtionis aliquos caſus
conſtituam.
Primus erit in maiori 14. an. minore autem 25.
18 qui etiam † minor dicitur, ca. in preſentia, de probat.
§. nunc



§. nunc admonendi, Inſt. quibus alien. licet, uel non,
* dixi de reſign. benef. lib. 3. q. 7. nu. 1. & in hoc caſu *
* communis, & recepta omnium concluſio etiam in *
praxi firmata eſt hunc maiorem 14. an. & minorem
19 25. committentem cōfidentiam, vel † recipientē be-
neficia in confidentiam, comprehēdi ſub dictis Cō-
ſtitutionibus, & ipſarum pœnis ligari. nam in tali æ-
tate cenſetur habere capacitatem ſufficientem, ex
qua poterit crimina diſcernere, & contraueniendo
20 † puniri abſq; excuſatione, l. pupillum, ff. de reg. iur.
l. infans, ff. ad l. Corn. de ſicar. late Igneus, in l. 1. §.
impubes, nu. 5. ff. ad Syllani. Plaz. libr. 1. delictorum
21 c. 32. & in eadem ætate in beneficialibus † habetur
pro maiori, ut dicit textus, in cap. ult. de Iud. lib. 6. ut
poſſit in legitimam perſonam in iudicio exercere, a
lioſque actus facere, etiam abſque curatore, & ibi
Gl. in uerbo debebit, Gem. Anch. & Franc. Crauet.
conſ. 80. in primo dubio, Gigas reſponſ. 14. num. 3.
* Ferret. conſ. 282. communis * opinio, ut dixi, d. lib. 3.
de reſig. benef. q. 7. nu. 6. & cum comprehendantur
ſub dictis Conſtitutionibus Cardinales, ergo & ipſi
ut ſupra fuit deductum.
Scđus caſus erit in minore 14. an. (præſuppone̅do,
qđ ex diſpēſatione Papæ poſſit habere beneficium
22 Eccleſticū, iuxta ea, quæ ſcripſi de reſign. benef. li. 4.
q. 9. cum ex decreto concilij Trid. c. 6. ſeſſ. 23. de re-
form. minoribus 14. non dentur beneficia) nam ſi
iſte poſt diſpenſationem recipiat in confidentiam
vnum aut plura beneficia, videtur comprehēdi ſub
dictis conſtitutionibus, & uerbis ipſarū prægnanti-
23 bus, & geminatis † poſitis ad includendum omnes p
ſonas, ut tollatur omne dubium, l. baliſta, ff. ad Tre-
bel. Bal. in l. cum ſcimus, C. de agric. & cenſ. lib. 11.
Crau. conſ. 201. num. 42. & conſ. 226. num. 6. Cæph.
conſi. 135. num. 12. lib. 1. Rolan. a Vall. conſ. 15. nu.
41. libr. 1.
Et pro fundamento præſuppono, quod huiuſmo
di diſpenſatio non ſolet concedi, niſi pauci menſes
24 deficiant. (& hoc etiam de raro) quo † caſu uidentur
abſque dubio doli capaces, DD. in l. pupillum, ff. de
reg. iur. Plaz. lib. 1. Delictorum, c. 32. Clar. libr. 5. re-
cept. ſent. §. ult. q. 60. col. 1. & per cōſequens videtur
doloſe, & fraudulenter prædicta beneficia in confi-
25 dentiam recipere, ſed dolus eſt † delictum. l. 1. §. nūc
tractemus, uer. plane, ff. de tut. & cura. diſtr. l. ſi ex cā
§. nūc videmus, ff. de iureiur. Gl. in l. prima, in prin-
cipio, & ibi Bal. de fideiuſſ. tut. Iaſ. in l. ex ea parte, §.
26 ult. nu. ult. ff. de uerb. oblig. Delictum † uenit punien
dum, l. Sancimus. C. de pœn. Cæph. conſ. 76. li. 1. Pa
riſ. in Rub. ff. de op. no. nunt. nu. 72. Ergo.
Quod comprobatur, quia ſi iſte minor non pu-
27 blicauerit reſignationem beneficii † ſibi factam, in-
* cidit in pœnas, ut fuit * reſolutum in vna Fulginaten.
prioratus, coram Puteo, 9. Aprilis 1543. ut atteſtatur
idem Puteus, deciſ. 453. lib. 1. Thom. de Tan. deciſ.
54. manuſ. in alia Compoſtullan. corā Reomano te
ſte Achil. de Graſſ. deci. 10. in tit. de reſt. in integr. &
late comprobaui de reſig. benef. lib. 11. q. 4. nu. 43.
cum ſeq. & pro hac ſententia faciunt omnes ratio-
nes allegatæ in poſteriori ſententia.
28 Tertius caſus erit, † quando alii receperunt benefi
cia in confidentiam, ut infantibus, aut naſcituris aſ-
ſeruent, iuxta terminos Conſtit. Pii v. in §. multi, &
duo ſunt capita conſtituenda, primum, quando di-
cti minores peruenerunt ad ætatem legitimam, & p̄
dicta beneficia, quæ aſſeruabantur pro ipſis fuerunt
eis reſignata ab his, qui ea ad hunc effectum recepe
runt in confidentiam, illis hoc ſcientibus, ut quia eis
fuit dictum, & explicatum omne negotium, & hoc
caſu dicendum eſt comprehendi ſub conſtitutione
Pii V. illiuſque penis, ut colligitur expreſſe ex §. mul
ti, iuncto §. Sed ne quiſpiam. & ratio Conſtitutionis
habet locum in tali caſu abſque dubio, ergo & diſpo
ſitio. l. illud, ff. ad l. Aquil. l. a Titio, de uerb. obl.
Accedit propterea alia ratio, quia, conſentiendo
tunc, ut conſtat, per receptionem beneficii aſſeruati
in confidentiam videtur approbare omnem tracta
29 ctum, ita, ut † a principio uideatur committere, ut p
bat Gl. in l. 1. §. deieciſſe, in uerbo ratum habuero,
ff. de iniur. Sal. in l. non ideo minus, num. 31. C. de ac
30 cuſ. pœna enim infertur ex eo, † quod quis delictū
* commiſſum ratificat, communis * opinio, teſte Bal.
in l. obſeruare, §. proficiſci, numer. 9. ff. de off. pro
conſ. Auguſt. ad. Ang. de malef. uerſ. & Semproniū
nu. 36. & iſte non ſolum ratificat uerbo uel ſolo cō
31 ſenſu, ſed etiam facto, † recipiendo beneficium aſſer
uatum pro eo, quod videtur omne dubium tollere
Gl. in cle. 1. de pœ. Plaz. lib. 1. delictorum, c. 18. Cur.
* Sen. conſ. 21. nu. 6. & communiter * alii.
Et dicitur tunc confidentiam committere, unde
ex multis capitibus videtur, ut comprehendatur. Se-
cundum caput huius tertii caſus, quia poſtquam per
uenerunt dicti minores ad legitimam ætatem re-
ceperunt, mediante reſignatione, prædicta benefi-
cia, uſque ad illud tempus aſſeruata pro eis ignoran
ter tamen, ut quia de hoc nullam habuerunt ſcietiā
& tali capite, ſi loquimur de penis poſitis in dictis
Conſtitutionibus reſpicientibus nullitatem actus,
teneo comprehendi, & per conſequens nihil eis fuiſ
ſe tranſlatum per dictas reſignationes. quod expreſ
ſe poteſt probari ex verbis ipſarum. nam dicit Pius
Quartus? Ac interdum ut beneficia ipſa tempore p
cedenti in aliquorum tunc forſan de iure inhabiliū,
uel incapacium, vel nondum adhuc natorum fauo-
rem, cedantur, ſeu reſignentur, &c.
Et Pius V. etiamnum infantibus, aut naſcituris
aſſeruentur, & poſtea annullantur quæcūmque col-
lationes, & diſpoſitiones de dictis beneficiis, cum
interuentu confidentiæ ſtatuendo, ut ſint inualidæ,
nullius roboris, uel momenti, nec cuiquam ſuffraga-
ri. ergo manifeſte colligitur, circa hunc effectum cō
prehendi hos minores. namque ſi annullantur ipſo
iure, prouiſiones beneficiorum factæ, ad hoc ut re-
ſeruentur beneficia recepta in confidentiam incapa
cibus, & non natis, ſequitur, quod illi, qui tempore
commiſſę confidentię erant incapaces, & non nati,
ſi poſtea naſcantur, & fiant habiles mediantibus re
ſignationibus illorum, qui ſunt priuati ipſo iure, nul
lum ius poſſunt acquirere: nam reſignans nō poteſt
32 plus iuris transferre in alium, quam ipſe habeat, &
ideo priuatur ipſo iure, non poteſt reſignare. late
has concluſiones comprobaui de reſign. benef. libr.
3. quæſt. 1.
Comprobo, quia, ſi irritantur tales prouiſiones
receptę ut incapacibus beneficia aſſeruentur, ergo
multo magis debent annullari tranſlationes factæ,
in executionem confidentię commiſſæ. nā propter
unum quodque, & illud magis. Et quod annullatio
actus poſita in §. Sed ne quiſquam dictę Conſtitu-
tionis Pii Quinti referatur ad omnes cauſas poſi-
* tas in §. multi, communiter * et receptum ex-
33 traditis ex clauſula in † fine poſita, ut referat ad om-
nia præcedentia, ca. inquiſitionis, in fine, de appell.
l. talis ſcriptura, §. ult. ff. de leg. 1. l. 3. §. filius, ff. de li.
& po-

& poſth.Fel.in cap.cauſam,quæ,col.3.de reſcr.Are
tin.conſi.115.Quod procedit etiam in materia o-
dioſa.l.1.C.de lib.pręt.Baldus in l.quiſquis,C.ſi cer
tum petatur,Afflict.deciſ.108.num.15.& ſeq.Eoq;
magis,cum eadem vigeat ratio in omnibus, Abba.
in cap.2.requiris,de appe.& in c. Eccleſia veſtra,el
2.de elect.Anch.conſi.65.col.2.Crau.conſi.70.nu.
10.Socin.Iun.conſi.158.num.49.vol.2. Eoque ma
gis,cum vtatur uerbis id denotantibus, de præteri-
to,præſenti,& futuro tempore. Et ratio eſt euidẽs,
34 †vt tranſeat odium,& uitium criminis,ad quos trã-
ſit res.Abb.in c.ex inſinuatione,nu.6.de Simo.

Accedat præterea,§. Quare nos volentes, dictę
Conſtitutionis Pij V.vbi iudicantur renunciationes
confidentiales,ex ſola dimittentis intentione,quod
tollit omne dubium.

Nec conſideratio, quam vidi facere in quadam
cauſa Salamantin.ſatisfacit, quod Conſtitutiones,
dum loquuntur de infantibus,diſponunt cõtra eos,
qui committunt confidentiam,ut minoribus aſſer-
uent,& quod non comprehendant, neque priuent
poſtea retinentes talia beneficia iam recepta in
confidentiam,nam contrarium probatur ex uerbis,
ut ſupra deduxi,& ex ratione.

Minus obſtat ipſorum ignorantia.nam Simonia
35 afficit nedum ignorantes,†ſed etiam inuitos,ca.prę
* ſentium,1.q.5.Et regulare eſt,& cõmuniter *rece-
ptum,ut ignorantia non excuſet, vbi adeſt decretũ
36 irritans.†Barbat.in clem.1.nu.15.de elect. Cardin.
conſi.33.Caſſado.deciſ.12.num.5.in reg.Cancella.
Butr.late conſi.43.& faciunt alia,quæ adduxi de re
ſign.benef.lib.11.q.4.num.43.Hinc filius ignorans
37 †non excuſatur a pœna,cap.licet Canon.ſi pater re
tinuit bullas.Rebuff.in prax.in tit.de non promou.
nu.54.dixi de reſign.benef.lib.11.q.4.nu.46.

Si uero loquimur de alijs pœnis poſitis in dictis
Conſtitutionibus,ſcilicet inhabilitate, & priuatio-
ne obtentorum,& obtinendorum, & excommuni-
catione,crederem talem ignorantem excuſari a prę
dictis pœnis,& ſub illis non ligari ratione ignoran-
tiæ,iux.ea,quæ tradit Nauarr.in Man.ca.23.n.44.

Et ratio eſt,quia in nullo deliquerunt,præſuppo
ſita huiuſmodi ignorantia.Bart.& DD. in l.gene-
38 ro,ff.de infamib.Et actus quilibet†ex agentis inten
tione bonus uel malus iudicatur.D.Tho. p.2.q.18.
art.9.in concl.Ant.de Butr.in cap.cum ex officij,de
præſcr.Fel.in cap.auditis,eo.tit.ſed intentio,pręſup
39 ponitur†bona.Bal.in tract.de Sciſmat.in principio.
Ergo.

Accedit,quia intentio Pij V.fuit, vt recipientes
beneficia pro infantibus,ſint priuati omnibus bene
ficijs obtentis,& obtinendis,cum ſint proprie,& ve
ri confidentiarij,non autem quod infantes,& naſci
turi ignorantes dictam cõfidentiam, inhabiles ſint
ad alia beneficia,nam hoc eſſet contra iuris Diuini,
40 & naturalis principia,vt lex puniret innocentes†ex
delicto aliorum,Nauar.in cap.fraternitas. 12.q.2.

Sed hic contigit dubitare,ſi Pater, qui commiſit
41 confidentiam pro filio,†hoc ei reuelet, an filius te-
neatur ei credere? Præpoſi.in cap. quicunque,1.qu.
5.proponit hanc quæſtionem, & refert primo opi-
nionem illorum,qui voluerunt,quod ſit ſecurus om
nino,ſi non habet cõſcientiam læſam,arg.l. filium,
ff.de his,qui ſunt ſui,vel alien.iur.ſi uero ſecus,ædi-
ficat ad gehennam,cap.vlt.de præſump.cap.literas,
de reſtit.ſpol.ſi ſtatim non dimittat. In dubio autẽ
dicit Præpoſit.num.1,quod contra filium præſumi-
tur,quod ſimulet non credere,&,quia non eſt ueri-
ſimile,quod Pater falſum dicat,arg.c.afferre,de prę
42 ſumpt.Et quia quis†tenetur credere parentibus,ca.
iud.qui mat.accuſ.poſſ.Accedit,quia in his,quæ p-
43 tinent ad conſcientiam,quis † debet eſſe credulus.
Hoſtien.in cap.officij,de pœnit. Et faciunt not.in
c.per tuas,2.de Simo.

44 Comprobatur,quia†nullus amat filium pluſquã
Pater,Bald.in cap.per tuas,de probat.Iaſ.in le.pa-
ctum,col.ultima,C.de collat.Port.conſi.6.num.64.
& conſi.150.num.6.Soc.Iun.conſi.134. nume. 43.
uolu.3.& conſi.59.num.4.& vlt.Crau.conſil. 1.nu.
2.Tiraq.in præfat.l.ſi unquam,num.9. cum ſeq. C.
de reuocan.donat.Card.Pariſ.conſi.106.nu.43.uo-
45 lu.1.& non præſumitur malum capere † conſilium
pro eo.Bombin.late conſ.18.nu.22.ſed bonũ. Ale.
46 conſ.33.num.4.volu.4.Et conſuleret†animæ ipſius.
Soc.Iun.conſi.8.num.34.uol.2.Port.conſi. 116.nu.
47 16.ac†exiſtimationi.Soc.Iun.conſ.99.nu.10. & cõ
ſi.102.num.27.vol.1.

*SVMMARIVM.*

1 *Ignorantes prohibitionem confidentiæ, non excu-ſantur.*
2 *Ignorantia iuris ęquiparatur dolo.*
3 *Ignorantes ius dicuntur eſſe in lata culpa.*
4 *Sacerdotes ſcire debẽt Conſtitutiones Pontificias.*
5 *Non excuſatur,qui ignorat,quod communiter om-nes ſciunt.*
6 *Ignorantia craſſa non excuſat.*
7 *Leges præſumuntur perueniſſe ad notitiam ipſorum, quibus ſpectant.*
8 *Ignorantia non præſumitur in his,quæ quis tenetur inueſtigare.*
9 *Error iuris non excuſat.*
10 *Error iuris dicitur iniuſtus.*
11 *Ignorantia facti excuſat.*
12 *Ex errore iuris non datur reſtitutio.*
13 *Ignorantes excuſantur a pœna publicationis.*
14 *Ruſtici non reſtituuntur aduerſus iuris ignorantiã.*
15 *Decretum irritans,ligat etiam ignorantes.*
16 *Nulla difficultas,vbi verba ſunt clara.*
17 *Ignorantes prohibitionem confidentiæ,non incidũt in excommunicationem.*
18 *Ignorantia excuſat ab excommunicatione, etiam in facto illicito.*
19 *Dans ignoranter pro gratia,excuſatur a pęnis Con-ſtit.Gregorij xiij. de datis,&c.*
20 *Excommunicatio requirit contemptum.*
21 *Ignorans non contemnit.*
22 *Contemnere,quid.*
23 *Ignorans non habet animum delinquendi.*
24 *Statutum addens pęnam in facto non damnato a iu-re,non ligat ignorantes.*
25 *Decretum irritans nõ ligat ignorãtes reſpectu pœnæ*
26 *Excuſatur à pœna ignorans qualitatem.*
27 *Reſpectu pœnæ,Conſtitutio non extenditur ad præ-terita.*
28 *Ignorans non conſentit.*
29 *Committentes confidentiam per ignorantiam, pu-niuntur pœnis impoſitis in Conſtitutione Pij Quarti,& Pij Quinti.*
30 *Ignorantia in facto illicito,non eſt probabilis.*
31 *Exiſtentes in lata culpa,non excuſantur a peccato mortali.*

32 *Transgreſſio*



32 *Transgreſſio legis humanæ,obligat ad peccatũ mor-tale.*
33 *In foro conſcientiæ ignorans excuſatur a pęnis infli-ctis contra confidentiarios.*
34 *Renunciatio facta ei,cui aſſeruabatur beneficium in confidentia,nulla.*
35 *Priuatus ipſo iure non poteſt renunciare.*
36 *Res tranſit cum vitio in odium criminis.*
37 *Simoniacus non eſt reſtituendus.*
38 *Habens beneficium ex Simonia commiſſa per alium habet titulum coloratum.*
39 *Confidentiarius eſt priuatus ipſo iure.*
40 *Priuatus ipſo iure non habet titulum.*
41 *Priuatus ipſo iure non reſtituitur.*
42 *Reſignatio per Simoniam ignoranter,nulla ipſo iure.*
43 *Non eſt excommunicatus,qui conſequitur beneficiũ per confidentiam, commiſſam eo ignorante.*
44 *Ignorantes recipientes beneficia aſſeruata eis,nõ pri-uantur obtentis,& obtinendis.*
45 *Quis non punitur ex delicto alicuius.*
46 *Simonia realis a pari procedit cum confidentia.*
47 *Simoniace promotus,quid amittat.*
48 *Ignorantes reſtituuntur in integrum.*
49 *Vitium ſequitur rem.*
50 *Committens confidentiam ignoranter tenetur reſti-tuere fructus.*
51 *Priuatus non facit fructus ſuos.*
52 *Habens ſcientiam de confidentia commiſſa in ſuo be-neficio debet ſtatim renunciare.*
53 *Priuati ipſo iure tenentur dimittere beneficia.*
54 *Superueniens ſcientia quando faciat incidere in deli-ctum.*
55 *Epiſcopus an poſſit diſpenſare cum ſimoniaco igno-rante.*
56 *Epiſcopus poteſt in omnibus criminibus diſpenſare.*
57 *Epiſcoporum ampla poteſtas.*
58 *Epiſcopus non poteſt ſe intromitterre in reſeruatis.*
59 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare, ubi canon imponit pœnam ipſo iure.*
60 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare poſt ſententiam latã a ſe.*
61 *Purgatio non admittitur,vbi pœna eſt impoſita ip-ſo iure.*
62 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare, niſi in caſibus ex-preſſis.*
63 *Scientia probatur coniectura.*
64 *Ex coniunctione ſanguinis, probatur ſcientia.*
65 *Ex cohabitatione præſumitur ſcientia.*
66 *Vicinus præſumitur ſcire facta vicini.*
67 *Habens notitiam facti præſumitur habere ipſius rei.*
68 *Scientia vnius partis negotii arguit ſcientiam totius.*
69 *Pater ſolet communicare filio.*
70 *Sciẽtia præſumitur ex eo,quod ſolet cõmuniter fieri.*
71 *Filius præſumitur ſcire teſtamentum patris.*
72 *Coniecturę an concludant pluſquã teſtes ſingulares.*
73 *In confidentia commiſſa per patrem non præſumitur ſcientia filii.*
74 *Ignorantia ſemper pręſumitur.*
75 *Delictum excludendum.*
76 *Quiſque præſumitur bonus.*
77 *Factum ſemper trahitur ad bonum.*
78 *Cum agitur de pena inferenda,non ſufficit præſum-pta ſcientia.*
79 *Cum agitur de alterius præiudicio,non ſufficit ſcien-tia præſumpta.*
80 *In præiudicialibus conſanguineus non præſumitur ſci-re facta conſanguinei.*
81 *Præſumpta ſcientia non habet locum in actibus, quæ ſolent fieri clam.*
82 *Neque in actibus factis tempore infantiæ.*
83 *Scientia probanda eſt plene, cum agitur de inferen-da pœna.*

## QVAESTIO XXI.

Pœnæ contra confidentiarios,an ligent ignorantes.

VIgeſimoprimo, Quero, an ignorantes cõprehẽ
dantur ſub Conſtitutione Pij V? Dupliciter po
teſt hæc quæſtio intelligi.Primo de committentib.
confidentiam ignoranter, quia neſciebant illam eſ
ſe prohibitam.Secundo,de recipientibus beneficiũ
in confidentiam commiſſam ab alio eis ignoranti-
bus hoc.

* Circa primum caput,* communis concluſio eſt
affirmatiua,ut ignorantes huiuſmodi conſtitutio-
1 nem,& prohibitionem†ex hoc non excuſentur,†ſed
2 eo non obſtante ligentur.nam ignorantia iuris†pro
cedens ex lata culpa non excuſat delinquentem, cũ
æquiparetur dolo,l.magna negligentia, ff.de uerb.
ſignif.l.quod Nerua,ff.de poſſ.Barto.in l.prima,ff.ſi
quis teſtam.lib.ius eſſe fuerit,ita Abb.Ant. de Butr.
* Io.Andr.Imol.Fel.Dec.nu.23.& alii*omnes in ca.
2.de conſt.Sed prædicti ignorantes dicuntur eſſe in
lata culpa,quia omnes Curiales,& alii ſciunt prędi-
3 ctas†prohibitiones.l.late,ff.de uerb.ſignif.& omnes
4 Sacerdotes,& Clerici†ſcire debent.Fel.in d.c.2.col.
2.ſub nu.3.uer.circa primam.Nauar.optime in cõſ.
8.nu.2.de pœn.& remiſſ.& ideo non excuſatur ille
5 qui ignorat id,quod communiter†omnes ſciunt,ca.
ult.qui matrim.accuſ.poſſunt,l.ſed & ſi pupillus,§.
præſcribere,ff.de iuſt.c.paratus,33.q.1.Din.in reg.
ignorantia,nu.4.de reg.iur.lib.6. Roma. conſi.440.
nu.11.Marſil.in l.qui ignorans,num.24.& in l.qui
falſam,nu.94.ff.ad l.Cornel.de falſ.late Iaſo.in l.er-
ror,numer.22.C.de iur.& fact. ignorant. nam eſſet
6 †ignorantia craſſa nimis,& ſupina,l.nec ſupina,ff.de
iur.& facti ignorant.Bar.in l.ſi cui,§. eiſdẽ,numer.
2.ff.de accuſ.optime Marſil.in d.l.qui ignorans,nu.
7 23.cum ſequentibus.Statuta,enim† & Conſtitutio-
nes Pontificiæ præſumuntur perueniſſe ad notitiã
eorum,ad quos hoc ſpectabat.Bal.in l.leges ſacra-
tiſſimæ,num.2.C.de legibus.Bar.in l.omnes populi
nu.67.ff.de iuſt.& iur.Card.Pariſ.conſ.49. num.37.
uol.1.Guid.Pap.in tract.de præſumpt.col.ult.num.
127.late Silueſt.in uerb.ignorantia.Et regulare eſt
8 ut non præſumatur ignorantia de his,quæ quis†te-
netur inueſtigare,Gl.& Doc.in c.innotuit, de elec.
& in c.ad falſariorum,de falſ.Grat. conſ. 12. nu.39.
* lib.2.Et communiter*receptum eſt, ut error† iuris
9 non excuſet.Balb.in tract.pręſcr.titu.pro donat.nu.
7.ff.ſol.matr.Imol.in l.iuſto,nu.5.ff.de reſcrip.Cor.
10 conſ.148.lib.3.nam dicitur†iniuſtus.l.nunq̃,ff. de v
11 ſucap.Et ignorantia†facti,non iuris excuſat.c.igno-
rantia,de reg.iur.in 6.l.nõ fatetur, ff.de confeſ.Dec.
in l.ſi is id qđ,n.32.ff.de iurid.om. Iud. & ex errore
12 iuris nõ dari†reſtitutionẽ*oẽs uolunt Doc.Bar.in l.
diuus,nu.2.ff.de re iud.Alex.conſ.165.nu. 10.lib.6.
cum aliis,vt per Sfort.Odd.de reſt.in integrum,qu.
8.art.82.num.39.cum ſeq.vbi multa deducit,& late
id probaui de reſign.benef.lib.11.q.13.nu. 55.cum
multis ſeq.vbi volui,ignorantes non excuſari a pœ
13 na†publicationis,& nu.93.ſcripſi, quod nec ruſtici
14 reſtituantur aduerſus iuris†ignorantiã. Barto.in l.1.
nu.6.

nu.6.C.unde vi.Alex.in l.uenia,n.3.C.de in ius uoc.
Menoch.de recu.poſſ.rem.q.nu.21.& 22.
Et hæc cõcluſio reſpectu pęnæ annullationis actus
nõ habet dubium,tũ ex prædictis,tũ pręterea, quia
in dictis conſtitutionibus Pij iiij.& Pij v. adeſt de-
15 cretum irritans,quod ligat etiam†ignorantes, ex**
** receptiore ſententia,c,1.de conceſſ.præb.c,dudum,
eo.tit.in 6.c.ſi eo tempore,de elect.eo.lib.6. Clem.
1.de conceſſ.pręb.vbi Card.Zabarell.in 6.not.Old.
conſ.319.Butr.conſ.43.Card.conſ.43.de* commu-
ni atteſtatus ſum libr,5.de reſignat. benef. quæſt.6.
nume.220.

Accedat,quod Pius V.annullat omnes,& quaſcũ
que conceſſiones,& receptiones factas per confi-
dentiam.Ergo,ex uerbis generalibus,& prægnanti-
bus ac decreto irritanti videtur comprehendere ẽt
ignorantes.& per conſequens collatio facta ignorã
ti,aut electio,p̄ſentatio,vel reſignatio facta in eius
fauorem,eſt nulla,& ipſo iure, ut dicitur in eadem
conſtitutione.& in hoc nullam difficultatem exiſti
16 mo eſſe faciendam,cum uerba ſint† clara,l. ancillæ,
C.de furt.

De alijs vero pęnis poſitis in dicta Conſtitu-
tione Pij V. an comprehendant, & ligent hos
ignorantes,quia vidi plures dubitare, particulariter
& breuiter cenſui examinare.Et primo, quid de ex-
communicatione.An ignorantes dictam conſtitu-
tionem,& prohibitionem, & committentes confi-
17 dentiam incidant†in excommunicationem poſitam
ibidem.& uidetur negatiue tenendum, ut in ſimili
bus terminis tenuit Nauar.in Man.c.27. num. 274.
conſ.54.nu.4.uerſ.quinto,de ſent.excom. dum uo-
18 luit,ignorantiam excuſare † ab excommunicatione
impoſita a Canone,vel Papa,etiam pro facto de ſe
illicito,& allegat alios Doct.& idem Nauar.conſ.
52.nu.4.uerſ.contrarium,eodem tit.de ſent.excom.
reſpondit,dantem aliquid pro gratia, vel iuſtitia in
Romana Curia,excuſari ab excommunicatione p-
lata per Gregorium xiij.fel.rec.in ſua Conſtitutio-
19 ne de datis,†& promiſſis,ubi innouat Bonif.viij.ex-
trag.2.de ſent.excom.quod etiam uoluerat idẽ Na-
uar.conſ.47.48.& 51,illo eo.tit. & faciunt etiam q̃
probat idem Nauar.conſ.42. eo tit.de ſent. excom.
20 Excommunicatio†enim requirit contemptum. Pe-
tr.de Anch.in c.2.de conſt.libr.6.Fel.in d.c.2.nu.6.
uerſ.contrarium. Arch.in c.nullus,diſt.55.ſed igno-
21 rans non†contemnit,Cald.conſ.11.de uerb. ſignifi.
Fel.in c.1.nu.7.de maior.& obed. Butr. in c.ſi cele-
brat,col.1.de cler.excomm.miniſtr.cum contemne
22 re,†ſit uoluntarie contradicere.Archid. in c.quicũ-
que,diſt. 56.Fel.in c.cum quidam,num.7.de iur.iur.
Ergo nõ incidit in excommunicationem,& de hoc
* uidetur tex.in d.ca.2.de Conſt.lib.6.& ibi omnes*
Doct.& faciunt,quæ in ſimili caſu deduxi de reſig.
benefi.lib.5.q.6.nu.206.Secundo,dubitari contigit
quid de aliis pœnis impoſitis in dicta Conſtitutio-
ne,ſcilicet de priuatione beneficiorum obtentorũ,
& obtinendorum,an hi ignorantes comprehendan
tur.& pro negatiua,quod non ligentur dictis penis,
facit doctr.Io.Andr.in c.2. pen.col.de conſt. lib.6.
23 dum uoluit pęnam†conſtitutionum non ligare igno
rantem,cum non habeat animum delinquendi, quã
uis det operam rei illicitæ,& ibi Gem. ſequitur Fel.
d.c.2.nu.6.in fi.ubi refert hãc partem alias ſuſtinuiſ
24 ſe.& comprobatur,† quia ſtatutum addens pęnam
in facto damnato de iure communi non ligat igno
rantem.Ant.de Butr.in d.c.2.col.4.

25 Accedat,quia†decretum irritans,quod ligat igno
rantes,eos non ligat reſpectu pœnæ,ca. ſi beneficia,
& ibi Arch.in 2.not.de præb.lib.6.Barbat.in Clem.
* 1.nu.25.de elect.communis*opinio, ut dixi de re-
ſign.benef.lib.5.q.5.nu.221.præterea dans operam
26 facto damnato,& ignorans†qualitatem excuſatur à
pęna,c.ſi quis cum matre,& c.ſi quis cum duabus,&
c.quidam fornicatus,33.q.4.& conſtitutio,quę alias
27 extenditur ad præterita,reſpectu pęnæ non† exten-
ditur,ca.nullus,diſt.50.c.quoniam, diſt.47. Et quia
non poteſt concurrere conſenſus etiam interpreta-
tiuus,ut obligetur ad pęnam,Inn.in c. in noſtra, de
28 iniu.cum ignorans†non conſentiat.c. cum olim de
re iudic.

Et quia non adeſt tali caſu huiuſmodi conſenſus
ideo.& ita uidetur firmare Nauar.in Man. d.ca.27.
num.274.

Sed,his non obſtantibus,affirmatiua opinio mi-
29 hi probatur,ut illis pœnis ſcilicet priuatione †bene
ficiorum obtentorum, & obtinendorum priuentur
committentes confidentiam per ignorantiam pro-
hibitionum,& dictarum conſtitutionum.quam opi
nionem in indiuiduo uidetur firmare Bar. poſt Cin.
in l.1.col.8.uerſ.2.Quæro,C.de ſumm. Trin. Abb.
in c.a nobis,& ibi Soc.ſen.de ſent.excom.col.pe. Pe
* tr.de Anch.in c.1.qu.12.de conſt.Imol.& alii * om
nes in d.c.2.de conſt,ubi Dec.nu.35.dicit hanc opi
nionem eſſe ueriorem in iure,& allegant plures ra-
tiones,& ea uidetur maxime concludere,quia igno-
rantia huiuſmodi non eſt probabilis,cum attenta-
30 uerit†factum damnatum,l.uulgaris,§. ſi quis, ff.de
furt.l.ſcientiam,§.qui cum aliter,ff.ad l.Aquil. & de
buerat ante cogitare,iuxta id,quod ſignanter conſi
derat Sum.Pont.in c,ul.de homicid.in 6.aliàs enim
daretur cauſa committendi confidentias,& deludẽ
di præfatas conſtitutiones,& ideo prædicta uia non
erit aperienda.& ad contraria poſſumus de facili re
reſpondere.Et primo ad doctrinam Io.And.quę lo
quitur de ignorantia probabili, ut poteſt uideri. &
in caſu noſtro nequaquam poterit dici.ita Dec.in d.
c.2.nu.35.ſed potius craſſa,Gl.in l.municipali,ff.de
decret.ab ord.faciẽ.Abb.conſ.35.in fi.lib.1. Dec.in
cap.ad hæc enim,33.de poſtul.præl.Nec obſtat do
ctrina Ant.de Butrio.nam,ultra quod non eſt rece
pta,contrarium eſt uerius,ut dicit Dec. dic. cap.2.
nume.35.

Nec obſtat quod dicitur de decreto irritanti, cũ
illa concluſio non procedat in factis damnatis, & il
licitis.Minus obſtant c.ſi quis cum matre, & cap.ſi
quis cum duabus, allegati a Feli.quia illa iura nihil
dicunt de ignorantia.quod animaduertit Dec.d.ca.
2.num.35.uerſ.moderni.Nec etiam obſtat,quod di
ctũ fuit, quod ratione pœnæ ignorantia excuſat a
Conſtitutione,quæ trahitur ad præterita. nam tũc
ignoranta eſt multum probabilis,cum nihil potue-
rit imputari.Nec etiam obſtat defectus conſenſus,
ut non poſſit obligari.nam,ex quo dat operam rei
illicitæ reputatur conſentire,etiam in eo, quod ſeq
tur præter eius intentionem.Doct.in c.ult.de homi
cid.lib.6.

Nec pręterea excuſantur dicti ignorantes, cum
ſint in lata culpa,a peccato mortali, ut uidetur con
31 cludere†Nauar.conſ.50.num.4.de ſent. excom. ubi
uult, ignorantem excuſari ab excommunicatione
non autem a peccato.Idem Nauar. in Man. ca.23.
32 nu.45.cum ſeq.cum †tranſgreſſio legis humanæ ob
liget ad id,Caiet.2.2,q.186.art.9.col.4. Henr.Bot.
de



de Synod.par.3.art.1.num.270.
33 In foro autem conſcientiæ† credimus ignorantẽ
excuſari a pęnis ut conſuluit Nauar. de extrauag.
Greg.xiij.de datis,& promiſſ.conſ.51.de ſent.excõ.
Idem Man.c.27.nu.264.cum ſeq.

Circa ſecundum caput de recipientibus beneficia
in confidentiam commiſſam ab alio eis ignoranti-
bus,quod poteſt primo exemplificari, quando be-
neficia aſſeruabantur pro quibuſdam incapacibus
quibus effectis habilibus,fuerunt eis dicta beneficia
reſignata ab his,qui habuerant in confidentiam.Se
cundo quando pater,frater uel alius conſanguineus
commiſit confidentiam,procurando vt beneficium
conferatur ei,aut reſignetur, promittendo fructus,
uel diſpoſitionem beneficii,quãdo reſignans uolue-
rit,faciendi ſunt tres caſus.Primus,an hi ignorantes
ligentur pœna annullationis actus,ut reſignatio,uel
34 collatio†ſit nulla,& in hoc*recepta, & practicata*
** ſententia eſt affirmatiua,actum fuiſſe, & eſſe nullũ
primo ex decreto irritanti poſito in dictis conſtitu
tionibus quod ligat etiam penitus ignorantes, quo
ad nullitatem actus,Caſſad.deciſ.3.nu.1.& deci.12.
ſuper reg.Cancel.Card.in Clem.1.in 18.q.& Barb.
* nu.25.& omnes*alii,vt ſupra dixi.

Secundo,ex Conſtitutione Pii V.in §.multi, ubi
conſideratur huiuſmodi caſus,& dicit eſſe reſigna-
tionem confidentialem etiã ex ſola dimittẽtis intẽ
tione,quam præſupponimus hoc caſu.

Tertio,quia,poſtquam prædictæ Conſtitutiones
dixerunt confidentiam eſſe accipere beneficia, illa-
que aſſeruare pro inhabilibus, uel aliis ut patet in
Conſtitutione Pii iiij.in §.interdum,& in Conſtitu
tione Pij V.in §.pleriſque, in odium delicti annul-
lant quaſcunque collationes,& diſpoſitiones de di-
ctis beneficiis,cum interuentu confidentiæ,& volũt
eſſe nullas,& inualidas,nulliuſque roboris, vel mo-
menti,nec cuiquam ſuffragari,& loquuntur per uer
ba futuri temporis, ideo ex reſignatione nihil po-
tuerunt acquirere.

Quarto,comprobatur,quia illi confidentiarii,a q
bus beneficia habuerunt,vel per collationem,ob di
ctum crimen erant priuati collatione, uel per reſi-
gnationem, & etiam erant priuati ipſo iure ob hoc.
* & communis*eſt concluſio,priuatum ipſo iure non
35 poſſe reſignare,& reſignando†nihil transferre,ut la
te ſcripſi,de reſignat.benef.lib.3.qu.1.& in odium
36 criminis ad quoſcumque tranſit res,tranſit cum†ui-
tio,Abb.in ca.ex inſinuatione,nu.6.de Simon.& iõ
* alias fuit reſolutum in Simonia,in* vna,Firmana Pa
rochialium,10.Decembris 1538.coram Aquen.qđ
ſi reſignans habuit pecuniam pro reſignatione,quã
uis id ignorauerit reſignatarius, quod nihilominus
37 ipſe reſignatarius†non acquirat, nec etiam titulum
coloratum,& ideo,ſi ſpolietur,non erit reſtituẽdus
vt atteſtatur Sar.de trien.q. 12.col.5.ex dictis Inn.
c.cum uniuerſorum,de rerum permut.Rot. deciſ.7.
de renunc.in antiq.ad quod etiam, vide Doct. Inn.
Card.Butr.Abb.& alios,in c.niſi cum pridem,de re
nunc.Redoan.de Sim.par.4.ca.12.Rebuff.de pacif.
poſſ.n.441. ubi quærunt,an habens beneficiũ per ſi
moniam commiſſam ab alio habeat titulum colo-
ratum,& gaudeat regu.de triennali: & concludunt
38 †affirmatiue.quod ego in confidentiario ignoran-
ter non admitterem,ſed tenerem contrarium, cum
per dictas Conſtitutiones,inducẽdo ut ſupra ſit pri
39 uatus†ipſo iure.Collect. in quibus, colu. 1. de pœn.
Ab.& alii in c.accepta,de reſt,ſpol.Fel.in c.1.co.13.

40 de conſt.& priuatus ipſo iure nullum habet † titulũ
* vt eſt communis,*vt late probaui de reſig. benef.d.
41 q.1.lib.3.num.54.55.cum ſeq.& non† reſtituatur ſi
fuerit ſpoliatus,Rot.deciſ.3.de reſti. ſpolia.in noui.
Rip.in l.naturaliter,§.nihil commune, nu.92. ff.de
acq.poſſ.Moedan.deciſ.15.cum aliis citatis per Me
noch.de recup.poſſ.rem.primo,num.330. Et huiuſ
modi actus erit nullus ipſo iure,vt colligitur ex prę
fatis Conſtitutionibus Pij iiij.& Pij v.ita collatio,p̄
42 ſentatio,uel reſignatio†per Simoniam etiam igno-
ranter eſt nulla ipſo iure.Abb.in c.pe.col.1. de elec.
Sarn.de trien.q.12.Couar.reg.peccatum, §.8.nu.7.
2.par,quamuis Nauar.conſ.60.nu.5.teneat contra-
rium ex pluribus argumentis.

Secundus caſus,an hi ignorantes ligentur ſenten
43 tia excommunicationis impoſita per dictas†Conſti
tutiones.Negatiue dicendum erit,ex his, quæ tradit
Nauar.in Man.c.27.num.274.cum ſeq.& conſ.42.
47.52.& 54.de ſent.excom.& dixi ſupra. nam hoc
* non habet dubium,& Doct.communiter* concor-
dant,&c.& in Simoniaco hoc expreſſe tenet Naua.
conſ.60.num.2.uerſ.pro contraria,de Simon.

Tertius caſus,an recipientes benef.per confiden-
tiam commiſſam ab alio eis ignorantibus, ligentur
aliis pœnis poſitis in dictis Conſtitutionibus, ſcili-
44 cet†priuatione obtentorum,& obtinendorum. Et
** exiſtimo negatiuam opinionem eſſe ueriorem,&**
receptiorem,& colligitur ex Nauar.conſ.65.66.nu.
3.nu.1.& conſ.8.de Simon.Et primo,facit, quia eſ-
ſet cõtra ius naturale,ac diuinum,ut quis ex delicto
45 commiſſo ab†alio,eo ignorante puniatur obtentis
& obtinendis,vt late probat Nauar. in c.fraternitas
12.q.2.Secundo,quia Conſtitutiones Pontificiæ, q̃
obligant poſt tempus ibi præfixum,& poſt promul
gationem,minime obligant ignorantes,ut defendit
Nauar.in Man.c.23.nu.44.& diximus ſupra. Ergo.

Tertio quia decretum irritans non ligat ignoran
tes reſpectu pęnæ impoſitæ in illa lege. Gem.in c.ſi
* Apoſtolica,col.pen.de præb.in 6.communis*opin.
ut per Gabr.de Clauſ. concl.3.nu.8.

Quarto,comprobatur ex eo,quod ſtatuitur in Si-
monia reali,quæ quantum ad priuationem ipſo iu-
47 re & priuationem obtentorum,& obtinendorum,†
a pari procedit cum confidentia.Extrauag. cum de
teſtabile,de Sim.Caſſad.deciſ.5.de conſt.& deciſ.1.
47 de Sim.nam ſimoniace†prouiſus,ſeu promotus, eo
tamen ignorante eſt inhabilis ad illud beneficium,
& ſuſpenſus quoad illum ordinem, ſuper quo inter
uenit Simonia eo ignorante,non aũt priuatur obtẽ
tis,& obtinendis,neq; ſuſpẽditur ab aliis ordinib.ri
te receptis,Inn.in c.de Sim.in prĩcipio de Sim.& ibi
Hoſt.in uerſi.in aliis.autẽ ordinibus,Io.Andr.in uer
ſicu.in aliis,Anch.ſub num.2.But.uer.in aliis, Abb.
ſub nu.7.Fel.ſub n.4.uerſ.alia aũt.Idẽ Abb. in c.per
tuas.el ſecundo,nu.6.eo,tit.Redoan.in tract. de Si-
mon.par.4.c.16.a nu.11.uſque ad finem, & commu
* niter*alii omnes idem uolunt.

Nec contrarium uoluit Pius V.in dicta Conſtitu
tione, dum conſiderat confidentiam pro naſcitu-
ris,& inhabilibus.nam uerba, & mens eo tendunt,
ut recipientes pro inhabilibus beneficia in confi-
dentiam priuentur omnibus ſuis beneficiis & inha
biles ſint ad alia obtinenda quia dicuntur confi-
dentiarii, non uero quod incapaces ſunt ignoran-
tes dictam confidentiam ſint inhabiles ad obtinen
da alia beneficia,nam id eſſet contra iuris diuini,&
naturalis rationem,ac cõtra omnia iura. & cum hic
caſus

caſus eueniſſet,ita vidi conſultum per excellentiſſi-
mos I.V.D.plurium Ciuitatum Italiæ,& Hiſpanię,
ut hoc annumeretur inter alia priuilegia ignorantię
48 facti,quæ etiam tribuit†iuſtam cauſam reſtitutionis
in integrum.Bar.in l.1.§.ſi quis,ff.de itin.act. priua.
Fulgoſ.in l.ſi ſic,ff.quemadmodum ſeru. amittatur.
Alex.conſ.169.nu.10.lib.2.Loffred.conſ.16.nu.10.
Cum.conſ.147.nu.4.Barbat.conſ.9.nu.3.& 4.lib.1.
Goz.conſ.56.nu.10.communis ut atteſtantur Alex.
conſ.51.nu.10.lib.5.& conſ.77.num.6.lib.6. Grat.
conſ.91.nu.53.lib.1.Ruin.conſ.26.nu.19.& 32.lib.
2.Et alia ratio viget in beneficio,ſuper quo cõmiſſa
fuit confidentia,vt illo priuetur,quamuis eo ignorã
49 te id factum fuerit,cum vitium ſequitur†rem.Abb.
in c.ex inſinuatione,nu.6.de Sim.& alia in aliis, in
quibus nullum vitium conſideratur.

Quartus caſus examinandus,an hi recipiẽtes igno
ranter beneficia per confidentiam ignoranter
commiſſam ab alio, teneantur reſtituere fructus
perceptos ex illis beneficijs? Omiſſis, quæ poſſent
50 adduci, affirmatiua opinio eſt verior,†quam in ac-
cipiente beneficium per Simoniam commiſſam ab
alio eo ignorante tenet D.Thom.2.2.q. 100. art.6.
ad tertium,& alii relati in primo caſu huius ſecundi
capitis.& illam deduco,tum ex verbis dictæ Con-
ſtitutionis Pij V.in §.Sed nec quiſquam, ibi, nec nõ
fructibus,intelligendo,vt referatur ad nullitatem a
ctus,quæ nullitas habet locum non obſtante huiuſ-
modi ignorantia,tum etiã ex ratione,quia, cum ſit
priuatus eo beneficio ipſo iure,ut ſupra in dicto pri
51 mo caſu comprobaui,non poteſt fructus†ſuos face-
re,ut per Caputaq.deciſ.111.par.2. late per Tiraq.
in l.ſi unquam,in verbo reuocatur,nu.446.C. de re-
uoc.don.Nec obſtat, quod in Simonia contrarium
voluerit Nauar.conſ.60.nu.5.uerſ.3. quod auctori-
tas,de Sim.Nam idẽ Nau.conſ.61.nu.7.eo.titu. vide
tur recedere ab eo,quod antea ſcripſerit.

Sed dubium eſt,quid debeant facere huiuſmodi
recipientes beneficia per confidentiam commiſſam
ab aliis eis ignorantibus,cum habuerint ſcientiã de
* hoc? omnes*Docto.uolunt ſuperueniente ſcientia†
52 debere ſtatim dimittere illa beneficia, D. Thom.2.
2.q.100.art.6.ad 3.Abb.in c.pe.in 1.& 2.not.per il-
lum text.de elect.& in cap.nobis,1.not.de Iur. pa-
tron.Prępoſit.in cap.quocumque,num.1.1.quæſt.5.
cum alijs,ut per Sarn.d.q.12.de trien.num.8.ubi re-
* fert hãc cõcluſionẽ approbaſſe*Rotã in vna Meſſa
neñ.Capell.de menſe Maij 1566. corã Vortio, Na
uar.conſ.11.nu.1.& conſ.15.num.6.& conſi.21.nu
mer.5.& conſi.60.nu.3.& 61.num.1.& 65.nu.2.&
* conſ.73.in titu.de Sim.&*communiter alij omnes
53 id volũt,& regulare eſt,ut priuati†ipſo iure teneãtur
dimittere beneficium. Abb.in cap. extirpandæ,§.
uero,col.8.uerſ.ex his,de præben. Ruin.in conſi.4.
nume.11.lib.5.communis opin.teſte Alphon. Ho-
ied.de incompat.benef.part.1.cap.13.num.61. dixi
de reſignat.benef.lib.3.quæſt.1.nu.58.quod ſubtili
ter poteſt deduci ex dicta Conſtitutione Pij V.§.
Sed ne quiſquam,ibi,intercedente hoc confidentię
vitio receperunt,ac retinent,niſi ſtatim ad ſe reuerſi
& reſipiſcentes celeri dimiſſione ſibi proſpexerint,
&c. inſpecta enim ratione horum verborum, col-
ligitur , quod ignorantes poſt habitam ſcien-
tiam confidentiæ commiſſæ in beneficio quod obti
nent, debent prouidere cum celeri dimiſſione illius
beneficii,ne incipiant ligari illis pœnis, ut in termi-
nis voluit Nauar.in Sum.c.23.ſub nu.100. in fi.uer.

noto 10.Hinc eſt,quod in delicts ſuperueniens ſciẽ
54 tia ſufficit†ad incurſum pœnæ,niſi ſtatim delictum
illud purgetur.l.ſed & ſi lege,§.de eo autem,ff.de pe
tit.hæred.Anch.in c.ſi beneficia,num.2. uerſ. 30.3.
not.de præb.in 6.Rom.conſ.329.nu.5.Sal. in l.qui
contra,ſub nume.1.C.de inceſt.nupt.& in l.1.C.de
falſ.monet.Bellam.deciſ.555.Crau. conſi. 237.col.
pen.& in terminis de Simonia videtur tex. cum ibi
not.in c.ex inſinuatione,de Sim.vbi Gl. Abb. num.
7.& alii.

Rurſus dubium eſt,de quo ſępius fui interrogatus
an cum hoc recipiente beneficium per confidentiã
commiſſam ab alio eo ignorante poſſit epiſcopus
55 diſpenſare.Pro affirmatiua†ponderatur tex.in c.pe.
de elect.ubi inquit Gregorius IX. quod reprobata
electione propter ſimoniam cõmiſſam electo igno
rante,& ratum non habente,Epiſcopus cum eo ſu-
per prælatione,ad quam fuerat electus,illa uice non
poteſt diſpẽſare:ſubdit,quamuis circa eum,qui igno
ranter recepit ſimplex beneficium per Simoniacam
prauitatem,poſt liberam reſignationem Epiſcopi
diſpenſatio toleretur, & ibi Glo.communiter rece-
pta in uerbo illa vice,Epiſcopum in tali Simonia nõ
poſſe diſpenſare in dignitatibus,poſſe autem in ſim
plicibus beneficiis.Abb.Ant.de Butr.Zabar. Imol.
& alii omnes Card.Alex.in c.1.nu.11.1.q.5. Inn.in
c.nobis,de Sim.& in facti contingentia reſpondit
Nauar.conſ.61.nu.5.de Simon.

56 Secundo comprobatur, quia Epiſcopus poteſt†
in omnibus criminibus diſpenſare, niſi contrarium
reperiretur expreſſum,& tenuerunt Collect. Tan-
cred.Goffre.Hoſt.Inn.Io.Andreas,& Io.de Ligna
no in c.at ſi clerici,§.de adulteriis,& ibi refert Abb.
nu.4.de Iud.Arch.in c.licet canon,de elect.lib.6.&
** eſt**magis communis opinio,ut atteſtatur Glo.in
d.§.de de adulteriis,& in c.minor,diſt.50. cum latiſ
57 ſima ſit†poteſtas epiſcoporum,c.1.de off. ord.lib.6.

Sed mihi contraria ſententia probatur ut tali ca-
ſu epiſcopus non poſſit diſpenſare,& moueor ex eo
quod Pius V. circa huiuſmodi cauſas tollit iuriſdi-
ctionem Ordinariis,ut dicam ſuo loco, & imponit
pœnam ipſo iure, ac ſibi reſeruauit abſolutionem
ab excommunicatione, ex ipſo expreſſe colligitur,
58 Epiſcopum†non poſſe amplius ſe intromittere, ut
colligitur ex dictis per Io.Andr.in cap.1. de ſuppl.
præl.negl.& ibi Gem.in 4.col. Card.in clem.2. de
* uita & honeſtat.cler. & * communis eſt concluſio,
59 ut Epiſcopus non poſſit diſpenſare,†ubi Canon im
ponit pęnam ipſo iure.Arch.in cap.licet canon, de
elect.lib.6.Sequitur Fel.in d.cap.at ſi clerici,§.de ad
60 ulterijs,n.4.de iud.ubi dicit,†quod, ſicut Epiſcopus
non poteſt diſpenſare poſt ſentẽtiam a ſe latam ſu-
per pœna,cap.idoneo,2.quæſt.7.l.diui fratres, ff.de
pœn.Ita fortiori ratione,cum lex imponit pœnam
ipſo iure quia tunc trahit ſecum executionem,ut nõ
61 admittatur †purgatio Canonica,etiam ubi alias ad
mitteretur,Gl.in Clem.ne in agro,§.primo, in uer-
bo ipſo facto,de ſtat.monach.quam allegat Bal.in
auth.habita,C.ne fil.pro patr.ex quo argumẽto po
teſt tolli,quod in contrarium allegabatur, d.c. pen.
de elect.libr.6.

Non obſtat ſecundum,quia multi Doct.dant regu
lam negatiuam,ut Epiſcopus non poſſit diſpenſare
62 niſi†in caſibus a iure expreſſis,ut per Abb.d.§.de ad
ulterijs,num.4.& ibi late hanc opinionem compro-
baui,& eſto,quod id ſit uerum,non habebit locum
in caſu noſtro,cum videatur Pius V.eis tollere hanc
poteſta-



poteſtatem per dictam Conſtitutionem.

Quæro,iuxta terminos quęſtionis præcedentis,
Pater commiſit confidentiam,vt beneficium aſſer-
uaretur pro filio tunc minori,vel alias detur filio ei-
dem,an ſequuta poſtea renunciatione in fauorẽ ip-
ſius filij effecti maioris,facta ab eo,qui recepit,ut aſ
ſeruaret,pręſumatur ſcientia ipſius filij ad effectũ,
ut poſſit puniri in foro exteriori,vt confidentiarius
uerus,& priuari etiam obtentis,& declarari inhabi-
lis ad obtinenda alia:vel ignorantia,vt priuetur dũ-
taxat eo beneficio,ſuper quo commiſſa fuit huiuſ-
modi confidentia.

Quod præſumatur ſcientia,primo facit,quia ſciẽ
63 tia†probatur coniecturis,Abbas conſ.81.in fin.lib.
1.Bald.conſi.392.num.1.lib.1.Alex.conſi.187.nu.
3.lib.2.Corn.conſi.85.num.12.lib.3.Riminal. ſen.
conſi.461.num.5.lib.3.Card.Pariſ.conſi.91.nu.47.
uol.2.& conſ.57.nu.15.cum ſeq.vol.4.Crau.conſil.
193.num.6.Natt.conſi.231.num.1.& 2.lib.1.Pan-
cirol.conſi.130.num.9.But.deciſ.121.li.2.Borg.de
ciſ.36.num.27.communis opinio teſte Soc.iun.con
ſi.116.nu.42.uol.1.& hic plures extant coniecturę,
ex quibus colligitur huiuſmodi ſcientia filij, prima
coniunctio maxima ſanguinis omnes alias ſuperãs
64 †inter patrem,& filium,ca.contradicimus,§.aucto-
ritate,35.q.3.Glo.in cap.ſuper eo,el ſecundo, de te
ſtibus.Tiraq.in tract.de iure primogen.q.40. num.
* 29.& communiter*eſt receptum ratione ſanguinis
præſumi ſcientiam.l.octaui,C.unde cognati,l.ſi vi-
cinis,C.de nupt.l.conſenſu,§ſupra plagijs, C.de re-
pud.Anch.conſi.170.colum.ult.Bald.conſi.295.co
lum.1.lib.2.Crauet.conſil.26.num.3. Corn.conſil.
85.num.12.lib.3.

Secunda cohabitatio patris & filij,in eadem do-
65 mo,ex qua cohabitatione omnes uolunt †præſumẽ
dam ſcientiam.Bald.in l.quicumque,num.2. ff.loc.
& conſi.392.col.2.lib.1.Abb.conſi.19.li.2.Are.cõ-
ſi.290.col.4.Anchã.d.conſi.170.col.ult.Bellam.cõ
ſi.46.nu.17.late Decia.conſi.10.num.85.86.cũ ſe-
quen.lib.1.& conſi.24.nu.46.eo.li.1.latiſſime Bec-
cius conſi.47.nu.24.cum ſeq.Ruin.conſi.50.nu.17.
lib.1.Rolan.a Vall.conſi.52.nu.13.li.1.& conſ.90.
66 nu.25.lib.2.nam ſi† vicinus præſumitur ſcire facta
vicini,Ale.conſi.23.col.2.li.5.Soc.ſen.reg.220.fall.
6.Crau.de antiq.temp.par.4.§.materia,num. 62.&
* conſi.148.num.5.&* communiter alij omnes,ergo
eo magis cohabitantes,qui cum præſumantur ha-
67 bere notitiam facti,præſumuntur etiã habere†ſcien
tiam ipſius rei,& qualitatum.Iaſ.in l.qui Romæ.§.
duo fratres,nu.108.ff.de uerb.obli.Ruin. conſi.14.
num.6.lib.3.Pariſ.conſi.52.num.21. uol. 4. Coraſ.
in l.admonendi,num.100.ff.de iureiuran.& ſcien-
68 tia†vnius partis negocii arguit ſciẽtiam totius.l.nõ
eſt ferendus,ubi Bart.ff. de tranſact.Abb.conſ.18.
nu.3.Soc.ſen.reg.176.Sfort.Odd.de reſtit.in integ.
q.8.num.70.Tertia ex eo , quod communiter acci-
69 dit:nam,quod facit Pater,ſolet†communicare filio.
Soc.ſen.conſi.31.incip.proſequendo,in 4.col. uerſ.
unde quamuis pater,uol.1.Barba.conſ. 10.col. 1.li.
2.cum alijs,vt per Fel.in c.1.col.2.de Magiſt.Alc.
in l.in ſuis,n.10.ff.de lib.& poſth.nam in ſimili, ab
* eo,quod poteſt*communiter fieri, prę ſumitur ſciẽ
70 tia ſcripturæ,†probato quod fuerit penes illũ.l.non
eſt ferendus,ff.de tranſa.Dec.conſi.328.col.3.Car.
Pariſ.conſi.100.nu.87.uol.1.Crau.conſi.193.nu.7.
Quarta,& vltima erit coniectura,quia,ſi filius præ-
ſumitur ſcire negocia patris,& in particulare teſta-

mentum paternum,preſuppoſito quod fuerit domi
71 tempore quo fuit†conditum,Bal.conſi.392.nu.5.li.
1.& conſi.296.lib.2.Abb.conſi.19.col.2.lib.2.Pau.
de Caſtr.conſi.94.col.2.lib.2.Aret.conſi.15.ad fin.
ita & eius rei,quæ tendit ad eius utilitatem,ut uidẽ-
tur fere dicere in propoſito noſtro,Roman. conſil.
290.Soc.ſen.conſi.264.nu.9.li.2.Dec.conſi.136.n.
12.Roland.a Vall.conſi.52.li.1.Maſcar.de probat.
conclu.1293.nu.18.& hæ coniecturæ uidentur ma
gis concludere,quam ſi hoc conſtaret per teſtes ſin
72 gulares,qui id†probarent.Butr.deciſ.121.libr. 2.&
plus quam ſi conſtaret per famam,quæ etiam ſuffi-
ceret,cap.ult.di.16.Iaſ.in l.is põt,num.73. ff.de ac-
quir.poſſ.Alex.conſi.177.num.8.lib.2.Pariſ.conſi.
72.num.26.uol.2.Cephal.conſi.314.num.28.lib.3.
* & * omnes alij.

His tamen non obſtantibus, contrariam opinio
73 nem in facti contingentia firmaui,vt nõ†præſuma-
tur ſcientia filij in confidentia commiſſa per patrẽ.
* Primo ex regula vulgari,& communi.*vt ignorã
74 tia ſemper præſumi debeat,donec†contrarium non
probatur.l.ſi tutor petitus,ubi not. Bal.C.de peric.
tut.c.præſumitur,de reg.iur.in 6.l.uerius, & ibi Gl.
ff.de probat.Bar.in l.is poteſt,num.18.ff. de acqui.
hæred.Roma.conſi.54.poſt nu.3.Soc.ſen.reg.175.
Pariſ.conſi.65.in fi.uol.3.Rot.deciſ.6.de iure patr.
in nouiſ.Bellamer.deciſ.562. eoque maxime in ca-
75 ſu quęſtionis noſtræ,vt delictum†excludatur,arg.l.
merito,ff.pro ſoc.late Marſi.conſi.2.col.1.Crauet.
conſi.18.col.ult.Alciat.de præſumpt.3.regul. præ-
76 ſumpt.prima,cum quiſque†præſumatur bonus, ca.
unico,de ſcrutin.in ordinat.fac.Barbat.conſi. 77.in
princ.lib.4.Socin.ſen.conſi.82.in princ.lib.2.Et iõ
regulare eſt,ut factum,quod poteſt trahi ad bonũ,
77 †& malum,ad illicitum,& licitum,trahatur,& inter
pretetur bonum,& licitum.Alex.conſi.125.col.4.
in fine lib.4.Soc.iun.conſi.83.col.1.lib.2.Io.Andr.
* in c.nauiganti,de vſur.* communis opinio, ut late
per Gabr.de maleſ.concluſ.2.col.1.& ſeq. Cephal.
conſi.75.nu.7.lib.1.& hoc in materia ſimonię ſcri-
bit Ferret.conſi.375.lib.2.& in materia confidentię
Caputaq.deciſ.202.num.5.par.1.quapropter debe
mus præſumere pro non delicto,quod ſcilicet igno
rauerit.

Secundo,quia non ſufficit pręſumpta ſcientia(de
78 qua in quæſtione noſtra)cum agitur de†pœna infe
renda.Rot.deciſ.21.de dol.& contuma.in antiqu.
Felin.in cap.quoniam frequenter §.porro.column.
antepenu.ut lit.non conteſt.Ruin.conſil.66.num.
18.lib.3.Ripa reſpon.17.num.6.uſque ad fin.titul.
de reſcr.Sarn.de ann.q.48.in fine. Creſcent. deciſi.
193.in manuſcriptis.Cephal.conſi.720.num.17.li.
* 5.Caſſad.deciſ.2.nnm.4.de pœn.& communiter *
alij Doct.Ergo cum Conſtitutiones Pij IIII. & Pij
V.imponant pœnas grauiſſimas,concludendũ eſt,
huiuſmodi ſcientiam non ſuffragari ad prædictum
effectum.

79 Tertio,quia neq; ſufficit ſcientia†pręſumpta, cũ
agitur de alterius prçiudicio,& poſt alios late dedu
cit Sim.de Præt.conſi.199.nu.36.Ber.conſi.68. nu.
86.li.1.Bal.in c.cum contingat,nu.6.de reſcr.Butr.
deciſ.149.li.1.Pariſ.conſ.23.nu.24.uol.1.Crau.con
ſi.193.nu.8.Caſſad.deciſ.2.nu.4.de pœn.But.deciſ.
6.de publ.in manuſcriptis,Moedan. deciſ. 160. &
196.etiam in manuſcriptis.

Ideo ſcribit Natt.conſi.162.num.4. in fin.quod
conſanguineus,& vicinus nõ pręſumitur ſcire facta

80 †conſanguinei,& vicini in præiudicialibus, ſcilicet
in ſucceſſionibus in ius alterius.nam tunc ceſſat, qđ
dicit Bald.per illum tex.in l.de tutela.C. de in inte
grum reſtit.Balb.de præſcrip.par.4.q.29. nume. 8.
Beninten.deciſ.69.num.5.& deciſ.21.numer.7. At
hic agitur de magno præiudicio alterius.Ergo.
Quarto,quia neque habet locum præſumpta ſcië
81 tia in actibus,qui ſolent fieri clam† Abba.conſi. 25.
numero 15.ſicuti neque in actibus momentaneis.
Caſtr.in l.prima.nume.21.ff.ſi cert.petat. neque in
82 actibus factis tempore,quo†quis erat infans.Ceph.
conſil.720.num.4.
Ex quibus patet reſponſum ad allegata in contrarium.
Quinto,ex dicto Nauar.conſi.65.num.3.uerſi.4.
de ſimon.ubi negat ſcientiam filij in hac materia ſi
moniæ ex facto patris,ſcilicet ſolutione cuiuſdam
tritici.nec obſtat conſtitutio Pij V.cum,non proba
ta ſcientia,ſimus extra caſum dictæ conſtitutionis.
Et eo magis procederet hæc concluſio,ſi conſta
ret de bona fama,& vita filij,& ſi probarentur ali-
quæ aliȩ circumſtantiȩ.Et actor admittitur ad pro-
bandum huiuſmodi ſcientiam,quæ,cum hic tracte
83 tur de inferenda†pœna,eſſet probanda plene. Ce-
phal.d.conſil.720.col.2.cum omnibus qualitatib.
gloſſ.in cap.concertatione de appellationibus in 6.
Alex.conſi.114.num.4.lib.1.Aret.conſil. 68.num.
2.in fin.Bald.conſil.41.num.5.lib.1.Ruin.conſil.1.
per totum.& prȩcipue in 4.lib.5. Natt. conſil.456.
num.18.lib.2.
Inficiari tamen minime poteſt,ex hoc filium eſ-
ſe valde indiciatum.In foro conſcientiȩ autem in-
ſpicienda veritas,ad effectum,ut excuſetur,uel ne,
& pariter ad ffectum excommunicationis.

*S V M M A R I V M.*

1 *Mediator ſimoniæ eſt ſimoniacus.*
2 *Mediator delicti dicitur delictum committere.*
3 *Statutum de committente delictum comprehendit mediatorem.*
4 *Mediator in contractibus vſurarijs tenetur ad reſtitutionem.*
5 *Agentes,& conſentientes pari pœna puniuntur.*
6 *Mediatores pœna infamiæ notantur.*
7 *Mediator confidentię incidit in excommunicationem.*
8 *Mediator, ad hoc, vt quis dicatur, non requiritur munus.*
9 *Mediator confidentiæ committit confidentiam.*
10 *Mediator confidentiæ non priuatur obtentis,& obtinendis.*
11 *Pœna habet locum in caſibus expreſſis.*
12 *Pœna impoſita contra facientem non comprehendit conſentientem.*
13 *Pęna contra dantem licentiam malefaciendi non extenditur ad vtentem illa.*
14 *Pœna contra contrahentem non comprehendit conſulentem.*
15 *Dans interceſſori,vt procuret ſibi beneficium, quomodo puniatur.*
16 *Excommunicantur dantes aliquid pro gratia.*
17 *Auaritia eſt prohibita omni lege.*

## QVAESTIO XXII.

Qua pęna puniatur Mediator ſimoniæ,& confidẽtię.

VIgeſimoſecundo, Quæro, an Mediator confi-
dentiæ includatur ſub pœnis appoſitis per
Pium Quartum,& Pium Quintum in eorum Con-
ſtitutionibus contra Confidentiarios? Duo ca-
pita cenſeo eſſe conſtituenda. Quorum primum
erit circa excommunicationem.Secundum circa in-
habilitatem in beneficijs obtentis,& obtinendis.
Quo ad primum omiſſis ſuperfluis,concluſiue pro
cedendo,concludo,mediatorem confidentiæ inci-
dere in excommunicationem,idque ex eo,quia me-
1 diatores ſimonię ſunt†ſimoniaci,& in excommuni
cationem incurrunt.cap.ſi quis Epiſcopus, 1. quæ-
ſtio.prima.ubi imponit pœnam aduerſus Epiſco-
pos ordinantes per pecuniam, ſubdit, ſi quis uero
mediator tam turpibus,& nefandis datis, uel acce-
ptis extiterit,& ipſe ſiquidem Clericus fuerit, pro-
prio gradu decidat,ſi uero laicus, aut monachus a-
nathematizetur.& ibi gloſſ.& alij cap.vltim.prima
quæſt.tertia.extrauag.2.Pauli 2. incip. Cum dete-
ſtabile,in titu.de ſimon.in extrauang. commun.in
§.ſtatuentes prȩterea,quod uniuerſi, & ſinguli etiã
præmiſſis dignitatibus præditi, qui quomodolibet
dando,ue recipiendo ſimoniam commiſerint, aut
quod illa fiat,mediatores extiterint,ſeu procurauе-
rint, ſententiam excommunicationis incurrant, a
qua niſi a Romano Pontifice pro tempore exiſten-
te non poſſint abſolui,præterquam in mortis arti-
culo conſtituti.Et hoc expreſſe volunt Ioann. Ca-
rafa.de ſimon.numero 96.Redoan. de ſimon. par.
4.cap.10.numero 37.cum ſequent.Nauar. in Man.
cap.23.ſub numero 106.uerſicu.ad quintum.Idem
Nauarr.conſil.59.titu.de ſimon. Et ratio eſt, quia
2 mediator criminis dicitur ipſum delictum†commit
tere,cap.mediatores,& ibi Geminian.Franc. & alij
in principio de teſtibus,libr.6.inducentes ad ſtatu-
3 tum de committente delictum,vt † includatur me-
diator,ad not.in cap.primo.de off.delega. cap.ſicut
dignum,de homic.cap.nuper, & cap. quantæ præ-
ſumptionis,de ſenten.excommu.Beneuen. in tract.
de proxenetis,par.3.numer.36. & ideo proxeneta,
ſeu mediator in contractibus vſurariis poteſt dici
4 vſurarius,& mortaliter peccat,†ac in ſubſidium te-
netur ad reſtitutionem,Gloſſ.in le.ſciente,ff.de par
rici.Bar.in l.1.§.incidit.ff.ad Turp.Franc.dic.c.me
diatores,ſub n.2.in princ.col.2.D.Ant.in Sum.p.2.
tit.de uſur.n. 15. & ſeq. & p.3.cap.6. nu.8.Caie.in
Summa verbo uſura mentalis, Rom. ſingular.385.
Marſil.ſingu.181.Ioann.Bapt.Lup.de uſur.in com
5 ment.3.in primo not.numero 26.& tritum eſt, †vt
agentes,& conſentientes pari pœna puniantur. ca-
pitu.notum,2.quæſt.1.cap.facientes,diſtinctio.86.
cap.primo.de off.delega.vbi gloſſ. in verbo pari,
* Dec.& communiter*alij omnes. Hinc iſti media-
6 tores pœna†infamiæ notantur,cap. ſi quis præben-
das,prima quæſt. tertia. vbi gloſſ.dicit,huiuſmodi
pœnam eſſe perpetuam, & gloſſ.in capitul.ſi quis
Epiſcopus,uerbo mediator,prima,quæſtio. prima.
& ob id non recipiuntur ad teſtimonium. capitul.
veniens,de teſtibus.cap.primo eod.titu.libr. 6.ubi
excipiuntur caſus.Redoan.in eod. tract.de ſimon.
par.2.cap. 26. numero 21. Qua ergo ratione me-
diatores ſimoniæ incidũt in excommunicationem,
eadem etiam mediatores confidentiæ debent inci-
7 dere†in huiuſmodi excommunicationem,arg.le.il-
lud.ff.ad l.Aquil.l.a Titio,ff.de uerb. oblig. Et no-
tandum eſt,quod, ad hoc,ut quis dicatur mediator
8 †ſimoniæ,ſeu cõfidentiæ,non requiritur,quod ipſe





ob eam aliquid percipiat, ſed ſatis eſt,vt mediator
fuerit,ut illa fiat,ut expreſſe probatur in d.extraua.
2.de ſim.& in ſpecie tradit Nauarr.conſi.59.uerſic.
reſpondetur 1.tit.de ſimo.Ex quibus deducitur cõ
9 clu.ſatis aperta, quod mediator confidentiæ com-
mittit confidentiam,& hoc in indiuiduo affirmant
Maiol.de Irregular.lib.5.cap.45.verſi. ſupradictis
omnibus,Maſcard.de probat.concl.1306.num.32.
& incidit in excommunicationem, vt ſupra ex plu-
ribus oſtendi.
Quo ad ſecundum,circa inhabilitatem in bene-
10 ficijs obtentis,& obtinendis,†crederem, mediatorẽ
confidentiæ,non affici hac pœna,quod uidetur ſen
tire Nauarr.conſ.59.uerſic.tertio.tit.de Simo. dum
reſpondit,mediatorem ſimoniæ non incidere in a-
liam pœnam inflictã contra ſimoniacos, quam ex-
communicationis,& expreſſius in uerſ.quarto fine,
dum dicit,non indigere diſpenſatione circa obten-
ta,& obtinenda.Et ratio eſt, quia huiuſmodi pœ-
næ proprie ſunt inflictȩ aduerſus vere confidentia-
rios,dantes,aut recipientes beneficia, in confiden-
tiam,quales non uidentur proprie conſentientes tã
* tum, & conſulentes,& ſic mediatores. Gloſſ.*ſin-
gularis,in clement.prima,de conſang.& affinita. &
regulare eſt,vt pœna habeat locum in caſibus tan-
11 tum expreſſis†leg.pen.ff.de pœniten.cap.pœnæ,de
pœnit.diſt.prima,& non debet extendi de uno ca-
ſu ad alium.Gloſſ.in clem.prima de ſepult.& impo
12 ſita contra†facientem,non comprehendi conſentiẽ
tem,& auxilium dantem.Caiet.in Sum.in uerbo,ex
communicatio.Tabien.in eo.uerbo in 5.caſu.Hinc
13 pœna†contra dantem licentiam malefaciendi, non
extenditur ad vtentem illa.cap.quicunque,de ſentẽ.
excommu.lib.6.& contra contrahentes non com-
14 prehendit†conſulentes.clem.prima.de conſang. &
affin. & lata in ſepelientes excommunicatum non
comprehendit conſulentes.clem.prima de ſepultu.
& ideo in cap.felicis,de pœn.libr.6. in clem. ſi quis
ſuadente,de pœn.& in le.ſi quis id,quod,ff. de iure.
omn.Iud.Et in multis capitulis Bullæ in Cœna Do
mini exprimuntur conſulentes mandantes, vt per
Nauarr. in Manual. cap.27.num.2. cum ſequent.&
ſic ſecundum propriam ſignificationem uerborum
prædictæ Conſtitutionis Pij IIII.& Pij V.non lo-
quuntur quo ad huiuſmodi pœnas de mediatori-
bus,ideo hac pœna non debent affici, & hac ratio-
ne reſpondit Nauarr.dict.conſilio 59.uerſicu.quar-
to.in fin.de Simon.mediatorem Simoniæ non te-
neri pœnis appoſitis per Pium V. in Conſtitutione
quinta. incip.Cum primum,anno primo,in §. & ut
Simoniace,quia attenta propria ſignificatione uer-
borum loquitur de Simoniacis.
Hanc autem concluſionem limitarem non pro-
cedere,quoties mediator confidentiæ de fructibus
beneficijs aliquid perceperit,nam hic caſus ſatis ex
preſſus eſt in dict.Conſtitutione,Pij V. in §. Deni-
que ſi quis pro conceſſione alicui facta, quacunque
auctoritate de beneficio Eccleſiaſtico per ſe, uel a-
lium,ſeu alios interceſſerit,vel alias in negocio cõ-
ceſſionis ſeſe immiſcuerit quoquomodo,deinde ali
quid de fructibus talis beneficij de facto, etiam per
manus poſſeſſoris,ac etiam ſimplicis donationis ti-
tulo perceperit,ſeu de illo poſtmodum ad uolunta-
tem interceſſoris fuerit diſpoſitum quandocunque.
Verba enim ſunt aperta,& clare probant hanc limi
tationem, & in his terminis loquuntur Maiol. &
Maſcard.locis citatis.Et ratio eſt,quia tali caſu non
ſolum eſt mediator,ſed etiam dicitur principaliter
facere,& committere delictum confidentiæ,& ideo
teneri ad reſtitutionem,reſpondit Nauarr. conſilio
30.num.4.de Simon.Et non ſolum mediator Simo
niæ committit eam,& excommunicatur,ſed etiam
dans mediatori,ſeu interceſſori,vt procuret ſibi col
15 lationem†beneficij.Innocen.in cap. tuam, de ætat.
& qualitat.quæ ibi Anton.de Butr. Abba. & Bel-
lam.ſequuntur: idem Innocen.in cap.tanta, de Si-
* mon.& ibi Felin.& communiter* alij dicentes,qđ
paria ſunt dare collatori, & dare tertio, vt moueat
collatorem ad conferendum, niſi daretur illi quod
deceret pro labore,quem ſuſcipit in ſemel, vel fre-
quenter adeundo collatorem, & redeundo ab eo,
vel in compenſationem alicuius intereſſe conſide-
rabilis damni, vel lucri ceſſantis ipſius mediatoris,
vel niſi daret principaliter ad ineundam amicitiam,
ſecundario uero, vt poſtea per illa moueretur ad
monendum collatorem,vt conferat ei,vt notabili-
ter ſcribit Nauarr.in Man.cap.23.ſub nu.106. uerſ.
Ad quintum, vbi excuſat dantes munera familiari
Papæ,principaliter ad ineundam amicitiam cum il-
lo,& ſecundario ut impetret ei a Papa aliquod be-
neficium,cum ſe occaſio obtulerit. Et ideo in pœ-
nam excommunicationis, ac priuationis omnium
16 beneficiorum,†& officiorum,ac infamię incurrunt
dantes,vel promittentes Curialibus pro gratia, uel
iuſtitia obtinentes,vt ſtatuit Bonifacius VIII.in ca.
1.de ſent.excom.quam Extrauagantem innouauit
fel.rec.Gregorius XIII.per ſuam Conſtitutionem
28.incip.Ab ipſo Pontificatus,ann.3.& fuit neceſſa
rium hoc facere,quia Clemens V.reuocauit dictam
Extrauagantem Bonif.Palud.in 4.diſt.18. quȩſt.3.
colum.penu.Ang.verbo Excommunicatio 5. caſu.
25.Silueſt.uerbo Excommunicatio 7.caſ.46.Caiet.
17 caſ.81.Et fundatur optima ratione,ut tollatur†aua
ritia prohibita omni lege, D.Paul.2.ad Timo.rela-
tus in cap.quia radix,de pœni.diſt.2.& in §.1.auth.
vt iudic.ſine quoquo ſuffr.coll.6.& ne iuſtitia uen-
datur,quod eſt etiam prohibitum lege diuina,iuxta
illud Matthȩi 10.Gratis accepiſtis,& gratis date,re
latum in cap.gratia, 1.quæſt.1.& habetur in ca. qui
ſtudet,cap.reperiuntur,cap.ſunt nonnulli, ead.cau.
& quȩſt.B.Auguſt.in cap.vendentis, 1.q.3. ca.non
ſolum,ead.cauſ.& 9.cap.qui recte, & ca.non licet,
11.quæſt.3.& caſus omnes,& ſingulos dictæ Extra
uagantis habes in unum collectos per Nauar.in cõ-
ment.ipſius in octauo notabili,& in ſequentib.no-
tabilibus declarant omnia exactiſſime, qui in 17.
not.in X.illatione,num.35.uerſ. pro cõtraria tenet
dationem & receptionem Xeniorum,& munerum,
quæ circa Feſtum Natalis Domini dantur in Curia
Officialibus,non comprehendi in prædicta Conſti
tutione,quia ab antiquo tempore ſunt licitæ,& hu
iuſmodi conſuetudo non eſt contraria iuri naturali,
vel diuino.

*S V M M A R I V M.*

1 *Penſio an ſit beneficium,& num.19.*
2 *Penſio ſuccedit loco beneficij.*
3 *De Penſione facienda eſt mentio.*
4 *Penſio dicitur res Eccleſiaſtica.*
5 *Penſio extinguitur de conſenſu Papæ.*
6 *Penſio pendet a beneficio.*
7 *De penſione ſoluitur decima papalis.*
8 *De penſione ſoluitur charitatiuum.*

9 *De penſione ſoluitur annata.*
10 *Illegitimus non eſt capax beneficij.*
11 *Illegitimus non poteſt habere penſionem.*
12 *Facta profeſſione vacant beneficia.*
13 *Latiſſima interpretatio, ubi agitur de tollenda fraude.*
14 *Transferentes penſiones ſub confidentia non includuntur in Conſtitutionibus Pij IIII. & Pij V.*
15 *Diſpoſitio non competit, vbi verba non conueniunt.*
16 *Conſtitutio odioſa reſtringitur.*
17 *Pœna in caſibus expreſſis.*
18 *Ex rubrica colligitur intentio.*
20 *Regula de infirmis, non comprehendit transferentes penſiones.*
21 *Penſionarius non tenetur ad reſidentiam.*
22 *Penſionarius non tenetur ad officium magnum.*
23 *Penſio non facit incompatibilitatem.*
24 *Penſio an ſit quid temporale.*
25 *Penſio poteſt laico aſſignare.*
26 *Penſio non poteſt reſignari.*
27 *Penſio morte penſionarij non vacat.*
28 *Tranſlatio penſionis eſt profana.*
29 *Poteſt dari pecunia pro redimenda penſione.*
30 *Penſio penſionis non inducit excommunicationem.*
31 *Redimens penſionem abſque Papa non excommunicatur.*
32 *Ex diuerſis non infertur.*
33 *Beneficium eſt ſpirituale.*
34 *Diſpoſitio in actum mixtũ non applicatur ſimplici.*
35 *Acceſſorium ſequitur naturam principalis.*
36 *Illegitimus non eſt capax feudi.*
37 *Profeſſus habetur pro mortuo quoad mundum.*
38 *Contrahens matrimonium deſinit eſſe clericus.*
39 *Ex facto oritur ius.*
40 *Exemplis non eſt iudicandum.*
41 *Iudex debet inniti rationibus.*
42 *Iudex debet iudicare ſecundum leges.*
43 *Percipiens penſionem poſt tranſlationem, non eſt ſimoniacus.*
44 *Simoniacus in ordine beneficij eſt excommunicatus.*
45 *Emens iuſpatronatus, non eſt excommunicatus.*
46 *Emens præſentationem, eſt excommunicatus.*
47 *Pactum contra legem illicitum.*
48 *Non peccat, qui conſulit peritos.*
49 *Transferens cum pacto exigendi penſionem, nulliter facit.*

## QVAESTIO XXIII.

Conſtitutiones Pij IIII. & Pij V. num comprehendant transferentes penſionem in Confidentiam.

VIgeſimotertio, Quæro, an transferentes penſiones per confidentiam comprehendantur in Conſtitutionibus Pij IIII. & Pij V. editis ſuper Cõfidentijs, ut illis pœnis ligentur.
1 Pro affirmatiua primò facit, quia penſio† eſt beneficium, ut firmauit Andr. Barbat. in cap. ad audiẽtiam. 2. de reſcript. ex illo tex. & ex ratione, qa ſuc-
2 cedit loco† beneficij. Gig. de penſ. qu. 56. & ideo, ſi-
3 cuti de beneficio† facienda eſt mentio in impetratione, ita de penſione. Bar. in ca. ſuper literis, num.
* 72. de reſcr. &* communiter Doct. Ergo, quemadmodum committentes confidentiam ſuper beneficijs tenentur illis pœnis, de quib. in dictis Conſtitutionib. ita & cõmittentes confidentiam ſuper penſionibus.
Secundo, quia in dictis Conſtitutionibus decernit eſſe nullas penſiones, acceſſus, & regreſſus, quæ imponuntur ſuper beneficijs, quæ reſignantur, uel conferuntur per confidentiam beneficialem damnatam. ex quibus verbis clare colligitur, fieri mentionem de penſione, etſi illæ ſunt nullæ, ergo & aliæ tranſlatæ per confidentiam; nam non ſolum eadẽ viget ratio, ſed maior, arg. auth. multo magis. C. de ſacroſanct. Eccleſ.
Tertio, comprobatur, quia cauſa penſionis dici-
4 tur res† Eccleſiaſtica, & ideo non poteſt coram Iudice ſæculari agitari. Gig. de penſ. q. 99. nu. 3. neque
5 poteſt extingui† anticipatis ſolutionibus, niſi cũ cõſenſu Papę, Gam. de auth. Leg. a lat. tit. de penſ. nu. 633. Gig. de penſ. q. 87. Nauar. in Man. c. 23. nu. 3. &
* conſi. 63. nu. 1. tit. de Sim. & communiter* Doctor. Cum ergo habeat in ſe quid ſpirituale, ſequitur, qđ rationes conſideratæ per dictas Conſtitutiones habent locum in tranſactione penſionis, vt obuietur fraudibus.
6 Quarto, quia penſio† pendet a beneficio. Card. in clem. 1. §. eadem, de ſuppl. præla. neglig. Caccial. de penſ. q. 2. Gig. de penſ. qu. 1. nu. 9. qua ratione idem iudicium fit de ea. ideo, ſicuti de beneficio tollitur
7 decima Papalis, ita de† penſione. Bellenc. in trac. de charit. ſubſid. q. 75. Caccial. de penſ. q. 17. Gig. eod. tract. q. 59. &, ſicuti de beneficio ſoluitur charitati-
8 uum, ita† de penſione, Bellencin. d. tract. q. 37. Gig. de penſ. q. 38. per totam, & ſicuti de beneficio excedente ſummam 24. duc. ſoluitur annata, ita de pen-
9 ſione† excedente 24. Gig. de penſ. q. 26. & eſt notiſ-
10 ſimum in Curia, & ſicut illegitime† natus non eſt capax beneficij Eccleſiaſtici ſine diſpenſatione, ca. li-
11 teras, de fil. presb. cap. 1. eo. tit. lib. 6. ita pariter † ſine diſpenſatione non erit capax penſionis. Gig. de penſ. quæſt. 16. & ſicuti beneficia ingreſſi religionẽ
12 vacant† ſequuta profeſſione, ita & penſiones, com-
* munis,* vt per Gig. de penſ. queſt. 57. & per contractum matrimonij, idem Gig. q. 54.
Quinto, quia, vbi agitur de obuiando fraudibus,
13 & coercendis illicitis, latiſſima fit† interpretatio. Caputaqu. deciſ. 211. lib. 1. in manuſcriptis. & ſecundũ hanc opinionem bon. mem. R. P. D. Alexander Catalanus, iudex confidentiarum, mihi retulit iudicaſſe Pium V. die 17. Aprilis 1570.
His tamen non obſtantibus, cõtraria opinio mi-
14 hi probatur, vt transferentes penſiones† per cõfidẽtiam non comprehendantur ſub dictis Conſtitutionib. Pij IIII. & Pij V. ſecundum quam ſententiã cõſuluit bis egregius Doctor Naua. conſ. 2. nu. 6. uerſi. an autem, de conſtit. & conſ. 16. de Simo. & cõſ. 46. de præb. num. 1. uerſ. tertio, refert defendiſſe, vt hic caſus non comprehendatur, &c. & ab hac opinione exiſtimo non eſſe recedendum in iudicãdo, & con-
* ſulendo, illam firmauit Rot. * die 5. Iunij 1591. in una Brixienſ. prætenſæ confidentiæ coram R. P. D. Pegna Auditore Rotæ integerrimo. & hanc etiam opinionem ego tenui, de reſign. benefi. lib. 6. q. 4. num. 53. & probatur primo, quia, ubi uerba nõ
15 conueniunt, neque conuenit† diſpoſitio, l. 4. §. quoties, ff. de damn. infect. & ibi Bart. hoc notauit cap. indemnitatibus, §. penul. de elect. lib. 6. ad not. in le. quicumque, C. de ſeru. fug. ſed verba dictarum Conſtitutionum non conueniunt transferentibus penſiones per confidentias, cum nullum uerbum ibi ponatur de tranſlatione penſionis. Ergo, &c.

Secundo



16 Secundo, Conſtitutio† odioſa non extẽditur, ſed potius reſtringitur. cap. odia. & ibi late Dyn. de reg. iur. lib. 6. Bart. Rom. & alij in l. ſi vero, §. de viro, ff. ſol. matrim. Idem Barto. & alij in le. ſi conſtante, in queſt. 9. princip. ff. ſolut. matrim. Card. Pariſ. conſil. 16. num. 17. uolum. 3. ſed huiuſmodi Conſtitutiones ſuper confidentijs ſunt odioſæ, vt late concluſum eſt ſupra. ideo erunt reſtringendæ in caſibus, in quibus loquuntur expreſſe. regulare enim eſt, ut
17 pœnæ non imponantur niſi in caſibus a iure† expreſſis. cap. is qui, de ſent. excom. li. 6. l. & ſiquis, §. diuus, ff. de religioſ. Cardin. Pariſ. in rubr. ff. ſolu. matrim. numero 21.
Tertio, probatur ex rubricis dictarum Conſtitu-
18 tionum, ex quibus arguitur intentio † ſtatuentium, not. in l. 1. ff. ſi cert. pet. nam rubr. Conſtitutionis Pij IIII. eſt concepta contra quoſcumque, Eccleſias, & beneficia Eccleſiaſtica quæcumque in confidentiã retinentes, ſeu recipientes, altera Pij V. eſt concepta
19 de confidentijs beneficialibus. ſed† penſio ex com-
* muni, * & recepta Doctorum ſententia non eſt beneficium. Abb. in d. c. ad audientiam. 2. de reſcr. vbi Fel. & alij omnes, Staphil. de grat. expect. uerb. forma nona, num. 12. Sarn. in eo. tract. uerbo gratias, n. 92. de communi Alfon. Hoieda de incompat. benefic. in pręf. num. 3. & par. 2. cap. 7. num. 4. dixi libr. 2.
20 de reſign. benefi. quæſt. 15. num. 11. & ob id regu.† de infirmis non comprehendit transferentes pen-
* ſiones in articulo mortis, vt fuit deciſum in* Rot. teſte Sarn. de inf. reſigna. queſt. 16. colum. 2. Gamm. de auctorit. Leg. à lat. tit. de penſ. num. 644. ob hãc
21 etiam cauſam † penſionarius non tenetur ad aliquã reſidentiam. Archid. in c. quamuis, el primo, num. 2. de præben. lib. 6. Card. in cap. vlt. queſt. 11. de Cleric. non reſid. Gig. de penſ. quæſt. 31. nume. 4. & alij
* omnes, *ut dixi lib. 2. dict. quæſt. 15. num. 16. neque
22 ad officium† magnum. Domin. Sot. lib. 10. de iuſt. & iur. q. 5. art. 3. hinc penſio non facit incompatibilita-
23 tem cum alio† beneficio curato, uel requirente reſidentiam. Imol. in clem. Gratiæ, num. 10. de reſcrip. Gig. de penſ. queſtio. 42. & communiter alij, vt per Hoiedam de incomp. beneſ. par. 2. c. 7. in princ.
Quarto, quia non ſolum in rubro, vt dictum eſt, ſed etiam in nigro dictarum Conſtitutionum ſemper fit mentio de beneficijs, & elicitur factas fuiſſe ad tollendam corruptelam fiduciarię, ſiue confidenciariæ mancipationis beneficiorum, ideo non debẽt comprehendere transferentes penſiones, cum uerba non conueniant, quia penſio non eſt beneficiũ, vt ſupra dictum eſt.
Quinto, quia videntur ceſſare rationes dictarum Conſtitutionum, cum penſio non ſemper ſit quid
24 ſpirituale, nec ſpiritualitati annexum, immo † quid temporale. Gig. de penſ. quæſt. 7. num. 2. & q. 16. &
25 queſt. 21. & ideo poteſt laico† aſſignari. Card. in clemen. 2. quæſt. 9. de offic. ord. Redoan. de ſpol. c. Eccleſiaſtico, q. 8. §. ad maiorem, nu. 26. Rebuff. de pacif. poſſ. num. 151. Card. Palæot. in tracta. de Not. & ſpur. cap. 58. nu. 4. Caccialup. de penſ. q. 12. nu. 2. &
* communiter* Doct. ut dixi libr. 2. dict. quæſt. 15. &
26 ideo† penſio non poteſt reſignari, neque permutari cum alio beneficio, vt dixi d. queſt. 15. libro 2. in princ. Card. Imol. & alij in clem. unica, §. eadem, de ſuppl. præl. neglig. & ob id poteſt remitti in totum, vel in partem, ſimpliciter, abſque auctoritate ſuperioris, Card. Ale. in c. Agatho, 64. diſt. & poteſt redimi anticipatis ſolutionibus. Giga. de penſ. quæſt.
27 86. & † morte penſionarij non vacat. Gig. de penſ. q. 12. Et ob id contractib. profanis æquiparatur. Sarn. de infir. reſign. quæſt. 16. colum. 2. Roman. conſilio
* 339. col. 4. hinc eſt, quod Rota* ſępius iudicauit, trãſ-
28 lationem† penſionis eſſe rem omnino profanam, ut teſtatur Gammar. de auctoritat. Leg. a lat. li. 6. titu. de penſ. num. 633. & multos deducit Gig. de penſ. quæſt. 99. & tetigi de reſign. benef. lib. 6. quæſtio. 4. numero 52.
Sexto, quia in dictis Conſtitutionibus firmantur plures caſus, in quibus omnibus præcedit, uel ſubſequitur diſpoſitio tituli, & in ſpecie, quando annullãtur penſiones, & reſeruationes fructuum id fit, quia in diſpoſitione titulorum, &c. & ſic coniunctim cũ titulo ſunt reſeruatæ. Naua. in Man. c. 23. nu. 109. cũ ſeq. Maſcard. de proba. concl. 1306. ubi refert 13. caſus comprehenſos in Conſtitutione Pij V. & in omni caſu concurrit diſpoſitio tituli, qui titulus cũ ſit quid ſpirituale, & penſio quid mere temporale, merito non poteſt abſque labe ſimoniæ ualere penſio confidentialis in diſpoſitione tituli reſeruata, quia eſſet dare temporale pro ſpirituali. ſed quod habẽs penſionem cum facultate transferendi illam etiam poſt factam tranſlationem exigat, non uidetur hic caſus comprehenſus dictis Conſtitutionibus, quia datum eſt temporale, purum, & ſimplex, & exigitur, ac recipitur illud idem, quod eſt purum, & ſimplex temporale. Gig. cõſ. 120. per tot. & cum factũ iſtud nihil habeat ſpiritualitatis, in eo ceſſat confidentia prohibita. faciunt quæ ſcribunt Caccialu. de penſ. quæſt. 4. & 12. Natt. conſil. 290. lib. 2. Aretin. conſil. 59.
Septimo, ex his, quę proxime diximus, cum pẽſio non ſemper ſit res ſpiritualis, ſed temporalis, ſolos fructus reſpiciens, unde ſcribunt Doctores non eſſe
29 ſimoniam dare† pecuniã pro redimenda penſione, vt concludit Gig. de penſ. q. 99. num. 6. nam ſimonia conſiſtit in ſpiritualibus, vel eis annexis, & penſio ſit quid temporale. qua ratione conſuluit Naua. conſi. 52. nu. 2. de Sim. emptionem & uenditionem
30 penſionis† non inducere ipſo iure vllam excommunicationem, quia ſola ſimonia ſuper beneficio, uel ordine commiſſa inducit ipſo iure illam, idem Nauar. conſi. 63. nu. 2. de Sim. ubi etiam ſcribit, ex ea-
31 dem ratione non incurrere† excommunicationẽ redimentem penſionẽ abſque auctoritate Papæ, licet malefaciat & peccet: ergo pari ratione non erit cõfidentia prohibita transferre penſionem ſub confidentia.
Octauo, quia dictę Conſtitutiones ſolum (ut etiã dixi in primo fundamento huius opinionis) loquuntur de renunciationibus, electionibus, præſentationibus, & alijs modis prouidendi beneficia Eccleſiaſtica, ſtatuendo illas eſſe nullas cũ inde ſequutis: ſed tranſlatio penſionis non fundatur ſuper ulla mala confidentiali prouiſione, & nihil cõe habet tranſlatio penſionis rite facta cum confidentia mala proui-
32 dendi beneficia. ex diuerſis enim† non infertur. l. Papinianus, ff. de minor. eo magis, quia trãſlatio fit auctoritate Papæ, ex quo ceſſat omnis dolus. Abb. conſi. 68. nu. 3. lib. 1. Pariſ. conſi. 171. nu. 16. uol. 4.
Nono, comprobatur hæc opinio, quia non eſt tanta ratio puniendi transferentem cum confidentia penſionem, quæ eſt quędam res temporalis, ut dictum eſt ſupra, quanta eſt puniẽdi conferentem, vel accipientem beneficium cum confidentia, cum
33 beneficium ſit ſpirituale. cap. dilectio, de prebẽn. &

ſuper ſpirituale committatur ſimonia, ut ex eius de
finitione colligitur.
Ex quibus omnibus concludendum eſt, tranſla-
tionem penſionis factam ſub confidentia non com
prehendi in dictis Conſtitutionibus. Nam, ut inqt
Nauar.conſi.16.in fin.de Simonia, nec per ſomniū
venit in mentem Pij IIII.& Pij V. hoc. Remanet,
ut tollamus contraria.
Ad primum argumentum videtur optime ſatis-
factum per ea, quæ ſcripſimus in tertio fundamen-
to huius opinionis, cum communis concluſio ſit, pē
ſionem non eſſe beneficium, & Barbat. qui contra-
* rium tenuit, *communiter eſt a Docto. reprobatus,
vt dixi lib.2.quæſtio.15.num.20.& 21.de reſignat.
benefic.
Ad ſecundum argumentum, etiam patet reſpon
ſum ex his, quę dicta ſunt in 6. fundamento huius
ſententiæ. namque dictæ Conſtitutiones annullāt
penſiones reſeruatas in actu collationis, electionis,
& præſentationis beneficij, intercedente confiden-
tia, & ſic de penſionibus diſponit, illas conſideran-
do coniunctim cum titulo, qui titulus cum ſit ſpiri-
tualis, in eo cadit confidentia, & annullantur om-
nia ſequuta. Vnde aliud erit, quoties penſio conſide
ratur ſeparata a titulo. nam tunc, cum ſit res tempo
ralis, ſi in tranſlatione ipſius cadat confidentia, non
erit caſus comprehenſus ſub dictis Conſtitutioni-
bus, tum quia ſumus in diuerſis, vulga. l. Papinianus,
ff.de minor. nam aliud eſt, vt dixi, damnare collatio
nem, vel renunciationem beneficialem cum confi
dentia, & aliud damnare confidentiam penſiona-
lem, nulla beneficij intercedente collatione, neque
renunciatione confidentiali. ita optime Nauarr.d.
34 conſi.16.num.5. tum etiam quia diſpoſitio in† actu
mixto non applicatur ſimplici. Ang.conſi. 248.nu
me.7.cum ſeq. tum præterea, quia, ut dicit Nauarr.
loco citato, alia ratio ſuadet illud, quod non ſua-
det hoc. ratio enim, quare penſiones, acceſſus, & re-
greſſus conceſſi ſuper beneficijs per damnatam con
fidentiam collatis, & reſignatis, annullantur, eſt,
35 quia† acceſſorium ſequi debet naturam principalis,
cap. acceſſorium, de reg.iur.libr. 6.& ita penſiones,
regreſſus, & acceſſus acceſſorij præfatarum collatio
num, & reſignationum confidentialium non pote-
rant ſubſiſtere, illis non ſubſiſtentibus. quę ratio
ceſſat in confidentia tranſlationis penſionis iam ri
te conſtitutæ.
Ad tertium reſpondetur ex his, quę dicta ſunt in
ſexto fundamento huius opinionis. nec valet con-
ſequentia. agitatur cauſa penſionis coram Iudice
Eccleſiaſtico, ergo eſt beneficium, ergo eſt res ſpi-
ritualis, ut latę Gig.de penſ.q.99.nu.12.in fin.
Ad quartum reſpondetur, quod penſio pēdet ex
beneficio, ergo non ualet conſequentia. nec obſtat,
quod ſoluatur decima de penſione ſicuti de benefi-
cio, quia id eſt ex eo, quod decima imponit habito
reſpectu ad fructus beneficij, non autem reſpectu
ſpiritualitatis, & annata ſoluitur de penſione eadē
ratione. & illegitimus non eſt capax penſionis in o
36 dium ipſius, ſicuti neque† eſt capax feudi, neque em
phyteuſis Eccleſiæ, ſine diſpenſatione. cap. natura-
les, tit. ſi de feud. fuerit cōtrouerſia. in vſibus feudo.
Bal.in l.generaliter, §. cum aūt, C.de inſti.& ſubſt.
& ideo per ingreſſum religionis extinguitur penſio
37 quia profeſſus, † habetur pro mortuo, quo ad mun-
dum. l. Deo nobis, C.de Epiſ.& cler.c.placuit, 2.q.
1.& ceſſat per contractum matrimonij, quia con-
38 trahens† matrimonium deſinit eſſe clericus, & amit
tit priuilegium clericale in omnibus, præterquam
in duobus, de quibus in cap.1.de cler. coniug.lib.6.
vt late proſequitur Gig.d.quæſt.99.numer. 13. 14.
cum ſequen.
Vnde argumentum non concludit.
Ad quintum reſpondetur, illud procedere, quo-
ties materia non eſt ita pœnalis, ut in caſu noſtro,
iuta ea, quæ diximus.
Non obſtat, quod ita iudicauit Pius V. qua po-
tuit Pius V. moueri ex alio, & ex circunſtantijs fa-
39 ctis, ex quibus oritur †ius, & variatur. l. ſi ex plagis,
§. in cliuo, ff. ad l. Aquil. l. ea eſt. ubi Cagn. num. 27.
ff.de reg.iur. Bal.conſil.12.lib.2. Ancha.conſi.302.
Card.Pariſ.conſi.22.num.23.vol.1. Roland. a Val.
conſi.1.num.1.lib.1. ut quia penſio coniuncta erat
cum titulo, iuxta ea, quę dicta ſunt in 6. fundamen-
to huius opinionis, & quomodocumque ſit exēplis
40 etiam ſuperioris† non eſt iudicandum. l. nemo, C.de
ſent.& interlocu.omn.Iud. Card.Pariſ.conſi. 32. n.
30.uol.2. Peruſ.in cap.cum ſpeciale.nu.10.de appe.
eo magis, cum huiuſmodi exemplum non tranſiuit
in conſuetudinem, Gloſſ.in d.l.nemo. Cephal.con
ſi.120.num.13.lib.1. nec ſit proprie ſententia Pa-
pę, dato quod conſtaret de eo, quod diximus. nam-
que ſolent Iudices confidentiarum factum alicuius
cauſæ referre Sāctiſſimo, qui ſuæ opinioni ſolet an
nuere. Ideo huiuſmodi auctoritas non erit in conſi
deratione, cum ex rationibus contrarium conſtet, q
41 bus Iudex debet† inniti. c. Iudicantem, 30.qu. 5.cap.
Deus noſter, di.13.c.1.de re iud.lib.6.l.rem non no
uam, C.de iudic. Porc. Imolen.conſi.91.nu.6. ac uer
42 bis† legum, & non exemplis, Sarn. in §. quædam, nu.
32. Inſti. de action.
Ex his enim colligitur, confidentiam ſuper tranſ
latione penſionis commiſſam non comprehendi
ſub Conſtitutionibus Pij IIII.& Pij V.& id poteſt
exemplificari, quoties quis transferret penſionē ea
intentione, uel pacto percipiendi terminos penſio-
nis decurrendæ. Dubium tamen eſt, an hæc ſit Si-
monia inducens excommunicationem, uel aliam cē
*43 ſuram. Communis* reſponſio† eſt negatiua, vt con-
ſuluit Nauarr.conſi.16.num.2.de Sim.& conſi.46.
de præbend.num.1.uerſi.2. late Gig.de penſ. quæſ.
99. nam extrauag.2.de Simon.in communibus, quæ
inducit excommunicationem ipſo iure incurrendā
44 contra ſimoniacos, habet locum ſolum † in Simo-
nia commiſſa in beneficio, & ordine, non autem in
Simonia commiſſa ſuper alijs rebus ſpiritualibus,
uel annexis eis, ut colligitur ibi, & tradit Caietan.
in uerbo, excommunicatio, capit.72. late Nauarr. in
Man.cap.27.num.106.& cum ſit pœnalis, erit re-
ſtringenda. cap. pœnæ, de pœni. diſt.1. Hinc alias in
Sacra Pœnitentiaria fuit reſolutum, committentem
45 Simoniam, †emendo, vel permutando ius patrona-
tus, iuxta not. in cap. de iure, de iur.pat. non incurre
re excommunicationem de extraua. ſecus autem, ſi
46 fuiſſet commiſſa† in pręſentando, vt teſtatur Naua.
d.conſi.16.nu.3.in fi.verſi. tum quia, de Sim.
Secundo dubitatur, an hmōi pactū redoleat Si-
moniā? Vr̄ dicendū negatiue, vt patet ex adductis p
Gig.de penſ.q.99.col.2. nam penſio non eſt benefi
cium Eccleſiaſticum. Card.in clem.1.de ſupp.ṗl.ne
glig. neq; res Eccleſiæ, ſed immo profana, ut iudica
uit Rot. teſte Gamar. de auctor. Leg. a lat. titul. de
penſ.num.634.& dictum eſt ſupra, contrariū tamē
tenet Nauar.conſi.46.de præb. quia negari nō pōt,
quin



quin ſit ius annexū ſpiritualitati, multo magis, quā
ius patronatus, c. quanto, de iudic.
Tertio dubitatur, an paciſcentes ita peccent? Af-
firmatiue eſt reſpondendum, vt videtur ſentire Na
uarr.d.conſi.16.nu.7.de Sim.& d.conſi.46.de præ-
47 ben.& ratio eſt, quia huiuſmodi† pactum non eſt li
citum, immo illicitum, late Felin. in cap. 1.num.15.
de re iudic. D. Anton.par.1.tit.3.cap.10.col.8. Sicu
ti in ſimili redimens penſionem abſque auctoritate
Papæ non incurrit excommunicationem, male ta-
men facit, & peccat, ut conſuluit Naua.conſi.63.n.
2.de Sim.& hoc eſt peccatum Simoniæ, vt dicit Na
uar.d.conſi.63.num.2.& tenetur pœnitere eius, qđ
fecit, non autem quærere abſolutionem ab excom-
municatione. Nauarr.dict.conſi.63. in fine: limita
tamen, niſi id feciſſet bona fide, credens id ſibi lice
re probabiliter, & iuſte, puta, quia interrogauit vi-
ros in hac re doctiſſimos, an id poſſet fieri abſque
vitio Simonię, qui reſponderunt, quod ſic, ut conſu
luit Nauarr.dict.conſi.16.de Sim. nam, qui facit ali
quid, quod iure naturali non eſt illicitum, de quo du
bitat, an lege aliqua humana ſit prohibitum, & ſu-
per ea re conſuluit uiros in eo ſufficienter peritos,
48 qui conſulunt id eſſe licitum, non peccat † faciendo
illud, etiam ſi uere non eſſet iuſtū, & lege aliqua hu
mana uetitum. tex. iunct. Gl.& Abb. in cap. Cappel
lanus, de fer.nu.6. Nauarr. in Man.cap. 27. nu.284.
& nu.288. late Feli. in cap.1.nu.15.verſ. limita ſepti
* mo, de re iudic.& eſt * communis opinio doctorū.
Quarto dubitatur, an huiuſmodi tranſlatio facta
cum pacto exigendi penſionem quoad uixerit, ſit
49 nulla? Affirmatiue reſpondit Nauarr. conſi. 46.nu.
1.uerſic. tertio de præben.& uerſicu. quarto conclu
dit, auctoritatem Papæ eſſe omnino neceſſariam,
vt huiuſmodi reſeruatio, & tranſlatio ſit valida. &
conſi.45. Idem Nauarr. ſub tit. eo. de præben. ſcri-
bit, tranſlationem penſionis eſſe nullam, factam ab
habente facultatem in infirmitate, cum conditione
ſi moriatur, alias ſecus, coram Canonico Cathedra-
lis Eccleſiæ, tum, quia, inſpecta tali conditione, tum
etiam quia fuit facta coram Canonico, & debebat
fieri coram conſtituto in dignitate. Canonicus au-
tem non habet dignitatem, ſed beneficiū ſimplex,
cap. Statutum, de reſcr. lib.6.
Quinto dubitatur, quid in eo, qui habet facultá-
tem transferendi, an poſſit transferre cum reſerua-
tione illam exigendi quoad vixerit? Negatiue eſt
veritas, vt reſpondit Nauarr.d.conſil.46.numero 2.
de præbend. aliud eſt enim poteſtas transferendi,
quam habet quis a Papa, & aliud poteſtas transfe-
rendi cum tali reſeruatione, quam ipſe non habet.

SVMMARIVM

1 *Reditus beneficiorum fuerunt inſtituti propter ſpi ritualia.*
2 *Beneficia non debent diuidi.*
3 *Ratio fraudis operatur extenſionem legis.*
4 *Translatio fructuum facta in confidentia non comprehenditur in Conſtitutione Pij IIII. & Pij V.*
5 *Confidentia abſque pacto non eſt punibilis.*
6 *Aduerſus coniecturas Pij V. admittitur probatio.*
7 *Confeſſio non debet diuidi.*
8 *Reſeruatio fructuum fit auctoritate Papæ.*
9 *Pœnæ reſtringendæ.*
10 *Simonia committitur in reſeruatione fructuum.*

## QVAESTIO XXIIII.

IN tranſlatione fructuum facta ſub confidentia, nō
incurritur pœna Conſtitutionum Pij IIII.& Pij V.

VIgeſimoquarto, Quæro, an transferentes (ex fa
cultate conceſſa a Summo Pontifice fructus
in confidentiam comprehendantur ſub iſtis Con-
ſtitutionibus Pij IIII.& Pij V. Affirmatiuam opi-
nionem multi tenebant in Vrbe, cum bis hic caſus
accidiſſet.
Et Primo, affertur argumentum deſumptum ex
verbis dictarum Conſtitutionum, in §. ac quaſcum-
que, in Conſtitutione Pij IIII. Ac quaſcumque col-
lationes prouiſiones, præfectiones, commendas, re-
ſeruationes, &c. in §. Ac etiam in Conſtitutione Pij
V. ibi, nec non reſeruationes fructuum. Et in §. Sed
ne quiſquam, ibi, beneficia, fructus, penſiones, aliaſ-
ve res intercedente hoc vitio confidentię recepe-
runt, &c. Aequiparat enim confidentiam commiſ-
ſam in beneficio, & in fructibus illius. ergo idem Iu
dicium. l. vlt. de accept. l. 1. cum ibi not. ff. de leg. 1.
Secundo, eadem ratio fraudis viget in confiden-
tia commiſſa ſuper beneficio, quæ ſuper fructibus
eius. nam per illam perpetuatur reſeruatio, & Eccle
ſia remanet in ultimo tempore grauata, contra ſa-
cros Canones, ex quorum diſpoſitione fuerunt de-
1 putati, & inſtituti redditus, †beneficiorum propter
ſpiritualia, & illa tractantes. cap.2. capitu.3. cum ibi
not. de præben.& debeant propterea dari ſeruienti
bus, & intitulatis in illis Eccleſijs, & non alijs. capi.
cum ſecundum, de præben. Rebuff. in prax. benefi.
in titu. de reſeruat. gen. Mandoſ. in tract. ſigna. gra.
tit. fructuum reſeruationes, Sarn. de ann. qu.60. dixi
late de reſign. benef. lib.6. quæſt. prima. Ex quorum
2 etiam regulis beneficia† non debent diuidi. cap. ult.
prope fin. 1.q.3. cap. maioribus, & cap. uacante. cap.
cum cauſam, in fin. de præben. rub.& nig. ut Eccleſ.
benef. ſint denunc. confer. cap. piæ mentis, in fine.
16.q.7. Dec.conſi.341.num.3. in tertio, quæſito, &
3 ratio fraudis† operatur extēſionem legis. late Capu
taq. deciſ.211.lib.1. in manuſcr.
Tertio, accedat ratio ſatis vrgens, quia ſimonia
committitur ſuper fructibus beneficiorum, quo-
ties reſeruantur, aut alias diſponitur abſque conſen
ſu, & approbatione Summi Pontificis, vt dixi, de
reſigna. benefic. libro 6. quęſt.1. numero 25. ubi al-
legaui plures textus. Felin.conſi.11. Roman.conſi.
358. Dec.conſil.141. Oldrad.conſil. 224.numer.2.
Pariſ.conſil.143.num.12.uolu.4. Craue.conſi.122.
Nauar.conſi.8.& 37.de Simo.
His tamen non obſtantibus, contrariam opinio
nem exiſtimo veram, & tenendam in iudicando, &
4 conſulendo, vt in tranſlatione † fructuum facta
in confidentiam non committatur confidentia pu-
nibilis per has Conſtitutiones Pij IIII. & Pij V. &
ſecundum hanc opinionem iudicauit Rota in una
* * Brixienſ. fructuum pretenſę confidentię, die 5.
Iunij 1591. coram R. P. D. Pegna. nam Archiepi-
ſcopus Corcyren. omnes fructus Archipresbytera-
tus Montis Clari Brixien. diœceſis, demptis quin-
quaginta pro titulari, habebat reſeruatos, cum fa-
cultate, in toto, vel in parte, vni, vel pluribus, etiam
in mortis artic. eos transferendi. cuius facultatis ui-
gore de anno 1568. tranſtulit ſummam 200. ſcuto-
rū ad fauorē D. Ludouici Cāpani ſui familiaris, &


de

de anno 1578. tranſtulit reſiduum ad fauorem eiuſdem. Sed quia Franciſcus Fenicius prædicti Archipresbyteratus titularis prætendebat in ea tranſlatione commiſſam fuiſſe confidentiam prohibitam per dictas Conſtitutiones, tum quia poſt tranſlationem idem Archiepiſcopus eoſdem fructus exegiſſet, quod uerificabat per quietantias factas ab eius procuratore, tum ex quibuſdam eiuſdem literis miſſiuis, quibus uidebatur ſignificari, Archiepiſcopū, poſt tranſlationem ſe geſſiſſe tanquam dominum fructuum, & id nó uidebatur Campanus negare in ſuis conſtitutis, in quibus fatebatur Archiepiſcopū poſt tranſlationem omnes fructus exegiſſe, tum ét denique ex quibuſdam locationum Inſtrumentis, ex quibus conſtabat Campanum tanquam procuratorem Archiepiſcopi poſt tranſlationem præfatos fructus tanquam ſpectantes ad Archiepiſcopum, ut illorum reſeruatarium, locaſſe, introducta cauſa coram Iudice confidentiarum, qui, vt mihi retulit, uolebat pronunciare pro confidentia, Summus autem Pontifex ei ordinauit, vt procederet cum uoto R. P. D. Pegnæ, à quo cauſa communicata in Rota, oés concorditer, præter dictum Pegnam, tenuerunt, nó conſtare de confidentia.

Et præcipuum argumentum huius concluſionis eſt, quia Conſtitutiones Pij IIII. & Pij V. de hac re editæ loquuntur, vt patet in rubro, & nigro, de confidentia commiſſa in beneficijs, vel in penſionibus, & fructibus ipſorum reſpectu diſpoſitionis tituli. quod non procedit in ſimplici tráſlatione fructuū, uel penſionis, quę proprie beneficia Eccleſiaſtica dici non poſſunt, Sarnen. de infirm. reſign. q. 16. Gig. de penſ. q. 28. nu. 10.

Et hanc ſententiam poteris comprobare ex omnibus illis argumentis, quæ late adduximus in quæſtione præcedenti, ad probandum, non committi in ſimplici tranſlatione penſionis, & hic non repetimus cauſa breuitatis, ibi enim omnia pertinétia ad hanc materiam reperies.

Et in facti ſpecie relata confidentia etiam excludebatur ſecundum ſententiam Dominorū de Rota, quia ſi fuiſſet ſimulata tranſlatio, cur a principio non fuit facta de omnibus fructibus, & ſatis tritum eſt, non omnem perceptionem fructuum inducere confidentiam, ſed illam dumtaxat factam interce-
5 dente animo, & conuentione hoc faciendi † ab ini-
* tio, vt * fuit reſolutum in illa Conſentin. prætenſæ confidentiæ, 4. Februarij 1591. coram R. D. D. Orano, & locatio facta per Campanū nomine Archiepiſcopi habebat cauſas ꝓbabiles, & uerisimiles, ne tranſlatio illa a conſanguineis Archiepiſcopi intelligeretur, ac, vt facilior eſſet exactio in terris ſeu Dominio Venetorum: quæ præſumptiones cum ſint ſatis probabiles contrariam confidentię ſuſpicionem ex perceptione fructuum, & locatione elidunt. ná
6 omnes Doct. hoc firmauerunt aduerſus cóiecturas † poſitas per Pium V. intrare probationem cótrariá, cum non ſint præſumptiones iuris, & de iure, ut late etiam ego firmaui, vt infra dicam.

7 Ac ad confeſſionem Campani dicebant, † non poſſe diuidi, cum ſit qualificata. Abb. in c. bonæ. n. 29. de poſtul. prælat.

Non obſtant argumenta ſupra pro affirmatiua adducta, nam ad primum reſpódetur, illa uerba póderata in Conſtitutionibus Pij IIII. & Pij V. cóprehendere reſeruationem fructuum, quatenus de illis fit conuentio cum diſpoſitione tituli, Nauar. in Má, c. 23. ſub nu. 109. & ſenſus illorum uerborum eſt, vt, ſi fuit commiſſa confidentia in reſignatione, & collatione beneficiorum, penſio, & fructus reſeruati exiſtunt nulli, ſicuti reſignatio, & collatio, & in alio caſu, ut ſit nulla collatio facta, vel reſignatio
8 cum reſeruatione fructuum facta † abſque auctoritate Sedis Apoſtolicæ, ut late dixi de reſignat. benefi. li. 14. q. 5. & ita ab omnibus illa verba interpretantur, & ita interpretatur Rota, & late dixi in quęſtione præcedenti. Ad ſecundum reſpondetur, uigere, & militare in huiuſmodi tranſlatione fructuum facta in confidentiam multa capita fraudis, non tamé poſſumus ex illis arguere, ut ita transferétes, & tráſlatarii ligentur pœnis dictarum Conſtitutionum, q̃ ſunt pœnaliſſimæ, & per conſequens intelligendæ
9 in caſibus, in quibus expreſſe diſponunt † & reſtringendę ad limites ſuos, Bar. in l. ſi conſtante, in q. 9. princ. ff. ſol. matr. Pariſ. conſi. 16. nu. 17. vol. 3.

Ad tertium reſpondetur, ueriſſimum eſſe, ſimoniam committi in reſeruatione fructuum facta, ſeu
10 mauis promiſſa † propter beneficium conſequendum, abſque quo id fuerit narratum Papæ, Abb. in c. non ſatis, nu. 7. & 8. de ſimo. Dec. in ca. ex parte, 1. num. 15. de off. deleg. Gig. conſi. 120. num. 4. com-
* munis * opinio, ut late atteſtatus ſum, & probaui de reſign. benef. lib. 14. q. 5. in principio, cum huiuſmodi reſeruatio non poſſit fieri niſi a Papa, & de eius conſenſu, ut late dixi in eodem tractatu de reſigna. benef. lib. 6. q. 1. In quo caſu etiam committeretur confidentia, iuxta terminos, §. itidem Conſtitutionis Pij V. non tamen ex hoc ſequitur, quod idem ſit in ſimplici tranſlatione fructuum, in qua negamus committi ſimoniam, & concludimus nullam committi confidentiam prohibitam, & punitam ex dictis Conſtitutionibus.

Cætera uero, quæ hanc materiam tangunt, poteris ſupplere ex his, quæ late fuerunt dicta in præcedenti queſtione.

SVMMARIVM.

1 *In permutatione beneficij an habeat locum Conſtitutio Pij iiij. & Pij v. & nu. 6.*
2 *Conſtitutio pœnalis reſtringenda.*
3 *Caſus qualificatus non comprehenditur ſub ſimplici.*
4 *Permutatio, & reſignatio differunt.*
5 *Verba debent in ſpecie capi.*
6 *Verba generalia generaliter ſunt intelligenda.*
7 *Confidentia quare prohibita.*
8 *Permutatio vera dicitur reſignatio.*
9 *Per permutationem vacat beneficium.*
10 *Ratio diſponit vt lex.*
11 *Plus & minus non differunt.*

## QVAESTIO. XXV.

Conſtitutio Pij IIII. & Pij V. habet locum in permutatione.

VIgeſimoquinto, Quæro, an pœnæ impoſitę cótra confidentiarios per Bullam Pij IIII. &
1 Pij V. habeant locum in confidentia commiſſa † in permutatione beneficiorum, ut quia fuit facta permutatio duorum, uel plurium beneficiorum inter duos iuridice, & alter recepta poſſeſſione beneficij per permutationem quæſiti, accepit etiam fructus

beneficij



beneficij antiqui collati compermutanti, an ſit locus Bullis Pij IIII. & Pij V. de confidentijs? Negatiuam opinionem, nó eſſe locum dictis Bullis, tenuit Nauarr. qui ita reſpondit in facti contingentia conſi. 26. tit. de ſimon. quam opinionem primo ꝓbat, quia Bulla Pij IIII. & Pij V. loquitur de reſignationibus beneficiorum, quæ ſimpliciter fiunt in fauoré aliquorum, & non de illis, quæ fiunt per permutationes iuridicas, quia nulla earum facit mentionem de reſignatione per permutationem: &, cum non ſit eadem ratio in utroque caſu, non erit eadem iuris diſpoſitio. l. illud. ff. ad l. Aquil.

Secundo, Quia prędictę conſtitutiones † ſunt pœ-
2 nales: ergo reſtringendæ, reg. odia. de reg. iu. lib. 6.

Tertio, Quia dictæ conſtitutiones afficiunt tantum confidentias illicitas, & ſimoniacas. Nauarr. in Man. c. 23. nu. 101. & 110. qualis non fuit facta in ꝓdicta permutatione iuridice facta.

Quarto, Vltra Nauarr. addo, quia in ſimplici renunciatione maior ratio militat, vt Bullę prædictæ habeant locum, quam in permutatione, ex eo, quia ſimpliciter reſignantes de facili inuenient, qui beneficia ſub hac occulta conditione recipiant, ad effectus conſideratos per Conſtitutionem Pij V. & hoc argumentum deducitur ex Sarnen. de public. quæſ. 3. num. 17.

3 Quinto, Vlterius, quia ſub diſpoſitione de † ſimplicibus loquente non comprehenditur caſus qualificatus, l. 1. ff. de donat. ubi tex. loquens in donatione ſimplici, non habet locum in donatione ſub códitione, c. ſtatutum, de elect. lib. 6. l. quæſitū. §. illud. ff. de leg. 3. reſignatio enim per permutationem di-
4 uerſa eſt † a reſignatione ſimplici. Bal. in ca. 1. nu. 1. de vaſ. decre. ętat. late Sarn. d. q. 3. nu. 11.

Accedit, quia in qualibet diſpoſitione uerba in
5 dubio, † in ſpecie capi debent, & nó in genere. l. hoc legatum. ubi Bar. ff. de leg. 3. ſed permutatio habet ſe, vt genus l. 1. vbi Bar. & alij, ff. ſi cer. pet.

His tamen non obſtantibus, contrariam opinio-
6 nem affirmatiuam exiſtimo veriorem, ſcilicet † Cóſtitutiones Pij IIII. & Pij V. editas contra confidentiarios habere locum, ne dum in reſignatione ſimplici, ſed etiam in permutatione, & moueor primo ex verbis dictarum Bullarum, multipliciter ea ponderando. Inquit enim Pius IIII. in procemio *ſane, licet dudum cum certam ſimoniacæ prauitatis ſpecię quam beneficiorum confidentiam vocant, &c.* ſubdit poſtea in diſpoſitiua *in titulum, commédam, vel adminiſtrationem, aut aliter in huiuſmodi confidentiam,* &c. & illis verbis, *ac quaſcumque collationes, prouiſiones,* &c. & Pius V. dicit in procemio, *ad tollendam fiduciarię mancipationis beneficiorum Eccleſiaſticorum corruptelam,* &c. & poſtea, *nec valerent ipſorum collationes, ſeu conceſſiones,* &c. & demum *omnes, & quaſcunque prouiſiones,* &c. prædicta enim uerba ſunt ſatis prægnantia, & generalia, & apta comprehendere reſignationem per permutationem. Ideo abſque dubio debent illam comprehendere. l. 1. §. quod autem, ff. de aleator. l. in fraudé, in fi. & ibi Bal. ff. de teſtam. milit. idem Bald. conſi. 205. lib. 2. Crau. conſi. 92. num. 4.

Secundo, Quia rationes fraudis in his Conſtitutionibus conſideratæ, propter quas tollendas ema-
7 narunt, militant in permutatione, † ut eſt illa, ut de illo beneficio diſponat ad libitum reſignantis, & alia, ut fructus poſtea percipiat, ac altera, ut aſſeruetur pro incapacibus, ut etiam in ſimilibus terminis, ſcilicet in extrauant. de public. conſiderat late Sarnen. de public. q. 3. numero 8. & 9. Vnde, cum eędem rationes uigeant, eadem quoque diſpoſitio debet uigere. l. illud, ff. ad le. Aquil. Quod confirmatur ex eo, quod dicit Anania in c. audiuimus, col. 2. uerſ. & prædicta faciunt, de collus. deteg. dum ſcribit, quod, etiam ſi renuncians ex cauſa permutationis poſt renunciationé in poſſeſſione remaneat, ex hoc fraus præſumitur. Hinc eſt, quod textus in c. 2. de renunc. lib. 6. iuncto c. 1. de rer. permut. eo. li. cum glo. in uerbo fraudem, quæ de ſimplici reſignatione loquuntur, ratione fraudis in permutatione, quoque habent locum, vt tradunt Gem. d. c. 2. poſt gl. & Fran. col. 2. Imol. & alij omnes.

Tertio, Quia, eſto, quod Conſtitutiones loquantur tantum de reſignatione, nihilominus comprehendunt, reſignantes ex cauſa permutationis, quia
8 permutatio uera, pura, & ſimplex † reſignatio dicitur, Rot. deciſ. 16. de rer. permut. in antiq. Gemin. quem refert, & ſequitur Sarn. de publ. d. q. 3. n. 2. &,
9 ſicut per reſignationem vacat beneficium, ita per † permutationem, c. 1. de rer. permut. lib. 6. &, ſicut totum negocium reſignationis pendet a uoluntate ſuperioris, ut dixi alias, ita negocium permutationis. Ioan. Monac. in d. ca. 1. Rot. d. deciſ. 16. de rer. permut. in antiqu. & ſicut in reſignatione duę perſonę interueniunt, reſignans, & reſignatarius, ita & in ꝑmutatione. & alia differentia, quæ conſideratur in propoſito, quod permutatio eſt duplex, & geminata reſignatio, non obſtat, quia, quod dicitur de uno actu, idem de pluribus geminatis dicendum eſt. argum. l. ſingularia, ff. ſi cert. pet. tradit notabiliter Barbat. in c. 1. col. 8. de lit. conteſt. Dom. de S. Gemi. in c. qui ad agendum, §. 1. de procur. lib. 6. Bar. in l. cū filio, circa fin. ff. de leg. 1. Pet. de Anch. in ca. quáuis, el. 1. de præbend. lib. 6.

Quarto, id teneri debet ob publicam utilitatem, ut obuietur in quantum fieri poteſt fraudibus, ad not. per Ant. de But. in cap. vltimo in 1. fall. de conſuet. Anchar. conſi. 102. & 304. Gemin. conſil. 106. colum. 2. Dec. conſi. 398. Nam inficiari non poteſt, quin, vt plures caſus conſiderati per Pium V. in ſua Conſtitutione poſſint interuenire in permutatione, ideo ratione fraudis huiuſmodi caſus debent coerceri, & per conſequens dictę Bullę comprehendent confidentiam illicitam commiſſam in permutatione.

Non obſtant contraria, nam ad primum reſpondetur, negando Bullas non facere métionem de reſignatione per permutationem, nam contrariū probaui ſupra in 1. fundamento, &, eſto, quod non fiat mentio, non ne ex rationibus fraudis, quæ militant hoc etiam caſu, hoc dicere debemus, vt deduxi in 2.
10 & 3. Argumento. Ratio enim † diſponit, ſicut lex, Bal. in c. dilectus filius, col. 1. de reſcrip. Dec. conſil. 284. col. 2. Crauet. conſi. 183. col. etiam 2. Pariſ. conſil. 83. num. 21. uol. 3. & conſi. 69. nu. 3. uol. 4. Tiraq. in l. ſi vnquam, uerbo libertis. nu. 37. C. de reuoc. dona. Oldr. conſi. 185. thema tale eſt in fine.

Ad ſecundum reſpondetur, eſſe reſtringendas, ſi verba, & ratio aliud non ſuaderent, l. filium habeo, ff. ad Maced. Iaſ. in l. ſi conſtante, nu. 70. ff. ſol. matr. Rimin. Iun. in §. 1. Inſt. per quas pſonas ius nob. acqui. nu. 62. ſed hoc caſu uerba, & ratio dictarum Cóſtitutionum aliud volunt, vt ſupra dictum eſt. ergo &c.

Ad tertium reſpondetur, verum eſſe Conſtitutiones

nes

nes Pij iv.& Pij v.afficere duntaxat confidentias il-
licitas.at nos præſupponimus,in permutatione fuiſ
ſe talem cōfidentiam commiſſam. & dicimus, puni
ri his pœnis ut commiſſa in reſignatione ſimplici.

Ad quartum reſpondetur diſpoſitionem loquen
tem de reſignatione comprehendere permutatio-
nem,dato,quod in vno caſu maior ſit ratio, quam
in alio,l.1.§.quod autem,ff.de al.luſu,& aleat.in ter
11 minis Sarn.de publ.quæſt.3.nu.3.nam plus†& mi-
nus non differūt ſpecie,l.vult,ff.de fund.inſtr.Sarn.
in c.ſtatutum.nu.39.de reſcr.lib.6.Accedit,quia præ
ſupponimus fraudem.

Ad quintum iam patet reſponſum ex ſupradi-
ctis.

Concludendum eſt igitur, quod,ſi caſus confi
dentiales conſiderati a Pio v.interueniant in permu
tatione,quod pœnæ illius Conſtitutionis habebūt
locum.

Caſus autem,ſuper quo conſuluit Nauarr. forſan
non erat punibilis dicta pena,quia alter compermu
tans exegit fructus beneficii renunciati,& collati cō
permutanti antequam compermutans caperet poſ-
ſeſſionē.qđ cōſiderat Pius V.in d.Cōſt.87.§.ſi quis
poſt ceſſam ab ſe Eccleſiam.vel monaſt.aut benefi
cium,& publicatam reſignationem, aut ceſſionem,
captamque a ſucceſſore poſſeſſionē ſeſe &c.de quo
late dicetur.

Et non omittam,quod ſim.eſt permutatio, qua
quis ius ad rem,quod habet quis, per regreſſum,ele
ctionem,& præſentationem,optionem,uel aliā no-
minationem,permuttat cum alio ſimili iure,uel be-
neficio alteri quæſito,vel vacanti.c.1.de rer. permu.
lib.6.& ibi Io.Andr.& Fran.Naua.in man.c.23.nu.
100.col.3.vbi etiam dicit,quod ſimoniaca eſt renū
ciatio,ſi renuncians beneficium minoris valutæ red
dit pecuniam,vel conſtituit penſionem annuam al
teri permutanti,adæquando ualorem illius. limitta-
tur,niſi id faciat auctoritate ſuperioris.Anch.conſi.
280.Fel.in c.Quia veriſimile,nu.1.de præſum.

*S V M M A R I V M.*

1 *An abſque pacto committatur confidentia, & numer.4.*
2 *Pactum eſt duorum, &c.*
3 *Studioſa voluntas ſimoniam inducit.*
5 *Simonia non committitur ſine pacto.*
6 *Confidentia eſt crimen ſimoniæ.*
7 *Confidentia quid ſit.*
8 *Argumentum ab etymologia validum.*
9 *Ceſſante cauſa debet ceſſare pœna.*
10 *Veriſimilitudo eſt attendenda.*
11 *Veriſimilitudo cognata naturæ.*
12 *Veriſimilitudo habetur pro lege.*
13 *Pena iuxta menſuram delicti.*
14 *Verba ſola dimittentis intentione poſita in Conſtitutione Pij v.quomodo interpretantur.*
15 *Sequentia declarant præcedentia.*
16 *A prioribus ſumitur declaratio.*
17 *Confidentia non cadit in ignorante.*
18 *Praua intentio vnius non nocet alteri.*
19 *Ex facto vnius alteri præiudicium inferri non poteſt.*
20 *Argumentum ab abſurdo validum.*
21 *Omnis actus ex intētione facientis iudicatur.*
22 *Ex facto vnius ignorans non peccat.*
23 *Ignorans non punitur.*
24 *Ex aliena conſcientia quis non iudicatur.*
25 *Non entium nullæ ſunt qualitates.*
26 *Pactio non fit ſine conſenſu vtriuſque.*
27 *Lex interpretans aliam intelligenda eſt iuxta terminos illius.*
28 *Non eſt confidentia reſignatio facta ea mente, quod ille dimittat poſt beneficium.*
29 *Recipiens beneficium animo illud dimittendi nō cōmittit confidentiam.*
30 *Conferens beneficium intentione praua non committit confidentiam.*
31 *Renuncians intentione praua non committit confidentiam.*
32 *Coram ordinariis renunciantur beneficia ſimpliciter.*
33 *Eligentes, & præſentantes praua intentione non cōmittunt confidentiam.*
34 *Benefacienti eſt benefaciendum.*
35 *Mandatum ad renunciandum, cum clauſula, & non alias, non eſt ſimoniacum.*
36 *Tractatus de conſtituenda penſione non inducit confidentiam.*
37 *Promiſſio generalis facta collatori non inducit confidentiam.*
38 *Verba iactantiæ non obligant.*
39 *Habens intentionem prauam, opere ſubſecuto eſt ſimoniacus mentalis.*
40 *Simoniacus mentalis nō obligatur ad reſtitutionē.*
41 *Beneficium Principis latiſſime interpretatur.*
42 *Creatus rector non deſinit eſſe ſcolaris.*
43 *Vſura eſt prohibita ex utroque teſtamento.*
44 *Vſura an ſit prohibita de iure ciuili.*
45 *Differentiæ ratio inter ſimoniacum mentalem, & vſurarium mentalem in reſtitutione.*
46 *Papa non poteſt diſpenſare ſuper iure diuino.*
47 *Vſura concernit animam.*
48 *Simonia inducit peccatum.*
49 *Mutuum in quo conſiſtat.*
50 *Beneficium eſt beneuola actio.*
51 *Beneficium debet eſſe perpetuum.*
52 *Deuolutiones quare inuentę.*
53 *Simoniaci æquiparantur idolatris.*
54 *Simoniæ crimen deteſtabile.*
55 *Soluens vſuram non peccat.*
56 *Male recipiens tenetur reſtituere.*

## QVAESTIO XXVI.

SIMONIA non committitur abſque pacto,& con
ditione cum pluribus illationibus.

VIgeſimoſexto Quæro,an abſque pacto, modo,
ſeu condicione confidentia beneficialis ſit
1 prohibita,†& punibilis per dictas extrauagantes Pij
iv.& Pij v.Pro affirmatiua,quā videtur tenere Ma-
ſcard.de probat.concluſ.1306.Primo ponderantur
verba Conſtitutionis Pij v.in §.*Quare nos volentes
periculoſam talium audaciam*,&c.*vt ſi quis*,&c.ſub
dit,*etiam ſola dimittentis intentione receperit, vt il
la,uel illud*,&c.ſi enim ſufficit ſola intentio unius,
2 ergo non requiritur pactum,quod†eſt duorum , plu
riumue in idem placitum,& conſenſus,l.1. ff. de pa
ctis,neque etiam modus, & condicio, ad not.in l.5.
ff.de uerb.oblig.Secundo,quia omnis ſtudioſa uolū
3 tas†ſimoniam inducit.ca.qui ſtudet,&c.ſicut eunu-
chus,1.q.1. Hoſti.in ſimili caſu in c.ex parte,nu.2.
& ſeq.de offic.deleg.

His



4 His tñ non obſtantibus,†contraria opinio, ut ab-
ſque pacto, modo,& conditione,penæ dictarū Cō
* ſtitutionū non habeant locum cōiter*eſt recepta in
praxi,& eā tenet Nauar.in Manual.c.23.n. 107.uer.
ad decimū,& n.109.& ſub nu.110.Idē Nauar.cōſi.
27.& conſ.35.conſ.33.& conſ.36.titu.de ſim. Virg.
Boccac.in comment.Conſt.Piceni nu.60.& 68.Ga
briel.conſ.172.nu.4.cum ſeq.lib.2.& ita fuit dictū
* in vna*conſentin.prætenſæ confidentiæ coram R.
P.D.Orano,4.Februarij 1591.& in alia Brixien.re-
lata q.23.& 24.& in vna Calaguritan. confidentiæ
corā R.P.D.Penia 14. Decembris 1592. & poſtea
in eadem coram R.P.D.Pamphilio 25.Iunij 1593.
Et probatur,primo,quia abſq; pacto, modo ſeu cō
5 ditione, ſimonia punibilis non† contrahitur, Gl.in
c.ordinationes,uerb.pretii,1.qu.1.ubi Card.Alex.
nu.33.idem Alex.in c.1.nu.4.1.q. 1.& in c.quicun
que nu.1. poſt alios ead.cauſ.& q.D.Ant.in Summ.
p.2. titu.1.c.5.§.11.Card.Pariſ.conſ.135.nu.17.uo.
.4.Dec.in c.ex parte nu.17.de offi.deleg. Caccialu.
de penſion.q.19.nu.67.& ſeq.Nauar. conſ.11. uerſ.
* ad ſecundum, & conſ.38.de ſimon.& communis *
opinio,teſte Put.deciſ.171.nu.9.& 10.lib.2. & pro-
batur in c.artaldus.8.q.3.c.ult.de ſim.& hoc ſæpe in
* Rota fuit reſolutum,vt in vna Firman.* Cappella-
niæ 7.Maij 1582.coram S.D.N. tunc Rotæ Audi-
tore, & in vna Tullen. parochialis 28. Maij 1593.
corā Decano,et in vna calagur. 14.Decēbris 1592.
coram R.P.D.Penia.Nam definitio ſimonię eſt, ut
ſit uolūtas ſtudioſa emendi,vel vendendi ſpirituale
uel ſpirituali ānnexum.Gl.in Summ.1.q.1.D.Tho.
2.2.q.100.art.1.& non conuenit, vbi non adeſt pa-
ctum,Caſſad.deci.2.de ſimon.Si ergo abſque pacto
modo ſeu conditione non committitur ſimonia,
ita neque confidentia,quia huiuſmodi Conſtitutio
nes Pij iv.& Pij v.nihil ſanxerunt contra confiden-
tiam , quæ ante eos licita erat , ſed ſolum contra
illam,quę erat illicita,& ſimoniaca, Nauar.conſ.26.
nu.1.de ſimon.& in Manual.c.23.ſub.nu.109. uerſ.
6 quod autem.Confidentia enim eſt crimen†ſimonię
conuentionalis.Caputaq.deciſ.201.num.1. & deciſ.
202.nu.5.p.1.& deciſ.238.par.3.quæ ſine pacto vel
tacito,vel expreſſo induci non poteſt,ad no.in c.ex
parte,de offic.deleg.c.tua nos,de ſimon.ubi Glo.in
uerb.pure,& Abb.Redoan.de ſim. p.1.c.2. nu.1.&
* communiter*alii,vt patet ex ſupra citatis.

7 Secundo,Quia†cōfidentia fit,ut nomen ſonat, per
ſimultaneam fidem,& conſilium,& conuentionem
ac contractum,ſed prædicta omnia duorum conſen
ſum requirunt,Gl.in l.2.in uerb.conſentire, ff.de a
8 ction.& oblig.l.1.ff.de pact.& argumētum†ab ety-
mologia vocabuli validiſſimū eſt in iure.Bar. Alex.
Iaſ.& alii omnes,ut per Card.Pariſ.nu.20. in l.1.ff.
de acq.poſſ.

Tertio,Quia etiam in eadem Conſt.Pij v.in §.iti
dem,fit mentio de pacto,illis verbis,*ea condictione
tacita,vel expreſſa,vt poſtea &c.*Vnde cum requi-
rat aliquam conuentionem tacitam, vel expreſſam,
9 ea ceſſante,†debent ceſſare pęnæ.Bart.in l.1.§. ait
pretor,ff.ne quid in loco publ.Dec.conſ.65.in prin.
Rom.conſ.152.circa finem.

Quarto,Quia non eſt veriſimile Pium v.voluiſſe
imponere grauiſſimas pęnas ibi relatas,niſi in caſu,
quando adeſt pactum expreſſum,uel tacitum,ex ra-
tionibus infra ponendis in reſponſione primi argu
10 menti:& tamen†veriſimilitudo in qualibet mate-
ria eſt attendenda.l.ob carmen,§.ult.ff. de teſtibus.
11 c.in noſtra,eo.tit.Crau.conſi.298.num.16.cum ſit†
cognata naturæ.Bal.conſ.180 mortuo filio, lib.3.&
12 habeatur†pro lege.Oldr.conſ.13.cum quæſtio in fi.
Crau.conſ.298.nu.16.& tritum eſt,pęnas eſſe com-
menſurandas delicto,c.non afferamus,diſt. 34.Aut.
omnes peregrini,C.comm.de ſucceſ.& legitur Deu
13 teron.c.25.Iuxta menſuram†delicti erit plagarum
modus.Marſil.conſi.6.in fi.Menoch.de arbitr. iud.
caſ.266.num.1.

Quinto,Ex aliis rationibus valde ſtringentibus
ponendis infra in reſponſione ad primum argumen
tum.Reliquum eſt,ut contraria ſubmoueamus. Nō
14 obſtant uerba ponderata in Bulla Pii v.†*etiam ſola
dimittentis intentione,&c.*nam Primo reſpōdetur
illa uerba declarari per alia poſita in §.ſequenti,in-
cipien.itidem,ibi,*ea conditione tacita,vel expreſſa,
15 &c.*ſequentia†enim declarant præcedentia.l.ſi ſer-
uus plurium,§.ult.ff.de leg.1.l.qui filiabus, eo.tit.So
* cin.Iun.conſ.15.nu.17.lib.1.&* communiter eſt re
ceptum,in vnaquaque materia ſumi declarationem
16 a†prioribus.Bal.in l.demum,col.1.in fi.C.de rei uē
dic.Iaſ.conſ.115.colu.2.circa med.libr.2.& conſ.5.
col.3.in fi.lib.3.Crau.conſ.113.nu.5.uerſ.10.

Secundo,& melius reſpondetur,illa verba eſſe in
telligenda intentione nota ei,qui beneficium, rece-
pit,qui,ſciens mentem renuntiantis , vel conceden-
tis,videtur aſſentire,non autem de eo, cui intentio
nota non fuit,ita egregie huiuſmodi uerba interpre
tatur Hier.Gabr.d.conſ.172.nu.3.uerſ.2.& hic in-
tellectus multiplici ratione poteſt comprobari.

Primo,Quia confidentia non cadit in ignorantē
17 mentem eius,†qui confidere intendit.l. quidam cū
filia,vbi Doct.ff.de hæred.inſt.l.ſi repetendi,C. de
cond.ob cauſ.

Secundo, Quia abſurdiſſimum eſſet, ſecundum
Gabr.d.conſ.172.nu.4.interpretari Conſtitutionē,
vt ſola intentio vnius partis noceat alteri ignoranti
18 †& habenti bonam intentionem.ca.erit autem lex,
diſt.4.l.1.in princ.ff.de alien.iudi.mutan.cauſ.fact.l.
iniquiſſimum,ff.de iur.& fact.ignor.l. ult.a d Sillan,
* nam regula trita*eſt,ex facto unius alteri ignoran-
19 ti pręiudicium inferri†non poſſe,regula non debet,
ff.de reg.iur.Crau.conſ.293.nu.12.& argumentum
20 ab abſurdo†ualidiſſimum eſt in iure.l.nam abſurdū
ff.de bon.libert.Clem.2. de magiſtr. cap. quemad-
modum,de iure iur.c.in geneſi,de elect.Marſ.conſi.
102.num.16.

21 Tertio,Quia actus indifferens†ex agentis inten-
tione,bonus ,vel malus eſt iudicandus. D. Thom.p.
2.q.18.art.9.concluſ.8.Bal.in tract.ſciſmat.in prin.
Butr.in c.cum ex officii.de præſcr.Fel.in ca. auditis,
eo.tit.ſed recipere beneficium eſt actus indifferens
per ſe:ergo ſine agentis intentione non poteſt iudi-
cari malus,& per conſequens ex praua intentione
dantis non infertur confidentia in recipiente.

22 Quarto,Quia ex facto vnius†ignorans non pec-
cat,D.Thom.part.2.quæſt.73.ar.6.in concluſ.ergo
neque committit confidentiam,cum non poſſit pu
23 niri†ignorans,l.annis.ff. de calumnia.Bart.& Doct.
in l.genero,ff.de infamibus.Crauet.conſil. 201. nu-
mer.36.

Quinto,Quia in confidentia licet vterque peccet
tamen magis peccat,qui fidem ſuam obligat alienæ
voluntati:idque colligitur ex pœnis poſitis in dicta
Conſtitutione,quæ diriguntur in eos præcipue,& ta
men,qui recipiunt,& retinent beneficia in confidē-
tiam,ut patet §. ſed ne quiſquam.Sed peccare non

†po-

24 †poteſt quis ex aliena conſcientia, D. Thom.dicta
q.73.ar.6.ſed ex ſua.ergo abſurdum eſſet,dicere,qđ
quis dicatur retinere in confidentiam ex aliena,non
autem ex propria conſcientia.

Sexto, Quia tertius non debet affici pœna ex alię
no peccato, nam anima, quæ peccauerit &c.c. illud
11.q.2.c.quæſiuit,de his.qui fi.a maior. par. Cap.c.
Romana,in fi.de ſent.excomm.lib.6.l. ſancimus,C.
de pœnis.

Septimo, Qua ratione innoteſcere poteſt dimit-
tentis intentio,ignorata etiam ab eo, qui beneficiũ
recepit,ita,vt iudicans poſſit hanc ceſſionẽ iudicare
confidentialẽ,namq; Eccleſia nõ iudicata de occul-
tis;& eius,quod non eſt uera probatio afferri nõ po
teſt,neque enim confidẽtia eſſe poteſt, niſi recipiẽs
ſuam obliget fidem,alias ſequeretur, quod pro con
fidentia puniretur hoc factũ,in quo nulla adeſt con
fidentia,& eius,quod non eſt, ſupponeretur proba-
tio,quæ in rerum natura eſſe non poteſt, quia non
25 entium†nullæ ſunt qualitates.l.eius,qui in prouinciã
ff.ſi cert.pet.

Octauo, Quia,ſi confidentia eſt ſpecies ſimoniæ
26 neceſſe eſt,ut ſit pactio illicita,†quã impoſſibile eſt
ſine conſenſu vtriuſque oriri. l. obligationem ſub-
ſtantia,ff.de actio:& oblig.l.illud,ff.de pact.l.nuda,
ff.de contrah.empt.l.an inutilis, ff.de accept. ideo,
ſi ego vendo Titio librum,& ille putet ſe commo-
dato recipere,nullus eſt neque uenditionis, neque
commodati contractus. Idemque erit, ſi recipiam
ceſſionem beneficii,ignorans intentionem cenden-
tis,quia regulariter peccata metiũtur ex facto, & nõ
ex praua intentione. Nec obſtat,quod ſimonia com
mittatur in beneficio recepto ab N.illo ignorante,
c.nobis,de ſim.namque id procedit,ſi datur aliquid
pro eo,cui beneficium cõfertur,etiam ſi ille ignorat
d.c.nobis,Sarn.de trien.q.12. Verum,ſi nemo confe
renti, aut renuncianti aliquid det,vel promittat,tũc
ſola intentio nõ poteſt nocere ignoranti, nec ex par
te ignorantis poteſt dici ſimonia,nec etiam menta-
lis,ad no.in c.tua nos,de ſim.& ita notabiliter decla
rat Gabr.d.conſ.172.nu.7. lib.2.

Tertio reſpondet Nauar.conſ.36.num.2. de ſim.
quod Pius v.dura reprobat confidentiam procedẽ
tem ex ſolo animo,& cõſcientia, loquitur de illicita
de qua Pius iv.edixit. nã cõſtitutio interpretãs aliã
27 intelligenda eſt ſm terminos†interpretatę. Sed Cõ
ſtitutio Pij v.fuit facta ad interpretãdã illã Pij iv.er-
go intelligenda de confidentia illicita,& alio modo
ut per Nauar.loco cit.

Ex predictis igitur patet, primum argumentum
adductum pro contraria ſententia non obſtare, &
per conſequens ex ſola intentione dimittentis, non
ſolum non committitur confidentia punibilis per
dictas Conſtitutiones,ſed nec etiam præſumitur,q̃-
uis Nauar.in Man.d.c.23.ſub nu.110.in 6.not.inter
pretetur ea verba,quod Pius v.non intendit aſſere-
re per dicta uerba, quod ſola talis intentio conſti-
tuat in foro interiori ſimoniam,ſed quod probatio
eius faciat in exteriori illam præſumi,quia, ſi etiam
non probetur illam intentionem fuiſſe notam reſi-
gnatario non committitur,nec præſumitur confidẽ
tia,& ita nunc teneo. & propterea idem Nauar.in
d.conſ.27.nu.2.de ſim.mutauit opinionem,& ibi te
net,quod nec etiam ex hoc præſumitur confidentia
niſi etiam probetur intentio praua recipientis,& ad
tollẽdum hoc dubium bonum eſſet,vt Summus Põ
tifex conficeret aliam Conſtitutionem ſuper hoc,&
inter alia hoc declarare,& tollere.

Ad ſecundum argumentum in contrarium addu
ctum reſpondetur,quod ſtudioſa uoluntas emendi
&c.eſt ſimonia ſi intercedat pactum, alias ſecus, iux
ta communem*opinionem ſupra relatam.

Concludendum igitur eſt,ſolam uoluntatem reſi
gnantis,aut collatoris,vel alterius non inducere cõ
fidentiam illicitam,& punibilem per dictas Conſti
tutiones Pij iv.& Pij v.ſed eſſe neceſſarium pactum
aut conuentionem,modum,ſeu cõdicionem expreſ
ſam,vel tacitam,ex hac concluſione deducẽdæ erũt
aliquæ notabiles illationes, quæ in praxi quotidie
occurrunt,& de eis pluries vidi dubitari.

Primo infertur nõ eſſe confidẽtialẽ, renũciationẽ
28 factã a reſignãte†ea mẽte,qđ N.reſignatarius ad ſui
nutũ renunciabit alteri cui uelit uel ſibi retrocedet
beneficiũ reſignatũ vel qđ N. reſignatarius ſinat ip
ſum reſignantẽ percipere fructus,ſi huiuſmodi mẽs
& praua intẽtio reſignãtis expreſſe,uel tacite nõ fuit
nota reſignatario,& ſic non interceſſit pactum, ut
clare colligitur ex prædictis,& interrogatus reſpon
dit in facti contingentia,Nauar.conſ.30.in princ.de
ſimon.& huiuſmodi illatio procedit,etiam ſi fue-
rit mandata executioni uoluntas praua reſignantis,
ut quia reſignatarius retroceſſit beneficium, aut re-
nunciauit perſonæ,de qua cogitauerat reſignans,nã
ex quo nullum interuenit pactum,nulla confidentia
committitur.ita Nauar.d.conſ.30.nu.2. ubi num.3.
reſpondit dubio,quod fieri poterat de fructibus.

Secundo infertur,confidentialem reſignationem
non eſſe iudicãdam eam,in qua nullũ interuenit pa
29 ctũ,licet reſignatarius receperit beneficiũ †reſigna-
tũ intentione ad reſignantis nutũ reſignare:ita in fa
cti cõtingẽtia reſpõdit Nauar.cõſ.27.de ſim.ubi am
pliat,hoc procedere etiam in foro interiori.

Tertio infertur non eſſe confidentiam ſimonia-
cam,& punibilem,conferre beneficium,vel procura
30 re,ut alicui conferatur beneficium,ea intentione†&
ſpe,quod ille aliquando cedet in fauorem ipſius,aut
alterius a ſe nominandi, ſi nulla conuentio interceſ
ſerit.ita Nauar.in Man.c.23.ſub nu.109.uerſ. & ea-
dem ratione, & in facti contingentia interrogatus
ita reſpondit idem Nauarr.conſ.33.de ſimon.nam
ibi quidam reſidens Romæ certioratus a fratre ſuo
de vacatione cuiuſdam beneficii,ut illud impetraret
ſibi,illud impetrauit pro dicto ſuo fratre,& expedi
uit literas,quas miſit ad fratrem,ad quem etiam ſcri
pſit noluiſſe illud beneficium impetrare pro ſe, ſed
pro illo,ea ſpe, quod ipſe renunciauerit illud ad fa-
uorem eius,quando eſſet adeptus ſubſtentationem
decentem,frater in Hiſpania manens accepit poſſeſ
ſionem,quam tres annos continuauit,poſt quos fra-
ter,qui impetrauit, exiſtens Romæ rogauit prædi-
ctum fratrem ſuum, ut reſignaret prędictum bene
ficium in ſui fauorem, & frater manẽs in Hiſpania
ſtatim miſit mandatum ad reſignandum, & ſcripſit
ei quod ea mente ſemper poſſedit, illud vt reſigna
ret in ſui fauorem.dicit Nauar.nullam adeſſe confi
dentiam punibilem,quia non adeſt pactum.Nec ob
ſtat,quod Pius v.damnet quærentes, & procuran-
tes beneficia,ut &c.quia reſpondit Nauar.ſub num.
5.uerſ.ad tertium,quod Pius Quintus non damnat
omnes,qui procurant aliis beneficia, ſed ſolum qui
procurant,ut de illis poſtmodum ad libitum ſuũ di
ſponant,fructus etiam percipientes illorum: quod
non fecit prædictus.

Quarto infertur non eſſe ſimoniacam confidẽtiã
punibi-



31 punibilem illam,qua quis confidit, quod collator †
poſt renunciationem liberam conferret beneficium
reſignatum illi,cui renuncians uolet, puta familiari
conſanguineo,aut amico,ut in ſpecie tradit Nauarr.
in Manual.d.c.23.num.109.ſi nullum pactum, mo-
dus,aut condicio interceſſerit,& in facti contingen-
tia interrogatus,ita conſuluit idem Nauar. conſ.36.
de ſim.quia talis fiducia iure naturali, vel diuino nõ
prohibetur,ſi aliud nõ obſtat,& nullus cõtractus in
teruenit,& tali caſu,neq; ſimonia cõſideratur Gl.in
c.ordinationes,uerb.pretio,1.q.1.Card.Pariſ.conſ.
135.n.17.uol4.Dec.in c.ex parte n.17.de off.deleg.
& eſt*cõis opinio.Et id valde notandũ eſt,quia fre
quenter accidit extra curiam.nam coram ordinarijs
beneficia non poſſunt renunciari,niſi ſimpliciter,&
eſt*communis omnium Doctorum ſententia, † &
32 patet in Conſtitutione Pij v.58.& alias late ſcripſi.
Multoties igitur euenit, quod renunciantes coram
ordinarijs renunciant ea intentione, vt illud benefi-
cium reſignatum ſimpliciter conferatur conſangui-
neo,amico,vel familiari,nullo pacto,uel conuentio-
ne intercedente,vtiq.hoc caſu nulla confidentia pu
nibilis committitur,vt reſpondit Nauar.conſ.36.de
ſimon.& etiam ſcribit idem Nauarr.in Summ.d.ca.
23.ſub nume.107.uerſ.ad decimum dico,in fine il-
lius uerſiculi,neque etiam ſimonia? D.Ant.2.par.tit.
1.c.5.§.11.communis opinio,*ſupra ſcripſi,neque e
tiam ſimonia mentalis.Card.Alex.in ca. quicunque
el primo 1.q.1.communis*opinio teſte Nauar.loco
cit.& dixi lib.14.q.6.de reſign.benef. ampl.2. Hinc
alias fuit deciſum*in Rota non committere ſimo-
niam,qui dedit mandatum ad renunciandum, cum
clauſula,ut poſt admiſſam renunciationem aliqui a-
mici rogent collatorem,ut conferat alicui teſte Caſ
ſad.deciſ.2.de ſimon.

Quinto infertur, non committere confiden-
33 tiam punibilem per has Conſtitutiones † eligentes,
& præſentantes aliquem ad beneficia vacantia, ea
intentione vt electus,ſeu præſentatus renunciet cõ-
ſanguineis,amicis,ſeu familiaribus ipſorum, ſi nullũ
pactum interceſſerit,ita Nauar.conſ.33. nu.4. uerſi.
tum quia,de ſimo.dicens eſſe abſurdum aliter ſenti-
re,& ab omni humana ſocietate,& charitate Chri-
ſtiana alienum:nam quiſque ſperat, & confidit pro
fauore recipere gratitudinem, & quod ille faciet in
gratiam ipſius aliquod magnum,uel paruum, & q.ſ-
que recipit beneficium,& concipit animũ retribuen
di,& oſtendendi aliquam gratitudinem erga bene-
facientem ſibi:namque iure naturæ conſtitutum eſt
34 ut†benefacienti benefaciamus.l.ſi non ſortem, §.li-
bertus,ff.de cond.indeb.S.Thom.2.2.q.78.art. 2.I.
& ſi lege,§.conſuluit,ff.de petit.hære. & hoc idem
uidetur firmare idem Nauar.in Manual. d.c. 23.nu.
109.& conſi.36.de ſimon.

Sexto infertur ex mandato dato ad renunciandũ
35 coram Summo Pontifice adiecta†conditione ut cõ-
feratur illi,& non alias non committi confidentiam
ſimoniacam,& punibilem,quia ita ſolent dari man-
data ſecundum ſtylum a multis annis obſeruatum
in curia,ex ſcientia,& tolerantia Papæ, ut tradit Caſ
ſad.deciſ.2.num.2.de ſimon.Boer.in tract.de auct.
Leg.a later.col.antep.Redoan.de ſim.2.p.c. 12.per
totum,& c.13.& quia nullum adeſt pactum inter
reſignantem,& reſignatarium.

Septimo infertur tractatum de conſtituenda pen
36 ſione abſque quo aliud dicatur,non†inducere confi
dentiam ſimoniacam,& punibilem,quia huiuſmodi
tractatus non ſunt improbati,ſi partes ultra nõ pro
grediantur ad firmam pactionem,& illam inſerant
in reſignatione:& iõ ita renunciare,poſtea nõ eſt cõ
fidentia,*cõis opinio,teſte Io. Petr. Bima conſ. 28.
nu.7.& 8,quod procedit etiãſi reſignãs nõ eſſet reſi
gnaturus abſque dicta penſione, nam, ſi poſtea Sũ-
mus Pontifex admittat reſignationem, concedatq;
penſionem,non eſt confidentia,Io.Petr.Bim. dict.
conſil.28.nu.6.& quod huiuſmodi tractatus ſint li
citi,tradit late Fel.in ca.ad audientiam 2.nu.3.de re
ſcr.Boer.deciſ.205.num.1.ſtante etiam ſcientia Pa
pæ.Caſſad.deciſ.2.de ſim.

Octauo infertur, quod impetrantes aliqua
beneficia, a Sede Apoſtolica,aut aliunde conce-
pta ſpe ea renunciandi in fauorem aliorum,ut con
ſequantur aliquam penſionem ,aut reſeruationem
fructuum,dũmodo nullo pacto, aut conditione,ex-
preſſe,vel tacite id fiat,nullam committere confi-
dentiam ſimoniacam,& punibilem,ita Nauar.cõſi.
36.ſub num.3.uerſ.Addo.& ratio eſt,quia hic caſus
non comprehenditur in dictis conſtitutionibus,er-
go illis pœnis non erit punibilis,cap.legatur 24.qu.
2.§.conſideremus,Authent.de trient.& ſemiſſ.col-
lumna 3.

37 Nono infertur,promiſſionem † generalem factã
a familiari Cardinalis verbis generalibus,ſe cũ om-
nibus,quæ habet,& habiturus eſt,eſſe paratum ob-
ſequio,& uoluntati ipſius,ſi poſtea ab ipſo Cardi-
nali ei procuretur beneficium, non inducere confi-
dentiam ſimoniacam.& confidentialem, ut in ter-
minis in facti cõtingentia reſpondit Nauar.conſil.
29.tit.de ſim.& ratio eſt,quia uerba generalia iactã
38 tiæ†non obligant.l.ult.ff.de teſtam.cap.cum ueniſ-
ſent,de inſt.

Inficiari tamen minime poteſt,quin collator aut
reſignans ex ea cogitatione mentis,& praua animi
intentione ſine aliquo exteriori actu, incidat in eã
39 ſpeciem†ſimoniæ,quam mentalem uocant opere ta
men ſubſequuto ideſt adepta re, quę ſperatur, &
ſequuto effectu,Abb.in cap. nemo, de ſimon.&
in c.tua nos,&c.conſulere,eod.titul.Ang. in uerſic.
ſimon.1.uerſ.pe.cum alijs.ut per Redoan.de ſimo.
part.1.cap.3.nume.6.& communiter* ab omnibus
ita tenetur.Et, quamuis Ioa.Maior in 4. ſent.diſti.
25.quęſt.1.& Adrian.in quolibet.9.Dom.Soto lib.
6.de iuſt.& iur.quæſt.8.art.1.tenuerint, ſimoniacos
40 mentales obligari†ad reſtitutionem taliter accepta
rum,ut coguntur in foro conſcientiæ uſurarii men-
tales,c.conſuluit,ubi Gl.Abb.Anto.de Butr.Anan.
Card.& alij*omnes communiter de uſur. ibi, Iudi-
candi ſunt male agere,& ad ea,quæ taliter ſunt acce
pta,reſtituenda in animarum iudicio efficaciter in
ducendi.Tamen contraria opinio eſt verior & cõ-
muniter*recepta ab omnibus Theologis,& Cano-
niſtis,ut ſimoniacus mentalis non obligetur ad reſti
tutionem,ut probatur in c.ult.de ſim.ubi dicitur,qđ
facultas conceſſa a Papa diſpenſandi cum monacis
quibuſdam,qui per ſimoniam fuerant adepti locũ
in Monaſterio,extenditur,ut ex ea poſſint abſolui
41 Abbates,tum quia beneficium Principis† latiſſime
interpretandum eſt, cap.olim,de uerb. ſignificatio-
ne,l.beneficium,ff.de conſt.princ.tum etiam quia ef
fectus Abbas non deſinit eſſe monacus,ut tradit ibi
Abb.qui dicit,ad hoc*communiter allegari illud c.
42 ſicuti effectus Rector †.non deſinit eſſe ſcholaris,
Bal.in l.nec patronus.C.de ope.nou.nunc. quam di
ſpenſationem ſubdit Summ.Pontifex non eſſe ne-
ceſſariam

ceſſariá in ſimoniacis mẽtalibus,illis uerbis,& ad re
ſignationes ſpiritualiũ,& temporalium, quæ nullo
pacto,ſed affectu animi præcedente utrinque tali-
ter acquiruntur,in quo caſu delinquentibus ſufficit
per ſolam pęnitentiam ſuo ſatisfacere Creatori,eos
pro ſim.huiuſmodi non teneri.& ibi Gl.Card.Ant.
de Butr.Abb.Anan.& alii omnes notant. D.Tho.
2.2.q.100.art.6.ad 6.Silueſt.in uerb .ſimonia. q.20.
* communis*opinio teſte Nauar.in Man. c. 23.num.
103.uerſ.ſecundo,ita exponentes utrinque 1.ex par
tę dantis,& accipientis,Fel.in tua nos,de ſim.cum a
liis,ut per Redoan.de ſim.par.1.cap.3.num.15.di-
xi lib.14.de reſign.benef.q.6.nu.14.Nec obſtat,qđ
uſurarius mentalis tenetur reſtituere,nam plures aſ-
ſignantur rationes differentiæ inter Vſuram, & Si-
moniam,quo ad hunc effectum,& Primam rationẽ
43 diuerſitatis aſſignauit Hoſt.quia uſura eſt†prohibi
ta ex ytroque Teſtamento,cap.quia in omnibus, de
uſur.Abb.in rubr.de vſur.& ibi omnes.Ioã. Capiſt.
* de vſur.nu.56.communis*opinio omnium Theolo
gorum,& Canoniſtarum teſte Couarr.lib.3. uar.re
ſol.c.1.& probatur Exod.c.22.iuxta expoſitionem
Diui Ambroſij, & Auguſtini in c.ſi quis, & ca.ſeq.
14.q.4.Deuteronom.cap.23.Leuit.c.25.Ezech. ca.
18.Neem.5.Eſai.24.Pſal.14.c. quoniam 14. q. 4.&
c.ſi quis obitus,eadem cauſ.& 9.Luc.6. Apoſt.1. ad
Rom.& 2.ad Corint.ac 4.ad Epheſ.& etiam de iu-
rė naturali,Bal.in rubr.C.de uſur.col.2.Io. Andr. in
mercurialibus,in reg.peccatum,de reg.iur.lib. 6.Io.
Capiſt.allegat.tract.nu.53.D. Tho.2.2.q.78.art.1.
Archiep.Florent.in 2.p.ſuæ Sum.titu.de vſur. nu.5.
* Sot.lib.6.de iuſt.& iur.art.1.col.4.communis * opi-
nio,ut atteſtatur Couarr.loc.cit.Clar.libr.5. recept.
44 ſent.§.vſura,uerſ.ſciendum,& ſecundum†aliquos ẽt
de iure ciuili,Gl.in d.c.quia in omnibus, de uſur.&
in c.quod dicam.14.q.3.Abb.in c.cum ſit,num.18.
* de form.compet.vbi atteſtatur*de communi.Imol.
in clem.1.nu.8.de uſur.Furt.Garz.de ult.fi.iur.illat.
5.Simonia vero nequaquam, Abb. & alij in cap.1.
de ſim.& in c.extirpandæ,§.qui vero nu.83.de præ-
ben.Sed hæc ratio nunquam mihi placuit,ſicuti ne-
45 que Panorm.d.c.vlt.nu.6.de ſim.†quia eſſet reſtrin
gere nimis diſpoſitionem illius,c.ad ſimoniam dũ-
taxat prohibitam iure humano,& tamen textus ge-
neraliter loquitur,& propterea debet intelligi,ut ꝓ
cedat etiam in ſimonia prohibita de iure diuino, in
* qua Papa non poteſt diſpẽſare ex * receptiori† Ioã.
46 Andr.Card.Ant.de But.& alii in c.primo de ſimon.
Dec.conſ.141.Caccialup.de penſ.q.19.n.17. & 18.
Redoan.de ſim.p.1.c.25.nu.27.& par.1.c.12.num.
19.& habetur in c.ex multis, 1.q.3.ſicuti neque in v
* ſura,communis*opin.per Couar.d.libr.3.uar.reſol.
c.1.n.8.immo proprie ille tex.videtur loqui de hac
ſimonia,cum pro ſtatu religionis fuerit datum tem
porale,idque videtur eſſe de iure diuino,Gl.in cap.
ex parte,de offic.deleg.Nauar.in Man.c.27.ſub nu.
100.Ideo ſecundum rationem diuerſitatis tradidit
Abb.antiq.in c.conſuluit,de vſur.quod ſimoniacus
mentalis non tenetur reſtituere, quia ſimonia pro-
prie concernit actum exteriorem, & venditionem,
47 ſed uſura †cõcernit animam iuxta illud Luc.6.Mu-
tuum dantes nihil inde ſperantes,Sed hæc ratio dã-
natur a Io.Andr.Panorm.d.c.ult.nu.6.& ab aliis cõ
muniter,quia non poteſt reddi ratio cõcludens,qua
re uſura magis cõcernat animam quam ſimonia,im
48 mo utraque inducit†peccatum mortiferum, clem.1.
de uſur,Caſtr.libr.de heret.c.ulti.Conrad.de contr.
q.25.26.& 27.Gl.in ſum.1.q.1.Zabarell.in cap.ex
tuæ,de ſim.& alii omnes.Tertiam reddidit rationẽ
diuerſitatis Io.And.quod magis uulneratur bonũ
charitatis ſperare lucrum ex mutuo,quam ex bene-
49 ficio,quia in†mutuo teneris mihi reddere tantundẽ
ſub identitate ſubſtantiæ,l.2.§.mutui datio,ff.ſi cer.
pet.& ibi Dec.num.2.ac alij,ſed in beneficio conſe
queris beneficium ſine alia reſtitutione , & propter
50 ea dicitur†beneuola actio,ca.1.quibus mod.feud.a-
mitt.in vſibus feud.Io.Selu.in tract.de benef.p.1.q.
1.Rebuff.in prax.benef.in princ.& quia magis quis
obligatur ad mutuum,quam ad concedendum bene
ficium,cum ex mutuo minus lędatur mutuans,nam
conſequitur identitatem,& conferre ſit donare.Gl.
& Doc.in ca.cum acceſſiſſent,de conſt.& compro-
bat Io.Andr.quia in ſimonia mens utriuſque, dan-
tis ſcilicet,& recipientis,poteſt eſſe deprauata, & iõ
melior eſt conditio poſſidentis,ſed in mutuo tãtum
eſt deprauata mens mutuantis, non mirum ergo ſi
tenetur reſtituere: Has autem rationes differentiæ
iure confutãt Abb.d.c.ult.nu.6.uerſ.ſed aduerte, ex
eo quia non concluduntt. nam quod beneficiarius
nõ teneatur illud beneficium ſibi collatum reſtitue-
51 re,euenit ex natura beneficiorum, quę debent † eſſe
perpetua,c.ſatis peruerſum,diſt.56.Gl.1. in c.paſto
ralis 7.q.1.Card.conſi.57.Card.Pariſ.conſ.119. nu.
16.uol.4.Quod autem beneficium ſit donatio,uerũ
eſt,reſpectu effectus conſiderati, in d.c.cum acceſſiſ
ſent,& ex collatione non grauantur,neque recipiũt
læſionem habentes facultatem conferendi,ſicuti ſi
donarent bona propria,cum ad collationem tenea-
tur ratione officii,c.ne pro defectu,cum ibi not.de
52 elect.& hac ratione fuerunt inuentę † deuolutiones
c.cum noſtris,c.literas,de conceſſ.præb.ca. vnico,vt
Eccleſ.benef.c.ult.de conſue.lib.6.Gl.& Doct.in c.
cum in cunctis.§.1.de election.late Rebuff.in prax.
titu.de deuolutionibus col.1.& 2.quod autem dicit
Io.Andr.quod in ſimonia ſit deprauata mens utri-
uſque & in uſura mens unius,id poteſt eſſe falſum,
& oppoſitũ poſſet accidere, ut ex exemplis traditis
per Abb.d.c.ult.nu.6. conſtat,& uoluit Couaru.in
reg.peccatum reg.2.ſub num.8.fol.43.& 46.& pro
pterea Quartam rationẽ diuerſitatis aſsignat Abb.
53 d.c.ult.num.7.prope fi.hoc eſſe inductum† in odiũ
uſurariorum,& fauorem pauperum.Sed hæc ratio
neque concludit cum ſimoniaci ſint admodum o-
dioſi ſacris ordinibus,& hominibus,ca.ult.in fin.de
purgat.canon.c.ult.1.q.7.c.per tuas primo de ſimo.
54 Et propterea ſimonię crimẽ comparatur† Idolatrię
c.cito,& c.eos 1.q.1.& reputatur crimen deteſtabi
le,& atrociſſimum.Abb.in c. ſicut,in prin.de ſimo.
Sarnen .de trien.q.12.nu.13.Mihi autem probatur
ratio diuerſitatis,quam tradidit Nauarr.in Manual.
c.23.d.nu.203.uerſ.tum quia.Nam per ſimoniã mę
talem accipit ab eo qui male dat,ob ignorãtiam hu-
ius prauæ intentionis,nemini tenetur illud benefi-
cium reſtituere:Recipiens aũt uſuram uidetur in cul
pa,& male accipit,& ideo tenetur reſtituere danti,
55 qui in hoc non peccauit,nam uſuram† ſoluere non
eſt peccatum,c.debitores,de iureiur.Recipere autẽ
ſic,& regula eſt,qđ qui male recipit ab eo,qui bene
56 dat, teneatur reſtituere†dãti,c.nõ ſane cũ gl.14.q.5.

*SVMMARIVM*

1 *Primus caſus cõfidentialis cõſtitutionis Pii Quinti.*
2 *Ex ſimulatione colligitur fraus.*

3 *Argu-*



3 *Argumentum a præcedentibus,vel ſequentibus validum.*
4 *Fraus ex vicinitate actuum.*
5 *Confidentia quando in reſignatione fit pactum,vt Reſignatarius reſtituat illud benef.*
6 *Beneficium non poteſt reſignari ſub conditione mortis.*
7 *Beneficia debent pure reſignari.*
8 *Beneficia debent dari abſque conditione,*
9 *Ex retroceſſione reſignatio non præſumitur pura.*
10 *Promiſſio facta a reſignatario reſignãti ſimoniaca.*
11 *Fraus ex correſpectiuitate.*
12 *Simonia etiamſi ex promiſſione committitur.*
13 *Monaſterium regulare,vel ſeculare.*
14 *Monaſterium ſine conuentu datur in commendam.*
munis omnium ſententia in l.ſi ſeruus plurium, §.
ult.ff.de leg.1.& ſubiungitur Eccleſiaſticum,ut hæc
dumtaxat propter ſpiritualitatem includantur,nam
beneficium accipitur large ꝓ omni eo, quod gratis
42 tribuitur,& definitur hoc caſu,beneficium†eſt bene
uola actio gaudium tribuens capienti, Bald. conſi.
112.col.1.lib.2.& conſ.501.col.2.lib.1. Doct.in ca.
43 indultum,de reg.iur.lib.6.& iſto modo feudum†di-
citur beneficium,ut patet in tit.de beneficio fratris,
&c.in uſibus feud.& dicimus uulgariter beneficium
44 debere†interpretari late,& ut ſit manſurum , & ut
iuuet eum cui tribuitur, c.1.de commod.c.cum dile-
cti,de donat.c.decet,de reg.iur.lib.6.ubi Din. & a-
* lij*omnes,& nemini debere auferri,l.4.C.ſi ex teſt.
c.de his in fin.diſt.37.Crau.conſ.7.nu.13.& capitur
45 ſtricte† pro beneficio Eccleſiaſtico de quo nos lo-
quimur,cap.ex parte,de conceſſ.præbend. ca.benefi
cium de regul.iur.in 6.cap.ex multis circa medium
1.quæſt.3.

Quinto intellige hanc concluſionem procedere
& vendicare ſibi locum quocumque modo uacaue-
rit illud beneficium ut oſtendunt uerba poſita
46 in hoc §.†*quouis modo uacans* , *&c.*quæ ſunt admo-
dum generalia,& apta comprehendere omnes ſpe-
cies vacationis,iuxta ea,quæ dicunt Glo. in clem. 1.
de iud.& in clem.1.de uit.& honeſt.cler.& in clem.
1.de re iud.& in clem.1.de iur.patron.& in clem .ne
in agro,de ſtat.monach.& in clem.1.de ſent. exco.
47 & cum non diſtinguant,neque nos diſtinguere†de-
bemus.



bemus,c.ſolite,de mai.& obed.& ibi Abb.in vlt.no.
* Dec.conſi.78.col.3.& ideo quamuis communiter*
ſit receptum feudum non tranſire ad extraneos hæ
redes,fallit tamen hoc quoties dictum fuit in conceſ
48 ſione pro ſe,†& ſuis hæredibus quibuſuis,ſeu quibuſ
cunque,nam tũnc tranſire ſcriptum reliquere,Bald.
in l.cum uirum col .ult.C.de fideicom.Alexã. in l.ſi
patroni,in princ .col.pe.ff.ad Trebel.Aret.& Iaſ.in
l.gallus.§.etiam ſi a parente.ff.de libe.& poſth. late
Georg.Nat.in tract.de ſtatut.q.4.nu.122.& plura ſi
milia deducit Gig.de penſ.q.19.col.1. & 2. faciunt
quę ſcribunt Alex.conſ.30.col.2.& 4.lib.5.Card.Pa
riſ.conſ.25.nu.113.& conſ.68.nu.29.uol.1.Nic.Fe-
ſtaſius de æſtim.& coll.c.7.nu.51.

Et ratio huius concluſionis ſupradictæ eſt , quia
omni vacationi militat ratio fraudis, & ſimoniæ,iõ
quocunque modo vacauerit beneficium,& ordina-
rius,vel alius collator conferat illud cum pacto ex-
preſſo,uel tacito dimittendi,uel reſignandi alicui ad
requiſitionem,committitur confidentia, & ſic ſiue
vacauerit beneficium per obitum,ſiue per renuncia
tionem,aut priuationem,vel alio modo , prout per
Doct.in c.ſuſceptum de reſcr.lib.6.Rebuff.in praxi
in 3.par.habet locum cõfidentia,cum militent uer-
ba , & ratio conſtitutionis, ut ſupra ample dedu-
ctum eſt.

Sexto intellige hoc caſu committi confidentiam
ſiue pactio ordinarij,aut alterius collatoris fuerit ex
preſſa,ſiue tacita,ut uerba illa poſita in hoc §.*ea con
ditione tacita ,uel expreſſa,&c.*ſignificant, nã utra-
que conditio habet futurũ euentum,& mutat natu-
ram collationis,quę debet eſſe libera,& gratuita, vt
49 dixi ſupra,nam†ſuſpendit actum,Bar. in l.1.colu.1.
ff.de cond.& demoſt.eſt tex.in §.conditiones, Inſt.
de uerb.oblig.l.multum,ff.de cond.& demonſt.l.in
facto,l.hæres,ff.de illo eod.titu.l.cedere diem ff.de
uerbo.ſign.Gl.in rub.ff.de cond.& demonſtr. Azo
in ſum.C.eo.in prin.Abb.in rub.extr.Bal. in rub.C.
50 de inſt.& ſubſt.fit enim conditio per†dictionem,ſi,
& cum l.1.vbi Bar.in l.3.l.hæres meus,l.qui hæredi,
ff.de cond.& demonſt.Bar.in l.1.ff. de cond.inſt.&
in l.in illa §.ult.ff.de uerb.oblig.& ideo reddit ſimo
niacam collationem factam tali conditione , Doct.
omnes in c.cum M.de conſt.& in c.cum pridem,de
pact.& in c.non ſatis de ſim.cum aliis,ut per Card.
Pariſ.conſ.29.col.2.uol.4.

51 Et ratio eſt,quia taciti†& expreſſi eadem eſt uir
tus potẽtia,& efficacia,l.cum quid,ff.ſi cert. per. ubi
Doct.omnes notant & Iaſ.in l.Marcellus nu.47.ff.
eo.tit.Ant.de Burgos in c.quę in Eccleſiarum num.
67.de conſt.ubi notat caſum quo plus operatur taci
tum,quam expreſſum . Et ideo inquit Dec.in d.l.cũ
quid nu.3.quod ſi inſtrumẽtum,habet paratam exe-
52 cutionem ex forma ſtatuti,etiam illud,quod tacite†
continetur in inſtrumento,habebit executionem pa
ratam,Bal.in l.ad probationem la 1.C. de prob.ubi
refert pro hac opinione conſuluiſſe,& fuit primum
conſilium eius,Bal.in l.1.§.& ut plenius C.de rei ux.
act.Abb.in c.cum olim in ult.not.de cenſ.Fel.in ca.
tranſlato de conſt.Alex.in l.iuriſgentium,§.quod fe
re,ff.de pact.ad quod faciunt notata per Glo.in cle.
1.de elect.& in clement.auditor,de reſcr.Barbat.in
repet.rub.de fid.inſtr.nu.76.Ant.de Burg. in c.cum
acceſſiſſent num.287,de conſt.ubi dicit nullam eſſe
53 differentiam inter tacitum,†& expreſſum.Hinc ta-
cita hypotheca ita operatur,ut expreſſa,late Nicoſ.
de pignor.memb.5.p.2.princ.nu.2.cum ſequ. uſque
ad finem,& num.88.Paul.de Caſtr.conſ.384. lib.2.
Alex.conſ.58.libr.2.Hinc etiam tacita renunciatio
54 beneficij idem†operatur , quod expreſſa, cle.gratiæ
ubi omnes de reſcr.Doct.in c.de multa,de præben.
Card.Pariſ.conſ.40.num. 30 .uol.4. Nauar. conſ.3.
de renunc.Curt.Sen.conſ.80 .Præpoſ.in ca.quamuis
nu.1.7.q.1.& plures ad hoc adduxi,ponendo, exem
pla de reſign.benef.lib.1.qu.1.col.3.& 4.ac 5.Hinc
55 etiam tacita auocatio†cauſæ idem operatur, quod
expreſſa,Bald.in l.ſolet,§.ſicut, ff. de offic. proconſ.
Doct.in ca.ſi quem,de procurat.lib.6.Lancell.de at
tent.poſt auoc.cauſ.cap.10.num.12.Hinc etiam ta-
56 cita†renunciatio excludit attentatorum reuocatio-
nem,ſicut expreſſa,Lancellot.de attent.limi. 15.nu.
57 20.Mandoſ.de inhib.q.99.Hinc † appellatio renun
ciatur renunciatione tacita,& expreſſa, Lancello.de
act.c.12.nu.15.& tacita petitio in reuocatione attẽ
tatorum ſufficit,Idem Lancell.ubi ſupra c.25.num.
17.& tacita renunciatio nominationis ſufficit, Re-
buff.de nominat.q.ult.nu.18.& 19.ac tacita renun-
ciatio regreſſus,Card.Pariſ.conſ.76.num.7.uol.4.&
ſententiæ,Card.Pariſ.conſ.5.num.42.uol.1.& rei iu
dicatę,Corn.conſi.148.num.20.uol.2.cum aliis quę
addduxi d.lib.1.de reſign.benef.q.1.num.3.& 4.cũ
58 ſeq.Et expreſſam conditionem†in terminis horum
uerborum intelligerem,quoties fuit deducta, & po-
ſita in ipſa collatione , vel in alia ſcriptura publica,
uel priuata ,uel coram pluribus,ut colligitur ex his,
quæ ſcribunt Doct.in l.1.ff.de cond.& demonſt.

59 Expreſſum enim dicitur,quod colligitur†ex ver-
bis,Bar.in l.uxorem,§.agri plagãl, ff.de leg.3.& in l.
fideiuſſor §.meminiſſe,ff.de leg.1.Cæph. conſ. 133.
nu.8.& conſi.135.num.20.uol.1.Card.Pariſ.conſi.
32.nu.78.uol.1.& conſ.71.nu.5.uol.4. Tacitam au-
60 tem intelligerem,quoties†interuenit,verum nõ fuit
deducta,ita palam,& publice in inſtrumento colla-
tionis,vel in alia ſcriptura,ſed interceſſit inter con
ferentem,& eum cui fuit collatum beneficium taci-
te,ac ſecrete,& deprehenditur ex coniecturis , & ſi-
gnis ac præcedentibus,uel ſequentibus geſtis , iuxta
ea quæ egrẽgie in hac materia deducit Hier. Gabr.
conſ.172.num.3.uol. ſecundo,Maſcard.de probat.
concluſ.1306.num.33.& hoc eſt,quod dicimus, qđ
51 fiunt tacitę†promiſſiones,& conuentiones l.Labeo
l.item,quia,ff.de pact.ibi conuentiones etiam tacitę
ualent,Nauarr.in comment.de dat. & promiſſ.pro
iuſt.uel gratia,in 11.not.ſub num.23.Sed circa hæc
uerba multoties uidi dubitare,quomodo deprehen
datur huiuſmodi tacita conditio , ideo in hac parte
hæc conſtitutio eſſet declaranda,& de duobus alte-
rum facere, vel tollere illud,quod dicitur de tacita
conditione,& ponere de conditione tantum, prout
intelligitur,& declaratur a iure,vel declarare , quo-
modo hæc tacita conditio deprehendi debeat , &
R.R.PP.Auditores Rotæ deputati , ita reſponderũt
fel.rec.Sixto Quinto volenti tunc declarare hãc bul
62 lam, nam regulariter conditio non præſumitur †ſi
uerba non ſunt ſatis clara,Bar.in l.cum mota col.1.
poſt n.2. C.de tranſ.Abb.conſ.4.n.34.Maſc.de pro
bat.concl.343.nu.1.ubi infert nu.2.vſque ad finem
ad plures caſus frequentes.

Quouſque autem hæc Conſtitutio Pij v.non mo
derabitur in hac parte huiuſmodi tacita conditio
63 poſſet colligi†ex coniecturis, & ex ſequentibus ge-
64 ſtis,nam his modis probatur dolus, † & fraus & alia
ſimilia in animo conſiſtentia,l.dolum cum ſimo.C.
de dol.Rui.conſ.4.n.10.uol.1.& conſ.73.nu.1. & 9.
uol.2.

uol.2.Card.Pariſ.conſ.75.nu.31. uol.1. & conſ.89.
nu.29.eod.vol.Barb.conſ.17.nu.28.uol.2.Cor.cõſi.
65 124.num.4.uol.3.Quæ enim ſunt† difficilis proba-
tionis,ut hæc eſt,Burſ.conſ.40.num.63. uol.1. pro-
66 bantur†leuioribus probationibus,Menoch. de arbi.
67 iud.caſ.116.nume.21.& quæ etiam†occulte patrari
ſolent,Feder.de Seni.conſ.119.Alex.conſ.53.nu.1.
lib.2.Grat.conſ.61.nume.15.libr.2. & quoties quis
uerbo non promittit,ſed facto dat,vel deponit, uti-
que hæc ex coniecturis deprehenditur eſſe tacitam
conditionem,& per conſequens cõmitti ſimoniam,
Nauarr.in d.comment.de dat.& promiſſ. not.11.in
fi.num.23.poſt Io.Monach.quem citat,& eſt ratio,
68 quia plus†exprimitur facto,quam uerbo,l.ſi tamen
§.1.ff.de ædil.edict.& plus eſt appellare facto, quã
69 uerbo,c.dilecti,de appel.nam facta† loquuntur,arg.
c.cauete,el 2.2.q.5.Et ideo promiſſio expreſſa, &
tacita pro iuſtitia,vel gratia obtinenda,ut dicit Na-
70 uarr.loco cit.facit incidere in † pęnas conſtitutionis
incip.Ab ipſo Pontificatus,&c.Greg.xiij. inno uan-
tis extrauag.Bonif.8.prima ſub titu.de ſent. excom.
iam reuocatæ per Clem.v.teſtę Palud.in 4. diſti. 18.
quęſt.3.colu.penul.Angel.in verbo excommunica-
tio 5.caſ.25.Silueſtr.in uerb.excommun.7. 46. Ca-
iet.poſt caſ.81.

71 Illud autem non omittam, †quod tacitum tribus
modis non habetur pro expreſſo,& non eſt eiuſdẽ,
neque ſimilis potentię cum expreſſo,ut tradit egre-
gie Iaſo.in l.cum quid nume.18. ff.ſi cert.pet.primo
quando omittitur aliquid de ſubſtantia,uel forma,
tunc enim non haberi pro expreſſo,probat text.in l.
quicquid aſtringendę ſecundum vnum intellectum
ff.de uerb.obl.l.3.§.ſi quis in ſolam,ff.de eo qđ cert.
loco,quod habet locum etiam in ultimis uoluntati-
bus,l.iubemus,l.hac conſultiſſima,C.de teſtam. re-
72 gulare enim eſt,ut†ſubſtantia rei in primis rema-
neat,cuius corruptio eſſentiam rei perimit.l. ubi ita
donatur,de don.cauſa mort.l.ſi quis ante,de acquir.
poſſeſ.l.cum præcario,de præcar bonus tex. in l.Iu-
lianus §.ſi quis rẽ.ff.de exhib.Zaſ.de feud.p.12.n.20.
Brun.de mut.concl.1.nu.33.Ac ẽt forma,l. certa for
ma,l.prohibitum,C.de iure fiſc.lib.10.l. conſtitutio
nibus,ff.ad munic.Bal.in l.cõparationes in 3.oppoſ.
* C.de fid.inſtr.Doct.*omnes in ca.1. de conſt.Dec.
73 conſ.90.num.6.quæ eſt†principium angulare, Doc.
in l.omnes populi,ff.de iuſt.& iur.& in l. cunctos
populos,C.de ſum.Trin.& fide Cat.ca.cum dilecta
de reſcr.Bal.conſ.11.col.ult.lib.1.Card.Pariſ.conſi.
12.num.47.& conſ.15.num.23.& conſ.33.num.20.
uol.2.Dec.conſ.699.num.4.& 5.Roland.a Val.cõſ.
70.nu.13.lib.1.

Secundo tacitum non habetur pro expreſſo pro-
pter nimiam incertitudinem l.quicquid aſtringẽdæ
ſm aliũ intellectum,ff.de verb.obli.paria enim ſunt
74 non eſſe, † uel eſſe & non apparere,l.duo ſunt Ti-
tij,ff.de teſta.tut.l.quoties,ff.qui ſatiſd. cog. ubi Iaſ.
late,l.2.C.de ſucceſſ.edict.Incerta quamuis ſint ue-
ra,non tamen ſunt iudicanda,ut per Pauin.de viſita.
p.2.q.7.num.40.Doct.omnes in c.præſentia,de pro
* bat.& in l.vlt.C.ad accuſ.vbi* communis eſt opin.
76 probationem†debere eſſe concludentem, ideo con-
ſuluit Gabr.in hac materia intentionem prauam v-
nius debere eſſe notam alteri conſ.172. lib.2.

Tertio,quando tacitum agebatur ex una parte tã
tum,nam hoc caſu habetur pro omiſſo, & non po-
teſt haberi ullo modo pro expreſſo,l.ſi repetenti,C.
de cond.ob cauſ.Gl.in d.l. cum quid,ff.ſi cert.peta.
* & ibi Bart.Iaſ.nu.18.in fi.& alii*omnes. Et eſt ra-
77 tio,quia hoc caſu ceſſat definitio pacti,quæ†eſt duo
rum,vel plurium placitum l.1.ff.de pact.ubi Doct.
78 & definitio ſtipulationis,quę requirit †interrogatio-
nem,& reſponſionem l.5.§.ſtipulatio,ff.de uerbor.
oblig.& natura ipſius conditionis,quæ fit per dictio
nes ſi,& cum l.1.l.qui hæredi,ff.de cond.& demon.
& intentio praua unius non eſt nota alteri unde in-
trat quod in his terminis conſuluit Gabr.conſi.172.
lib.2.Ex hac,& alijs rationibus conſuluit Nauar.col
lationem non eſſe confidentialem factam ab epiſco
79 po intentione praua,†quod ille poſtea de beneficio
diſponet ad ſui nutum, ſi huiuſmodi intentio non
fuit nota ei, cui fuit collatum beneficium conſi.30.
per totum de ſimon.

His ergo tribus caſibus,ſiue exemplis poſſent plu
res concluſiones,& quæſtiones, ac caſus terminari,
ut non iudicentur collationes confidẽtiales, ut quia
non adeſt pactio,& ſic deficit ſubſtantia, & forma
iuxta ea quę ſcripſi alias.Et propter nimiam incer-
titudinem,& quia intentio praua unius non eſt no-
ta alteri late Gabr.d.conſil.172.lib.2. quia confidẽ
80 tia non poteſt†cadere in ignorante mẽtem eius,qui
confidere intendit,l.quidam,cum filium, ubi Doct.
81 ff.de hæred.inſtitu.actus enim†bonus,uel malus ex
agentis intentione iudicatur,D.Tho.1.2.q. 18. art.
9.& in concl.8.Anto.de Butr.in c.cum ex officii, de
preſc.Fel.in c.auditis eo.tit.

Cętera autem ad hanc materiam pertinentia ad
duxi alias per nouem illationes.

Septimo intellige,ſiue conditio appoſita in colla
tione fuit ut de illo beneficio diſponatur ad uolun-
tatem collatoris,ſiue alterius, ut probant illa uerba
poſita in hoc §.ut poſtea in alterũ pro arbitrio col
latoris,aut alterius cuiuſcunque contra iuris commu
nis ordinationem diſponatur, quę æquiparant hos
82 duos caſus,ut diſpoſitum in vno cenſeatur † eſſe di
ſpoſitum in alio, ut eſt natura æquiparatorum, l.ſi
quis ſeruo,C.de furt.l.ut tantum,ff.de ſeru. corrupt.
l.ult.ff.de acceptil.Gl.in c.ſi poſtquam de elect.lib.
6.Corn.conſ.133.num.8.lib.2.& ratio eſt, quia ni-
83 hil refert,quod aliquid fiat per unum,vel†per alium
dummodo illud ſit expreſſe prohibitum , ad ef
fectum,ut incurratur pęnam inflictam §.1.auth.de
monaſt.Gl.& Bar.in l.1.ff.de poſtul.Doct.in c.no-
uit.de iud.& faciunt c.non afferamus diſt. 34. auth.
omnes peregrini,C.communia de ſucceſſ.Marſ.cõſ.
6.in fine,ſufficit enim quod origo fuerit mala, & illi
cita,ac ſimoniaca,ſcilicet ipſa pactio in collatione,
84 nam†origo in primis,& ante omnia ſpectanda erit
l.3.C.ad Maced.l.ſi procurator 1.reſp.ff.mand.l.clã
poſſidere,ff.de acq.poſſ.Mar.Soc.Sen.in c.veniens
ſub nu.52.de accuſ.& ſufficiet effectus ſequutus, qđ
in alterum diſponatur,ſiue ei go uoluntate collato-
ris,aut alterius,idem erit,l.ult,C.com.de iud.l. ult.ff.
mand.l.mulier,ff.ad Treb.l.ſi mater,ff.de inſtitu.&
ſubſtitut.cap.in his,de uerbor.ſignific.Sarn.in §.ex
maleficiis num.47.Inſtit.de act.Crauett.conſi. 300.
ſub numer.2.

Sed contigit dubitare,quomodo intelligatur hęc
uerba pro arbitrio collatoris,aut &c. communis in-
* telligentia*recepta eſt etiam in praxi intelligi pro li
bera diſpoſitione,ut habetur in l.1.C.de ſacr.ſanct.
85 Eccleſ.uerbum enim arbitrium,†quamuis multipli-
citer capiatur,ut per Peruſ.de arbitr.lib.1.c.6.hic au
tem capitur pro diſpoſitione,& nutu l.in re manda-
ta,ubi Gl.C.mand.Menoch.de arbitr.Iud.quęſt.1.
num.1.



num.1.Georg.Natt.in clem.ſæpe §. non ſic tamen
num.69.de uerbo.ſignific.Andr.ab ex.in capi. Ca-
nonum ſtatuta nume.391.cum ſequen. de conſtitu.
Pariſ.conſil.38.numer.69.uolum.3. Vt ſenſus ſit,ut
committatur confidentia,ſi ille, cui confertur bene
ficium promiſit collatori de eo diſponere ad arbi-
trium,id eſt uoluntatem, & nutum ipſius,uel alte-
86 rius cuiuſcunque,ſub qua dictione†omnes includũ-
tur,tam ſi ſint familiares,ſeu cõſanguinei ipſius col-
latoris,quam ſi ſint amici,uel penitus extranei,iux-
ta ea,quæ ſcribit Alberic.in l.metum §.animaduer-
tendum,ff.quod met.cauſ.

Octauo iuxta ea,quæ proxime diximus intellige
procedere hanc concluſionem,vt committatur con
fidentia,quomodocumque ille,cui fuit collatum be
neficium cum huiuſmodi conditione dimittat, aut
reſignet illud qualitercunque,aut alias diſponat ad
uolũtatem ipſius collatoris uel alterius, nam ita ver
bum illud contra communem iuris ordinationem,
diſponatur probat.Et ratio eſt,quia dictum uerbũ
87 diſpono†eſt admodum generale,& aptum compre
hendere omnes, & quoſcumque caſus,§. diſponat
auth.de nupt.§.nos omnia,auth. de teſtament. im-
perfect.§. cum autem Inſtitut. ex quibus cauſ.ma-
num.non poſſ.Alberic.de Roſat.in dictionario in
uerb.diſpoſitio.Corn.conſi.273.colum.7. in fin.vo
lum.4.Cardinal.Pariſ.conſil.33.nume.57. & 62.uo
lum.3. generaliter igitur erit intelligendum, ac in-
terpretandum,Bald.in l.in fraudem,ff.de teſt. mili.
eſt tex.in le.1.§.& generaliter,ff.de leg. præſt.le.1.
§.quod autem,C.de aleæ luſ.& aleat.Et hoc in ter-
minis cõcluſionis noſtræ poteſt uerificari pluribus
modis.Primo,ſi collator,uel alter velit,ut beneficia
tus renunciet beneficium ſimpliciter coram eodem
Collatore,ad effectum, vt tunc poſſit de eo rurſus
diſponere,& illud conferre,cui uoluerit iuxta ſuam
facultatem,ita Feli.de except.in princip. ut dixi de
reſign.benefic.libr.8.Secundo ſi collator, uel alter,
cuius arbitrium fuit reſeruatum in collatione,ut di-
ctum eſt,velit vt beneficiatus illud reſignet in ma-
nibus Summ.Pont.in fauorem alicuius,& ſic amici,
conſanguinei,uel familiaris.Tertio,ſi collator, uel
alter uelit, ut beneficiatus illud permutet cum alio
beneficio exiguo,iuxta ea,quæ habentur in ca.2.de
renun.in 6.Quarto,ſi collator velit,ut illud reſignet
in fauorem cuiuſcumque,ipſe beneficiatus uoluerit,
reſeruata tamen penſione pro amico,cõſanguineo,
uel familiari ipſius collatoris.Quinto,ſi ille,in cuius
arbitriũ collator reſeruauit,velit,ut beneficiatus il-
lud reſignet in ſui fauorem,& iſte caſus poteſt eue-
nire,ut hoc unico exemplo demonſtrabo. Prę ſup-
ponamus beneficium fuiſſe reſignatum ſimpliciter
88 †in manibus Epiſcopi, qui admittit renunciationẽ,
ex cauſis poſitis in cõſtitutione 58.Pij V.incip.Quã
ta Eccleſiæ Dei incommoda, quam retuli formali-
ter & commentatus ſum de reſign.benefi.lib.5.q.6.
& ut ſeruet tenorem huiuſmodi conſtitutionis pro
80 hibentis beneficia renunciata coram† ordinariis cõ
ferri familiaribus,uel conſanguineis eorumdem or-
dinariorum,uel reſignantium,ſub pœnis ibi expreſ
ſis,confert beneficium reſignatum Titio,tacita, uel
expreſſa conditione,ut illud poſtea reſignet ſuo fa-
miliari,uel conſanguineo,aut familiari,uel conſan-
guineo reſignantis,vtique hęc eſt confidentia,& vr
eſſe etiam prohibitum in dicta Conſtitutione 58.
Pij V.ibi,etiam per fallacem circuitum multiplica-
tarum in extraneos collationum,&c.& firmauid.li.
5.q.6.de reſign.benef.num. 188.Hinc in ſimili Ro
* ta in una*Calciaten.coram Fabio de ann.1548. ha
buit pro probata ſimonia ex eo quod quis loco ſui
90 eadem die ſubſtituerat† generalem Vicarium ad cõ
ferendum,qui eadem die ei contulerat ex not.in ca.
cum officij de elect.& per Feder.conſi.258.ut atte-
ſtatur Achil.de Graſſ.deciſ.340.impreſſa. Exem-
pla autem ſiue cauſæ aliorum caſuum ſupra poſito-
rum poſſent colligi ex §.multis huius cõſtitutionis
noſtræ Pij V.ſuper confidentijs,ut ſcilicet beneficia
ijs quibus fuerunt collata aſſeruentur infantib. uel
naſcituris exiſtentibus in bello,aut bannitis, & cęte
ris criminoſis,aut incapacibus,aut alias,ut ibi,ex q-
bus plures concluſiones poſſunt decidi,& firmari.

Ex his etiam ſatis declarantur alia uerba ibidem
poſita contra iuris communis ordinationem, nam
ut ſupra deduxi huiuſmodi pactum poſitum in col
latione eſt ſimoniacum,dd.in cap. cum pridem de
pact.& in c.querelam,& c.non ſatis,de ſimo. & per
conſequens illicitum,D.Thom.2.2.q.100.Theolo
* gi*omnes in 4.ſent.diſt.25.Gloſ.in ſum.1. q.1. dd.
omnes in rubr.de ſimon.& nunc confidentiale per
hanc Conſtitutionem.Ideo ſi ſequatur effectus id
eſt adimplementum illius conditionis,ut quia de be
neficio fuit diſpoſitum pro arbitrio collatoris renũ
ciando illud,aut alias,hoc uidetur factum contra or
dinationem iuris communis multis modis, primo,
quia mutatur natura collationis, quæ debet eſſe li-
bera,dd.in c.penu.de elect.& in cap.1. ut Eccleſia.
benefic.cum alijs deductis ſupra. Secundo,quia mu
tatur natura reſignationis beneficiorum,quę debet
91 †quoque eſſe pura,Rot.deciſ.6.num. 2. de renunc.
in antiquior.Ioann.Monach.in cap.mandatum,nu
mero 5.de reſcr.Redoan.de ſimon.p.2.2.cap.10.&
* omnes*alij,ut probaui de reſign.benefic. libro 14.
92 num.1.cum ſeq.&†libera,Oldra.conſi.324.ſub nu-
me.5.Hoſt.in ſumm.de renunc.§.qualiter,Rot.de-
ciſ.5.n.2.de renũ.in nou.& dec.6.n.2.e.tit.in antiq.
Tertio,quia cõmittit ſimonia,ita execrabiliter pro
hibita a iure,vt patet in toto tit.de ſim. Quarto,qa
committitur confidentia, q̃ẽt acriter eſt prohibita.

Quinto,quia perpetrantur delicta,vt late per Ma-
ſcard.de probat.concluſ.1305.colum. 1. quæ om-
nia committuntur contra iuris ordinationem , &
93 ideo puniuntur†ſecundum eorum qualitatem,cap.
non afferimus diſtin.34.& habetur in cap.25.Deu-
ter.Marſil.conſil.6.in fin.Card.Pariſ.in l.1.nu.124.
ff.de oper.nou.nunc.lex enim ſummo ſtudio niti-
94 tur,ne delicta†perpetrentur l.1.C.ad l.Iul.repet.le.
2.ff.de orig.iur.cap.ſuper litteris.de reſcrip.l.2. C.ſi
contra ius,uel util.pub.

Sexto,quia homines illaqueantur,cum huiuſmo
* di conſtitutio ex*communi liget in foro interiori.

Hiſce de cauſis fit contra iuris ordinationẽ,& fa
ciũt quæ oẽs volunt,in l.non dubium,C.de legib.

Scđum caput huius §.ponentis ſm caſum confi
dentię beneficialis eſt,quoties prouiſus ab ordina-
rio,uel alio collatore conditione tacita,uel expreſſa
diſponit de omnib.uel parte fructuum beneficij col
lati ad vtilitatẽ,ſeu libitũ ipſius collatoris,uel dece-
dẽtis,aut alterius,vt patet illis uerbis, ſiue ut de eo
95 ꝓuiſus fructus illius,uel partẽ ad utilitatẽ,†uel libi-
tũ cõferẽtis,vel decedẽtis,aut alterius relinquat,uel
remittat,& ita volũt Naua.in Manua.c.23. ſub nu.
110.Maiol.de irreg.li.5.cap.45.ſub nu.5.Maſcard.
* de probat.conclu.1306.nu.8.& 25.& a ij* omnes.
Nauar.etiam conſi.20.nu.1.de ſimon.Et hoc caput

eandem habet rationem,quod primum proxime ꝓ
96 cedens,quia nihil dari debet†pro collatione benefi
cij cap.presbyter 1.qu.1.extrauag. cum deteſtabile
de ſimon.in extrauag.communi.& optime Concil.
Conſtantien.quod ad hoc refert, Redoan.de ſim.
p.3.c.8.nu.2.& recte ſit a ſanctis Patribus,ſacris Ca
nonibus,& Oecumenicis Concilijs conſtitutũ colla
97 tionem beneficij eſſe faciendam†pure,& abſque ul
la conditione,& modo,ca.ſanctorum, cap.presby-
ter.1.q.1.c.quam pio,1.q.2.c.Saluator 1.q.3.Conc.
Calcedon.Act.15.Can.2.Conc.Braccaren.2. Con.
Aurelian.2.Can,3.Conc.Toletan.5.Can,3.& q.ca.
6.Conc.Trid.c.1.ſeſſ.21.de refor.

Et hoc etiam caput eſt conforme iuri communi,
nam ſimonia eſt recipere fructus conditione præce
98 dẽte ab eo,†cui confertur beneficium,de ipſo bene-
ficio,vt probatur in d.c.1.Conc.Trid.ſeſſ.21.de re-
form.tradunt dd.in c.1.ut Eccl.benef.ubi Abba. &
alij D.Tho.in 4.ſent.relatus a Redoan.d.p.3.de ſi-
mo.c.8.num.7.& 8.& tradit idem p.2.c,8. & 29.Et
* in hoc*communiter conueniunt Doctores, & com
petit definitio ipſius ſimon.de qua Gl.in ſum.1.qu.
1.Nauar.in Manual.c.23.num.100. ac etiam ratio,
ideo,&c.Et in terminis tradidit D.Thom.2.2,quæ.
100.ad quartum in fine,Redoan.de ſimon.p.2.cap.
21.nume.28.

Et hoc quoque fit contra iuris ordinationem, ut
99 patet ex ſupradictis.Et quia fructus beneficij† ſpe-
ctant ad beneficiatum l.fructus,l.in fundo,le.ex di-
uerſo,ff.de uſur.Ruin.conſ.25.num.2.lib.2. Nauar.
conſ.7.de ſent.excom.& non ad alium,nam ſunt ac
100 ceſſorij†dominij,l,1.ff.de cond,indeb.l.indebito,cũ
ibi not.ff.eo.Cephal.conſi.63.& conſi. 131.nu.14.
* & eſt communis *omnium Doct. ſententia, ut late
ſcripſi in his terminis de reſign.benef.li.1. q. 6.

Et hanc concluſionem primo intellige procede
re,ſiue prouiſus relinquat,aut det ordinario collato
ri totos fructus,uel partem,nam ſicuti committitur
confidentia per perceptionem omnium fructuum,
ita & per perceptionem partis,ut illis uerbis proba
tur fructus illius,uel partem,nam vtroque caſu vi-
get eadem ratio,cum in parte quoque delictum cõ-
mittatur,Gl.in §.gallinarum uerb.qui lucrandi ani-
* mo inſti.de rer.diuiſ.& eſt communis*opi.teſte Ti
raq.relato a Clar.lib,5.recept.ſent.§.furtum,uerſi.
* pariter,vbi etiam dicit ſeruari in praxi*ut pro fur-
101 to†rei modici valoris infligatur pœna, Coua.li.uar.
reſ.c.3.nu.12.quod eſt notandum, nam regulariter
102 de re minima†non curatur l.ſcio,ff.de in integr.re-
103 ſtit.& modica non ſunt†in conſideratione, ca. licet
cauſam,§.quamquam de prob.inſtit.ad le. falcid.in
princ.Card.Pariſ.conſ.165.nu.14.15. & 16. uolu.4.
104 Craue.conſ.46.nu.12.Et rem modicam non †indu
cere ſimon.probat,c.& ſi quæſtiones de ſimon.Na
uar.in cõmentar.de dat,& promiſſ,pro iuſt.& grat,
105 num.20.& rem modicam excuſare a†peccato mor-
tali ſcribit D.Tho.1.2,q.88.art.5.& 6,& 2.2,q. 59,
art.4.& q,66,art.6.c,unum,§.ult.diſt, 25. Nauar. in
Manual.c.11.nu,4.Ita enim poteſt committi confi
dentia ex toto,ſic ut ex parte,ut patet ad ſenſum,&
106 comprobatur,quia valet argumentum de † toto ad
partem,l.quæ de toto,ff.de rei uend.Crau.cõſ.161.
ſub nu.17.confirmatur ex c.ult.14.q.6.c.de appella
tionib.de app.ubi dd.concludunt eandẽ habẽdam
eſſe rõnẽ de parte,eo magis cũ eſt data pro forma,
ut hic iux.c.primum de baptiſ.Ideo in §.ad probã-
dum eiuſdem conſtit.æquiparat hos duos caſus, &
uult,ut probabilis cõiectura ſit, ſi quis poſt reſigna
tionem percipiat oẽs, vel partem fructuum, ut late
dicam infra,& ſatis erit,quod ille, cui confertur be-
neficiũ dederit omnes fructus beneficij collati, uel
partem unius anni,namque hæc uerba ſimpliciter
107 prolata uerificantur in uno†anno l.boue §.hoc ſer
mone,ff.de verb.ſign.ubi late Tiraq.comprobat ex
ſimilibus,& adducit rationes,& concordantes.

Secũdo intellige procedere, tam ſi hmõi fructus
omnes,vel pars ceſſerint in utilitatem conferentis,
quã alterius ad libitum ipſius collatoris, ut illis uer-
bis probatur ad utilitatem,uel libitum conferentis,
&c.& ratio eſt, quia eadẽ uiget ratio utroque caſu,
cum fundetur confidentia ſimoniaca in pacto dam
nato,quod adeſt utroque caſu,& nihil refert pro cu
jus utilitate expendatur pecunia, ut habetur in toto
108 tit.extra de ſimon.& illud uerbum ad vtilitatem†re
ſpicit commodum collatoris,quoties pecunia expẽ
ditur pro eius commodo,l.quod dicitur §.ult.& l.ſe
quen.ff.de impenſ.in re dot.fact.l.impenſæ, ff.eod.
tit.l.ſi quis hoĩem §.ult.ff.ad exhiben.Verbum aũt
libitum reſpicit uolũtatem,& arbitriũ ipſius,ut fru-
109 ctus dentur,cui ipſe collator†ordinauerit ad not.in
l.1.C.de ſacr.ſan.Eccl.§.diſponat,Auth.de nupt.li-
bitũ enim eſt proprie placitum,l.libertas,ff. de ſtat.
ho.l.nõ diſtinguem⁹.§.officio ff.de arb.Et põt exẽ-
plificari,quoties collator uult,ut fruct⁹ oẽs, uel pars
beneficij collati dentur,hæredib.illius, qui ultimo
loco obtinebat illud beneficiũ,& ita interpretor il-
lud uerbũ,uel decedẽtis,nã reg.iuris clara eſt, ut hę
110 res,& defunctus†una,& eadem perſona cenſeãtur,
auth.de iur.iur.in prin.Specu.in tit.de feud.§.2.ver
ſic.27.Bal.in l.ſi ſeruus fugitiuus.de cond. furt.cum
alijs,vt per Sarn.in §.actiones autem,col.1.& 2.In-
ſtit.de act.uel quoties collator uoluerit, ut illi fru-
ctus dentur alteri,nam dicit conſtitutio alterius, &
cũ generaliter loquatur oẽs caſus,& perſonas inclu
det,ſiue ſint amici,familiares,& conſanguinei colla
toris,ſiue nõ l.1.§.& generaliter,ff.de leg. præſtan.
Bal.in l.in fraudem,ff.de mil.teſt.aut aliter qũocũ-
que,& facit,qđ ſcribit Naua.conſ.62.de ſimon.vbi
reſpondit eſſe ſimoniacam ſolutionem,uel promiſ-
ſionem fructuum factam N.qui procurauit,ut ei il-
lud beneficium conferatur.

Tertio intellige,ſiue reſignãs ꝑcipiat hmõi fru-
ctus per ſe,ſiue per alios,nã qui per aliũ facit per ſe-
ipſum facere uidetur,uulg.reg.qui per alium,de re-
gu.iu.li.6.& expreſſe hoc ſpecificatur hic ibi per ſe,
vel alium,& in reſignante in §. ad probandũ infra.

Quarto notandum exiſtimo, quod illud uerbum
relinquat refertur,quoties iam collator propria au-
ctoritate percepit fructus,uel ſinat percipere iuxt.
ea,quæ ſcribunt,Docto.in leg.gerit,ff.de acquiren.
hæred.& in l.ult.C.de iur.delib.Illud autem uerbũ
111 remittat,†refertur ad donationem,l. contra §. ſi fi-
lius,ff.de pact.l.1.ff.de transacta.Bar.in l.peculium
la 1.ff.de pecu.Signorol.conſ.26.col.2.

Quinto notandũ uŕ illud uerbum prouiſus eſſe
generale,& poſſe uerificari, ſiue vacauerit benefi-
cium per obitum,ſiue per renunciationem, aut pri-
* uationem, uel alias quomodocumque Doctores, *
omnes in c.ſuſceptum de reſcr.li.6.

Sexto notandum eſt,quod tex.vt committaŕ cõ-
fidentia,conſiderat fructus beneficij collati, cũ di-
cat,ut de eo,&c.fructus illius,&cæt.& in hoc fides
ſequatur:ſi autem fuerit data pecunia, non autem
ex fructibus,cõmittitur ſimonia,iuxta ea,quæ ſupra
adduximus



* adduximus,& tradunt*omnes ſub tut.de ſimon.

Septimo monendi erunt Epiſcopi,& collatores,
ne aliquid percipiant ex collatione beneficiorum,
ne incidant in pœnas contra confidentiarios infli-
ctas.Octauo,notandum,quod hic Pius V.conſide-
rat conſumationem delicti,ut ille relinquat,vel re-
mittat,amplia idem in promiſſione,quia illam etiã
includit Pius V. & ratio eſt, quia ęquiparantur da-
tio,& promiſſio Nauar.in comment.de dat.& pro-
miſſ.pro grat.vel iuſt.not.120.num.27.& commu-
* niter*ut dicemus infra.

Nono intellige,ſiue fuerunt dati fructus per pa-
ctum,ſiue fuit hoc onus appoſitum in collatione,nã
hæc æquiparantur ad hunc effectum,ut egregie o-
ſtendit Nauar.conſ.20.de ſimon.

Hæc autem omnia declara,dummodo hoc fece-
rit Epiſcopus,& collator tacita,uel expreſſa condi-
tione,ut dicitur in hoc §.expreſſe,& dicta uerba po
ſita in capite proximo debent ſubintelligi in hoc ſe
cundo capite,tum quia dicitur,ſiue ut, &c.Dicti o
112 enim ſiue†eſt continuatiua,& augumentat, le. certi
conditio in princ.ff.ſi cert.pet.l.ſi cum dotem, §. ſi
pater.ff.ſol.matr.l.Iulianus,& l.alias ff.de cõd. ind.
113 & denotat eundem ordinem,&†materiam, le. cum
pater,ff.de leg.ſecundo,l.ſi ita quis ſtipuletur, ff. de
uerbor.obligat.tum etiam quia eadem eſt ratio hu
ius §. ideo idem cenſebitur dictum in omnibus ca-
pitibus iuxta ea,quæ ſcribit Bart.in l. in repetendis
col.1.& 2.Cardin.Pariſ.conſi.38.num.25.uol.2. So
cin.Sen.conſ.63.num.26.uol.3.Corn.conſ.129.co.
penu.& ult.uolu.2.Dec.conſ.190.col.1. & clauſula
114 vna ad omnia capita†refertur,leg.filium,ff.quando
dies leg.ced.l.talis ſcriptura in fine,ff.de leg.primo,
l.3.§.penul.C.de lib.& poſt.Bar.in l.ult.ff. de rebus
dub.Abb.& Dec.in cap.ſecundo requiris de appe.
Dec.conſ.14.num.4.in fin.Riminal.conſi.375. nu.
2.Burſat.conſi.460.num.57.vol.4.Accedat præte-
rea,quia pactum,& conditio requiritur, ut confidẽ
tia committatur,Nauar.in Manua.c.23.nu. 107.&
num.709.& ſub num.110.& conſ.27.& conſ.30.&
conſ.33.& 36.tit.de ſimo.Gabri.conſ. 172.nu.4.&
* 12.cum ſeq.lib.2.& fuit reſolutum*in una Coſen-
tin.prætenſæ confidentiæ coram R.P.D. Orano 4.
Februarij 1591.Igitur ſi fructus fuerunt dati colla-
115 tori†abſque pacto,& conditione tacita,uel expreſſa
pręcedenti confidẽtia non committitur, uerum ori
tur præſumptio confidentiæ, ut probatur ex his q̃
dicuntur in §.ad probandũ.Ergo ad tollendos ſcru
pulos,ac etiam lites,optimum erit, ut etiam ab hoc
abſtineant collatores.Cætera autem ad hanc mate
riem pono infra,circa interpretationem §. ad pro-
bandum.Vel fuerunt dati fructus,vel pars poſt ade
116 ptum beneficium ex mera liberalitate,tuuc enim †
nulla committitur ſimonia,Caiet.in ſumm. uer. ſi-
monia,ſed ad hoc eſſet quoque abſtinendum,ne in-
tret pręſumptio,& in hac parte poſſet declarari hęc
conſtitutio:ſi autem fuit promiſſa,vel data Epiſco-
117 po,aut collatori pars fructuum pro litteris†collatio
nis beneficij,eſſe ſimoniã rñdit Naua.cõſ.13. de ſi-
mo.ex not.ex c.1.de ſim.& ex his,q̃ idẽ Nau.ſcribit
in Manu.c.23.n.103.& 111.& ex his,q̃ dicunŕ in c.
14.ſeſſ.24.de refor.Conc.Triden.& ex Congrega.
Concilij ſnĩa Notarius pro dictis litteris dumtaxat
118 vnũ aureũ†recipere põt,vbi non habet ſalariũ cõſti
tutum,iuxta ea,quę dicuntur in capi.1.ſeſſ.21.de re
for.& promiſſionem 25. ducatorum factam in col
119 latione ꝓ†expẽſis factis ab Epiſcopo in carcerãdo
eum,qui tenebat beneficium,reſpondit Nauar.con
ſi.72.de ſim. eſſe ſimoniacam,& præſumi talem.

Tertium caput huius §. ponentis ſecundum ca-
ſum confidentiæ beneficialis, eſt, ut committatur
confidentia,quoties collator,aut cedens iuſſerit,vel
ſignificauerit ei, cui contulit beneficium, ut ſoluat
penſionem ſibi,uel alijs, vt probant illa uerba, ſeu
pẽſionem illi,uel illis,quem uel quos idem collator,
aut cedens,uel alius per ſe,vel alium ſcripto, aut uer
bo iuſſerit,ſeu ſignificauerit,perſoluat, &c.Ex qui-
bus uidetur tolli Epiſcopis facultas conſtituendi pẽ
ſiones ſuper beneficijs per eos collatis, nam ſcribũt
120 DD.Epiſcopos poſſe imponere penſiones†mode-
ratas,& ꝑſonis benemeritis,& egenis,c. niſi de prę
ben.Innoc.per ill.tex.in c.de cætero de tranſact.Ol
drad.conſ.226.Ant.de Butr.in c.audiuimus de col-
luſ.detegen.Petr.de Anchar.conſ.279.Fel. in ca.ad
audientiam 2.col.1.uerſ.2.concluſio de reſcr.Spec.
tract.de mod.cog.Conc.gener.rub.37.Abb.in c.ue
niens,de reſt.ſpol.num.9.Innoc.& Abb. in ca. 1.ut
Eccleſ.benef.D.Thom.2.2.q.100.ad quartum in fi
ne.Dec.conſ.141.nume.3.& 339.incip.uiſa inſtru-
ctione col.2.Caccialup.de penſ.qu. 4.5.6.7.Gig.in
tract.q.6.num.2.Veſtr.in prax.Roman. Cur. lib.3.
c.ult.Hoſt.in d.cap.niſi,Sarn.in regu.de ann.q.2.&
in compend.utriuſque ſignat.uerſi. eſt aduertendũ
uſque ad fin.Rebuff.de pacif.poſſeſſ.nu.103. uerſi.
item Legatus,Nauar.conſi.22.num.4.de ſimo.

Quod optime uidetur meo iudicio conſtitutum,
tum quia omnis conuentio inter partes erat prohi-
bita,& ſimoniaca in penſione,quę poterat ab Epi
ſcopo d.c.niſi.de præben.ibi nõn quidem ex pactio
ne partium,& ibi dd.Rebuff.d.tract.de pacif. poſſ.
num.104.uerſ.eſt tamen differentia, tum quia non
ſimpliciter poteſt Epiſcopus imponere penſionem
ſecundum dd. Sed adhibitis quibuſdam modifica-
tionibus,ut Pro concordatione litis, & bono pacis
d.c.niſi,de præben.Pro pauperibus,& egenis, Inn.
in ca.de cætero,de tranſact.Pro benemeritis, Oldr.
conſ.226.Pro uſu pio, D.Th.2.2.q. 100.§.ad quar-
tum in fine.Pro renunciante ex cauſa renunciatio-
nis loco alimentorum,Petr.de Anchara. conſ. 279.
Redoan.de ſimon.par.2.cap.21.colum.3.In princ.
in quantitate moderata,Felin.in d.cap. ad audien-
tiam,Ad vitam conſtituentis,Nauar.conſ.43.num.
9.de ſimonia,Ad coæquandum fructus in permuta
tione,Nauar.conſ.22.num.4.de ſimõn. Et cum cau
* ſa Nauar.conſ.20.num.2.de ſimon.omnes * fere
Doctores tractantes de huiuſmodi materia loquũ
tur parce,& cum requiſitis,& modificationib.Ideo
ad tollendum ſcrupulos,& difficultates,ac lites,quæ
poſſent oriri,quando ſit bene penſio reſeruata per
Epiſcopum,& ex cauſa ſufficienti, bonum fuit eis
tollere hanc genericam poteſtatem, iuxta ea quæ
habentur in c.finem litibus de dol.& contum.ca.1.
de appel.in 6.l.quidam æſtimauerunt,ff.ſi cert.pet.
121 nam ad hoc pręcipue legum conditores†habuerunt
reſpectum,Dec.conſ.699.num.15.& ideo introdu
xerunt uſucapionem,ut inſtit.in princ. de uſucap.l.
1.ff.de vſucap.ubi dd.Tum præterea,quia huiuſmo
di poteſtas quam Doct.dicunt competere Epiſco-
pis conſtituendi penſiones ex non uſu receſſit ab
aula,antequam fuit promulgata hęc Cõſtitutio Pij
Quinti vt tradit Rebuff.de pacific.poſſeſſ. numero
105.ſecundum paruam impreſſionem, & expreſ-
ſius atteſtantur quidam moderni in opuſculo de
penſion.numero 3.impreſſo tom.15.par.2. tracta-

 tuum,

* tuum,& uere nũquam uidi hoc ſeruari in * praxi,iõ
de ea non eſt habenda conſideratio , Socin.Sen.in
l.ſi filius eius nu.7.ff.de lib.& poſt.Fel.in c.1. de tre
gu.& pac.Card.Pariſ.conſ.104.nu.69.uol.1.& cõſ.
105.num.8.vol.4.Dec.conſ.469.num.8.Et hæ tres
rationes ſunt efficaciſſimæ,vt ex illis potuerit mo-
ueri Pius V.ad declarandam collationem confiden
tialem factam ab ordinario cum conditione ſoluẽ-
di penſionem ſibi , uel alijs,cum beneficia debeant
122 conferri integre, † & abſque diminutione , ut patet
ex rub.ex.vt Eccl.benef.ſine diminutione conferã-
tur.Et debent Epiſcopi,& ordinarij ab hoc abſti-
nere ob fraudes,quę poſſunt fieri , & ne videantur
redditúum partem quaſi paciſcendo ſibi reſeruare,
& hoc modo loquitur Innoc.3.in cap.1.ut Eccleſi.
benef.tradit Campeg.de penſion.num.2.dixi de re
ſign.benef.lib.6.quæſt.1.nume.3. & ita ſeruatur in
* *praxi,& hãc concluſionem firmant Nauar. in Ma
nual.cap.23.ſub num.100.Maiol.de irregul. libr.1.
cap.45.ſub num.5.Maſcard. de probat. concluſio.
1306.colum.pen.

Et hanc concluſionem primo intellige procede-
re,ſiue penſio ſoluatur collatori de beneficio colla
to,nam hoc non habet dubium, quod ſit ſimonia,
* ut*communiter omnes Doctores volunt , ſiue etiã
ſoluatur alijs,nam etiam hæc eſt confidentia,ut di-
citur ibi,illi,vel illis,&c.nam eadem viget ratio hoc
caſu,cum pactio ſit quoque prohibita, unde idẽ ius
ſtatuendum,l.illud,ff.ad l.Aquil.l.a Titio,ff.de uer.
123 oblig.& cum pronomen illis†ſit generale,intelligi-
tur in omnibus quacunque dignitate fulgeant,& cu
iuſcumque gradus,Bald.in l.in fraudem,ff.de milit.
teſt.ut diſpoſitio hæc tam utilis omnes caſus,& per
ſonas comprehendat,vt fuit intentio Pij V.

Secundo,hanc concluſionem intellige procede-
re,ſiue huiuſmodi penſionem iuſſerit,& ſignificaue
rit ſoluendam ipſe collator,vel alter quicumque ut
illa uerba probant,quem uel quos idẽ collator, aut
cedens,vel alius,&c.quæ uerba comprehendũt col-
latorem quemcumque,cedentem loquendo in be-
neficijs reſignatis coram ordinarijs , & collatis per
eoſdem,vt ſi penſio ſoluatur per eum, cui fuit colla
tum beneficiũ,quia id iuſſerit, vel ſignificauerit ce-
dens,ideſt,qui reſignauit illud beneficium,ſit confi
dentia,quandoquidem nullam habeat in hoc pote-
ſtatem cedens,qui poſt renunciationem habetur ꝓ
mortuo,Caſſad.deciſ.16.num.2.ſuper regu.cancel.
Abb.in c.niſi eſſent de præbẽ.Card.Pariſ.conſ.93.
num.25.uol.4.Put.deciſ.468.libr.2.& ante hẽt ius,
quod dumtaxat poteſt cedere in manibus ordinarij
* ſimpliciter,ut eſt*communis opinio , vt ſcripſi lib.
5.de reſign.benef.q.6.Redoan.de ſimon. par.2.ca.
124 22.& in manibus Papæ itidem,nam † reſignatarius
habet ius a Papa,& non a reſignante, Caſſad.deciſ.
15.ſub num.1.de præb.Mandoſ.reg.33.de reſigna.
* per fiat.q.7.num.8.& omnes*alij tradunt. Et quẽ-
cumque alium,in hoc enim comprehenditur ami-
cus,cõſanguineus,& familiaris ipſius collatoris , uel
cedentis,& quicumque alius,vt omnes caſus cõpre-
hendantur,hi non poſſunt ſe in his intromittere,&
paciſci de tali materia abſque Labe ſimoniæ, & cõ
fidentiæ,ut probat optime tex.in c. niſi de præbẽ.
ibi non ex pactione partium,&c.& ibi omnes Doc.
Redoan.de ſim.p.2.c.21.col.2.& 3.hoc enim redo
let ſimoniam ex plurib.capitib.alias conſideratis,&
faciũt notata in c.cum pridem de pact. & quod ex
definitione ſimoniæ ſcribit Nauar.in Manua.c.23.
ſub num.100.& multoties in facti contingentia vi-
di per peritiſſimos reſponderi his caſibus cõmiſſam
eſſe confidentiam.

Tertio,intellige hanc concluſionem procedere,
ſiue collator cedens,aut alius quicunque iuſſerit,aut
ſignificauerit ei cui confertur beneficium ſolutionẽ
dictæ penſionis per ſe,vel per aliũ,vt patet illis uer-
bis per ſe,vel alium,hi enim duo caſus æquiparãtur
ex vulgatis iuribus,& rationibus ſupra ſæpius addu
ctis.Et hoc nullum habet dubium.

Quarto,intellige hanc concluſionem uendicare
ſibi locum,ſiue prædicti iuſſerint,& ſignificauerint
huiuſmodi ſolutionem penſionis ſcriptura,uel abſ-
que,ut patet ibi ſcripto,aut uerbo , & ſic h i duo ca-
125 ſus ęquiparantur,& eſt ratio,quia uerba† ſunt nun-
cia cordis,l.Labeo,in fine,ff.de ſupell.leg.Dec.in l.
ſemper in ſtipulationibus num.4.ff.de regul.iu.Cra
126 ue.conſ.20.nu.2.& conſ.290.in fine,& teſtimonia†
mentis noſtræ,Bal.in rub.de probat.Coſt.li.3.var.
127 ambig.c.14.& probant,quod quis†expreſſit, Boer.
deciſ.1.nu.8.latiſſime Tiraqu.in l.ſi unquam, uer-
bo liberis num.17.C.de reuoc. donat. Menoch. de
128 arbit.iudic.q.7.num.75.ac denotant conſenſum†lo
quentis,dd.in l.1.§.ſi quis ita,ff.de uerb.obli.& præ
cipue Iaſo.col.1.2.& 3.ubi quod eſt plus ſcribit de
129 annuente†capite,& ſignis nu.8.& nu.12.Et ſcriptu
130 ra nihil†inducit noui,Bartol.in lege 2.in princip.co
lum.1.ff.de vulg.& plures ibi allegat Alexan. colũ.
131 2.ſed ſolum†probat le.cum res,C.de probat.l.con-
trahitur,ff.de pignor.Anton.de Butr.in c.ultim. in
princ.colum.3.de conſuet.Ange.Aretin.in §.ex nõ
ſcripto col.1.Inſtitut.de iur.nat.gent.& ciu.Dec.in
rub.de conſuet.num.3. & ad hoc inuenta fuit ſcri-
ptura,ſcilicet ad faciliorem probationem d.l. cõtra
* hitur,& eſt*communis opinio per Abb.Fel.Dec.&
alios in rub.ex.de conſtit.vt habeatur conſenſus ex
132 preſſus,qui non poſſit negari,cum ſcriptura† loqua
tur,l.epiſtolam inter claras,C.de ſum.Trin.& fide
133 Cat.paria ſunt ergo aliquid illicitum committere,†
ſcripto uel uerbo,DD.in d.l.1.§.ſi quis,ff. de uerb.
oblig.& in d.rub.ex.de conſt.

Quinto,intellige hanc concluſionem habere lo-
cum,ſiue ille collator cedens,aut alter iuſſerit , ſiue
ſignificauerit ei , cui fuit collatum beneficium , ut
ſoluat huiuſmodi penſionem ad effectum, ut com
mittatur confidentia , ut probatur illis uerbis iuſ-
134 ſerit , ſeu ſignificauerit , verbum iuſſerit † impor-
tat neceſſitatem,& præceptum,& ideo refertur ad
collatorem,Alberic.in leg.ſæpe audiui, ff. de offic.
pręſid.Oldrad. conſil.80. & eſt text. in capitu. qui
iuſſerit vndecimo.quęſtio.3.cap.2.de maior.& obe
dien.clemen.exiui de Paradiſo , de verb.ſignificat.
Bermon.de publ.concub.uerb.teneatur numero 1.
folio mihi 165.tom.11.par.1. tracta. Verbum au-
tem ſignificauerit importat declarationem uolun-
tatis,& ideo refertur ad cedentem,& alium , ut ſit
ſenſus,quod iſti ſignificauerunt ei cui fuit collatum
beneficium,ut ſoluat penſionem iuxta ea , quæ ha-
bentur in d.le.1.§.ſi quis,ff.de uerbo. obligat. Vel
etiam poteſt intelligi , ut uerbum iuſſerit referatur
ad conditionem expreſſam , requiſitam ad effe-
ctum incurrendi pœnas aduerſus confidentiarios,
inflictas,verbum autem ſignificauerit ad conditio-
nem tacitam,ut ſingula ſingulis referamus, iuxta re
gulam recti ſermonis.

Sexto,nota Pium V.hic requirere conſumatio-
nem delicti,ſecundũ quoſdam,nam dicit perſoluat,
quod



135 quod†requirit interuentũ naturalis ſolutionis, Bar.
in l.ſatisfactio,ff.de ſolu.Alciat.in l.ſolutionis,ff.de
uerb.ſignif.Card.Pariſ.conſ.107.n.132.uol.3. Ego
autem ampliaui idem etiam in promiſſione,nã hoc
reſpectu videtur loqui Pius V. & includere etiam
hunc caſum,vt ex verbis expreſſis probatur, & eſt
ratio,quia promiſſio æquiparatur dationi late Nau.
in comment.de dat.& promiſſ.pro gratia, uel iuſti.
not.12.num.27.cum ſeq.

Et hæc omnia ſupradicta declara ꝓcedere, quo
ties id fecit Epiſcopus,cedens aut alius tacita,uel ex
preſſa conditione,iuxta uerba illa poſita in princip.
huius §.quæ uidentur poſita pro toto §.& etiam ꝓ
hoc capite,nam hæc eſt materia continuata,& con
nexa,vt patet ex dictione,ſeu,not.in l. ſi ita quis ſti
puletur,ff.de uerb.oblig.Calde.in rub.de reb. Eccl.
non alien.nu.7.Ant.de Burg.in c.inter cæteros nu.
30.de reſcr.& viget etiam eadem ratio, ut latius o-
ſtendi ſupra,in fine 2.capitis.Confidentia enim cõ-
mittitur pręcedente pacto,Nauar.in Manual. c.23.
nu.107.109.& 110.& conſ.27.& 30.tit. de ſimo. &
* eſt*communis opinio,ut late probaui alias queſtio
ne uigeſima ſexta,& faciunt quæ deducit Gabri.in
his terminis,conſ.172.lib.2.

Et ut nihil intactum remaneat,non omittam,ꝙ
id quod dicitur in his tribus præcedentibus capitib.
huius §.habet locum in renunciatione,quæ fit co-
ram ordinarijs , & alijs collatoribus ſuperiorib.uel
inferioribus,vt uerba ſonant,non autem in reſigna-
tionibus,quæ fiunt coram Summo Pontifice in fa-
uorem alicuius,etiam cũ aliqua reſeruatione,& hoc
136 Primo,quia cui non competunt†uerba legis,neque
competit diſpoſitio l.4.§.toties,ff.de dam.infec.ſed
reſignationibus,quæ fiunt coram Papa non compe
tunt uerba huius §.cum ſemper loquatur de ordina
rijs,& alijs collatoribus,& nunquam exprimit Cu-
riam Romanam,aut manus ſuas,vel ſuorum officia
* lium,vt ſolet facere de * ſtylo, quoties vult hoc ex-
primere,ergo,&c.

Secundo quia ubi non habet locum ratio legis,
137 neque ipſa lex.nam†non plus attenditur quam lex.
l.1.C.quæ ſit long.conſuet.c.conſuetud diſt.1. Ge-
min.in c.vbi periculum nu.1.de elect.lib.6.l.adige-
re.§.quamuis de iur.patr.l.cum pater.§.dulciſſimis.
ff.de le.2.Bal.in c.dilectus filius col.1.de reſcr. Dec.
conſ.284.col.2.ſed ratio huius conſtitutionis vt ex
lectura apparet non cõpetit his renunciationibus,
ergo,&c.

Tertio,quia ceſſat præſuppoſitum legis in Papa,
qui nõ præſumitur talia facere cum ſit Vic. Chriſti,
138 & ſucceſſor B.Petri†principis Apoſtolorum,Tur-
recrem.in c.ego Ludouicus nu.2.di.63.& Pater om
139 nium,†Turrecrem.in c.abſit nu.1.diſt. 50.& ſpon-
140 ſus†vniuerſalis eccleſiæ,Turrecre.in c.ſicut alterius
141 nu.3.7.q.1.& caput†totius eccleſiæ catholicæ,Tur-
142 recrem.in c.1.nu.2.di.12.& Iudex æqualis † omniũ
Chriſtianorum Turrecrem.in cap.nul.num.1.diſt.
19.& eſto quod id faciat quod q̃ paciſcaẽ de benef.
uel fructibus conferendis nullam committit ſimo-
niam,nam hæc eſt ſim.& confid.inducta a iure po-
ſitiuo ex conſtitutione canonica quam Papa ipſe tol
143 lere poteſt,& ſufficit eius ſcientia,ut ceſſet†ſim.Ho
ſti.in c.1.ne prælat.uices ſuas.Io.Anan.in c.1.de ſi-
* mo.ubi Card.Ant.de But.& alij* omnes. Fel.in ca.
ad audientiam col.2.& 3.de reſcr.& in c.de cætero,
col.ult.de re iud.Dec.conſ.142.cum alijs,ut ꝑ Caſ-
ſad.deciſ.2.nu.4.de ſim.& deciſ.5.de conſtit.Turre
crem.in c.latorem,nu.1.1.q.1.& in c.ſi quis pecu-
* nia,nu.4.diſt.79.&*communiter Doct.Redoan.de
Simon.p.2.c.10.11.& 12.cum multis ſequentibus,
ubi plures Doct.& caſus notabiles congerit. Ideo
poteſt conferre Papa ſimpliciter,cum cond.modo,
144 pacto,†reſeruatione fructuum & penſionis , ut late
adduxi de reſign.benef.lib.6.q.1.nu.3.& q.2.in plu
ribus locis,Rebuff.in praxi.tit.de reſeruat. genera.
Nauar.d.cap.23.ſub num.107.

Quarto,oſtenditur exemplo claro ad rem no-
* ſtram , quia * communiter receptum eſt tractatum
de ſoluenda penſione inter reſignantem,& reſigna
tarium ſequuta reſignatione coram Papa,& reſerua
145 tione dictæ penſionis nullum inducere uitiũ†ſimo-
niæ etiam mentalis,Fel.poſt alios , quos citat in ca.
ad audientiam,el 2.nu. 3.de reſcr. & in c.nõ ſatis in
fine de ſim.Archiep.Floren.in 2.par.ſuæ ſum.tit.1.
c.5.Gammar.de auth.leg.a lat.lib.de penſ.nu.116.
Gig.de penſ.q.4.nu.2.Caccialup.co.tract.q.19.nu.
* 1.& 2.cum ſeq.ubi atteſtatur*de communi,cum Pa
146 pæ auctoritas tollat†omne ſcrupulum,Glo. in c.cũ
pridem.uerb.illicitæ pactiones de pact. quæ ad hoc
* communiter approbatur teſte Caccialup.d.q.19.n.
3.& recipitur de ſtylo,Nauar.loco cit.dixi de reſig.
benef.lib.6.q.2.num.70.

* Quinto oſtenditur ẽt alio exemplo* cõiter rece-
pto,ut tractatus de renunciando beneficium,& re-
ſeruandis fructibus,aut regreſſus,nõ ſit†ſimoniacus,
ſequuta renunciatione corã Papa,Caccialu.d.q.19.
col.1.& 2.dixi de reſign.benef.d.li.6.q.2. nu.73.

Limita tamen non procedere,quoties inter reſi-
gnantem,& reſignatarium interceſſiſſet pactũ , qđ
non fuiſſet expreſſum in ſupplicatione , & narratũ
Papę,uel de diſponendo de beneficio, vel de fructi
bus ſoluendis,aut de ſoluendo penſionem nõ reſer-
uatam,vel maiorem penſionem, quam Papa reſer-
147 uauit,aut quid aliud,nam†hęc eſſet ſimonia,Maio.
de irregu.li.5.c.45.col.penu.Fel.in ca. ad audientiã
2.ſub num.3.col.3.uerſ.ſi autem præcederet de re-
ſcr.Gamm.de aut.leg.a lat.lib.de penſion.nu. 618.
Gl.in c.ex parte de offic.deleg.Abb.in ca.non ſatis
num.8.de ſim.Calde.conſ.1.de vſur.Card.Pariſ.cõ
ſi.143.nu.12.cum ſeq.uol.4.dixi d.q.2.lib.6. de reſi
gna.benef.nu.73.& 74.Redoan.de ſimo.p.2.c. 34.
nu.5.nam omnis pactio in his ſpiritualibus eſt ſimo
nia,Gl.in c.cum pridem de pact.Nauar.in Man.ca.
23.ſub nu.100.cum ſeq.Et his caſibus, & ſimilibus
poteſt hic §.uerificari in reſignationibus,quæ fiunt
coram Papa in Romana Curia.

Sed cadit dubium , an id quod dicitur in hoc §.
circa ſupradicta tria capita procedat in eo , qui pro
obtinenda collatione beneficij ab ordinario, uel re
nunciatione alicuius beneficij ab amico , promiſit
generalibus verbis fore gratum effectibus,& quod
ſemper poſſet diſponere de perſona ſua,& omnib.
ſuis bonis temporalibus,& ſpiritualibus,ut per hæc
uerba committatur confidentia prohibita per hanc
conſtitutionem.

Pro affirmatiua facit, quia hæc videtur tacita
conditio , ut patet ex his , quæ ſcribit Iaſon in leg.
item quia nume.21.22.& 23.ff.de pact.quæ prohi-
betur per hanc conſtitutionem,& de iure commu-
ni omnis pactio in ſpiritualibus eſt illicita,dd.in ca
pitul.cum pridem de pact.in cap.non ſatis de ſimo.
in cap.quæſitum de rerum permut.Nauar.in Man.
cap.23.ſub num.100.cum ſeq.
148 In contrarium†ſe habet ueritas in praxi* etiam

recepta,ut nulla committatur confidentia per dicta
uerba generalia,quæ probatur,quia nihilo plus ob-
149 ligāt †quam ſi non proferrētur,c,cum veniſſent, de
Inſt.vbi dicitur nihil obligaſſe quendam Archidia-
conum Archiepiſcopo ſuo dicentem poſſe diſpone
re de omnib.redditibus ſui Archidiaconatus,ut uel
let,& ibi notant Io.Andr.Zabar.Abb.& alij uerba
generalia prolata ad complacendum alteri non ob
150 ligare,neque†diſponere& ibi dicit Abb.num.5. ad
hoc quotidie allegari illū tex.Glo.in l.1.C.de pact,
Card.in proœ.decre.Fel.in c.cum iuramento de ho
mic.Iaſ.in l.ita ſtipulatus,col.3.ff.de uerb.obli.& fa
cit tex.cum Glo.in l.2.C.in quib.cauſ.colō. cenſ.li.
11.quę habet paſſim amicos amicis dicere uerba il-
la generalia tuus ſum, & in omnibus tuum me eſſe
recognoſco,& propterea non obligari plus, quam
illis non expreſſis obligarentur, uerba enim ciuili-
151 ter,& curialiter ſunt intelligenda, † & non ruſtice,
aut rigoroſe,l.antiquitas C.de vſufr.facit quod ſcri
bit Bar.in l.ult.ff.de teſtam.Iaſ.in d.l.ita ſtipulatus
col.3.ff.de uerb.oblig.

Secundo quia ex collatione beneficij,& renun-
ciatione,ille cui confertur,ſeu renunciatur,intelligi
tur obligatus ad antidora,& ad habendam, agen-
dam,& opportuno loco,& tempore referendā gra-
152 tiam,iuxta illam legem naturalem,benefacienti†be
nefaciendum,l.ſi non ſortem,§.libertus iuncta glo.
in uerbo naturaliter,ff.de cōd.indeb.l.ſed & ſi lege
§.conſuluit,ff.de petit.hæred.c.cum in officij de te-
ſtam.D.Tho.2.2.q.106.art.3.l.2.C.de oper.libert.
l.ſi ſeruo,ff.de hęred.inſt.Imol.in c.ult.de donat.in
5.not.l.proxime de rit.nupt.Bal.conſ. 112.col.1.li.
2.Ariſt.9.Ethi.Seneca,& Heſiod.de quibus memi
nit Fortunius Garſ.in l.ius naturale nu.40.ff.de iuſt.
uerſia in inueſtiturę,Roland.a Vall. conſ.66. num.
48.cum ſeq.uol.2.Soc.Sen.conſ.49.nume.24.uol. 1.
Affl.deciſ.277.num.6.Tempus enim centum anno
238 rum ſatis habet uim†tituli l.hoc iure §.ductus aquæ,
ff.de aq.quot.& æſt.c.1.de preſcr.li.6.Gl.in cap.ſu-
per quibuſdam §.præterea ſuper uerbo non extat
mem.& ibi Abb.de uerb.ſignif.Innoc.in cap.ſi di-
ligenti num.5.de preſcr.Aret.conſ.15.nu.11.Card.
Pariſ.conſ.111.num.43.& 49.uol.1.Dec.conſ. 271.
* co.2.Goz.conſ.8.num.37.& eſt*communis omniū
doct.ſententia.Ex quibus alias reſpondi in facti cō-
tingentia in quadam Mediolanen.titulum non fuiſ
ſe probatum a domino Paulo per præſentationes
239 40.†annorum,& poſſeſſionem quaſi præſentādi, &
* ita cenſuit*ſacra congreg.Concilii, namque requi-
rit tempus centum annorum,Ergo excludit hoc 40.
Inn.in c.ueniens de uerb.ſignif.Soc.Sen.conſ.89.li-
br.1.Ferret.conſi.80.num.23.Specu.de probat.§.1.
uerſ.uelit,nec obſtant uerba Concilii,quæ pondera-
bantur ex alia parte ibi,aliaſue ſecundum iuris di-
ſpoſitionem,nam hęc uerba referuntur ad alios mo
dos,quibus iuſpatronatus de iure acquiri poteſt, ut
conſtructione,ut ſupra dixi,&c.
Sed alias dubitabatur,an ſi quis deduxerit priui-
legium

legium,probet nunc iuſpatronatus?in congregatio-
* ne*Concilij die 5.Martij 1573.fuit reſolutum ne-
40 gatiue,†quia concilium dicto capitulo reuocat pri-
uilegia conceſſa,quę reuocatio cũ ſit generalis tol-
lit ius quæſitum,Bart.conſ.172.col.1.Crauet.conſi.
135.num.3.& faciunt ad materiam quę ſcribit dec.
1.nu.3.de dilat.limita niſi priuilegium habeat ori-
ginem ex dotatione,vel fundatione,Put.deciſ.397.
li.1.Et illud non prætermittam,quod huiuſmodi p̃
ſentationes per tempus antiquiſſimum nõ ſuffragã
tur,vbi conſtat de iniuſto titulo ab initio.ut fuit a-
* lias per ſacram *congregationem Concilij reſolutũ
2.Aprilis 1573.quia in claris ceſſat præſumptio iux
* ta communes.* & receptas doctorum cõcluſiones.
Et ſic illa verba poſita in dicto decreto aliaſue ſecũ
dum iuris diſpoſitionem uidentur includere proba
tionem conſtructionis,ex qua fuit reſolutum in Ro
* ta*in vna Malatican.iuriſpatron.coram Put. 26.Iu
nij 1551.teſte Caputaq.deciſ.133.p. 2. q dicit poſt
241 Lambert.Eccleſiam dici conſtructam, † ſi domus,
aut fundus pro conſtructione aſſignetur,Rocch.de
Curt.tract.iuriſpa.in uerbo,& fundauit q.9.& alias
vt per Lambert.d.tract.

Nunc autem ex ordine deuenio ad ſecundum ca
put probationis iuriſpatronatus perſonæ potentis,
vniuerſitatis,& communitatis,in quibus ex præſum
ptione uſurpationis plenior, & exactior probatio
ad docendum verum titulum requiritur, ut patet il
lis uerbis.In his vero perſonis,ſeu communitatibus
vel vniuerſitatibus, in quibus id ius plerumque ex
uſurpatione potius, quæſitum præſumi ſolet ple-
nior,& exactior probatio ad docendum uerum ti-
tulum requiratur,&c.In his enim perſonis, & locis,
ut dicitur,intrat præſumptio uſurpationis, magis q̃
242 dotationis,& fundationis,†Ant.de But.in c.cum di
lectus uerſ.2.de off.deleg.Lambert.de iur.pat.pag,
160.Ptolom.deciſ.86.Card.S.Cruc.deciſ.70.Pelle-
grin.deciſ.22.in recoll.manuſcr.Put.deciſ.59.num.
1.lib.1.eoque magis in Italia,nam dicit Specu.rela-
tus a Put.deciſ. 205.nu.1.lib.1.quod propter receſ-
ſum Curiæ omnes domini, & populi ceperunt eſſe
tirãni,& iura Eccleſiæ occupare,& perſona talis di-
243 citur potens,ſcilicet Domini Caſtri,†vt ſunt Domi
celli,Comites,Marchiones,& Duces, ac Principes,
vt de familia Columnę,Vrſinorum,Comitum, Sa-
bellorum,& ſimilium tradunt,Put.deci.58.alias 51.
lib.1.Pellegrin.deciſ.5.lib.1.Ptolom.deciſ.86 alias
87.in manuſcr.Caputaq.deciſ.128.p.2.qui dicit ita
* *deciſum,& adeſt deciſio Illuſtriſſimi Card.Aldo-
brandini in cauſa Sabinenſ.beneficiorum 15. No-
uembris 1582.& alias pluries fuit reſolutum in Ro-
ta,namque viget eadem ratio.Et hæc concluſio p
cedit etiam in Epiſcopatibus,qui obtinentur,& poſ
* ſidentur per S.R.E.Cardinales,vt fuit * reſolutum
in d.Sabinen.corã Illuſtriſſimo Aldobrandino 15.
Nouembris 1582.nam uiget eadem ratio ob abſen
tiam Summorum Pontificum,& Cardinalium, dũ
Auenioni morabantur. Et in uniuerſitate propter
eius potentiam etiam uiget eadem ratio. Put.deci.
205.lib.1.quem uide.Procedit etiam,vt ſupra dictũ
eſt,non ſolum in non recognoſcentibus ſuperiorẽ,
ſed etiam in cognoſcentibus,Put.deciſ.65.li.1. fuit
* *pluries reſolutum in Rot.In his enim perſonis, &
locis iuſpatronatus non probatur ex quinquagena-
244 ria†poſſeſſione cũ pręſentationibus effectuatis iux-
ta deciſ.Moedan.153.in recoll.manuſcr. nec etiam
quando cum immemorabili publica fama dotatio-
245 nis,& fundationis†concurrit,ut fuit * reſolutum in
* d.Sabinen.coram Illuſtriſſimo Aldobrandino,Sed
debet probari iuxta decretum hoc c.9.Conc. Trid.
quod dat formam,ut patet ex illis uerbis nec aliter,
Dec.conſ.528.num.11.Ruin.conſi.92.nu 25.lib.3.
246 Soc.conſ.46.nu.24.lib.4.& forma data † per dicta
uerba eſt præciſe obſeruanda,l.non aliter,ff.de leg.
3.Surd.conſ.143.num.43.Bald.in l.comparationes
3.opp.C.de fid.inſtr.Dec.conſi.90.nu.6. Card.Pa-
riſ.late conſ.12.nu.47.& conſ.15.n.23. & conſ.33.
247 nu.21.uol.2.Et melius eſt ad † cautelam aliquid fa-
cere ex abundantia,quam omittere,Fulg. in l.ult.n.
16.C.de edict.diu.Adrian.tollen.cum nihil poſſit a
248 iudice,†uel ab alio remitti, Bal.in authen.iubemus
in fin.C.de iud.Dec.conſ.699.nu.4.& 5. Card. Pa-
riſ.conſ.43.colum.ult.uolu.1.& conſi. 107. nu. 82.
uolu.3.& conſ.14.col.2.uol.4.Roland.a Vall.conſ.
70.num.13.uolu.1.

Quod requirit Concilium, & dat pro forma eſt,
ut pręter immemorabilem,& reliqua neceſſaria p̃-
ſentationes debeant eſſe continuatæ,& ſortitę effe-
ctum non minori ſpatio,quam 50.annorum; Nec
immemorabilis temporis probatio,aliter eis ſuffra
getur,quam ſi præter reliqua ad eam neceſſaria prę
ſentationes etiam continuatę, non minori ſaltem,
quam quinquaginta annorum ſpatio, quæ omnes
effectũ ſortitæ ſint,authenticis ſcripturis probenẽ.

Et ſic per hęc uerba ſublati ſunt modi quibus de
249 iure communi acquirebatur ius præſentandi,†de q
bus per Staphil.de mod.& for.impetr.nu.14. & ſe-
quen.fol.407.Lamber.& Rocch.de Curt.ſupra al-
legati,& huiuſmodi decretum eſſe omnino obſer-
uandum,& uerificanda ſua requiſita; ut conſtet de
* iurepatronatus in prædictis perſonis * fuit reſolutũ
in una Reatin.iuriſpatronatus die lunæ 20. Octo-
bris 1572.coram R.P.D.Robuſterio,& in d. Sabi
nen.beneficiorũ die Mercurij 15. Nouẽbris 1582.
coram Illuſtriſſimo Aldobrandino, in quibus etiã
fuit dictum,quod poſſeſſio antiquiſſima, ue p̃ſen-
tationes continuatæ,aut confeſſio Epiſcopi, uel te-
ſtes probantes,&c.non ſufficiunt cum ſit data for-
* ma,& de confeſſione Epiſcopi fuit reſolutum * in
250 una†fundan.iuriſpatronatus coram Ant.Augu.13.
251 Iunij 1552.ut non noceat Eccleſię, †uel ſucceſſori-
bus,Rip.lib.2.reſponſ.c.28.Et ita ego hoc anno ob
tinui in quadam Beneuentan. Nec etiam teſtes de
252 communitate probant†iuſpatronatus communita-
* tis,vt fuit*dictum in una Lunẽ.Sancti Euſtachij co
ram Capiſucco 20.Iunij 1551. Et ualde notãdum
253 eſt,quod nõ ſufficiat immemorabilis,† cum habeat
vim tituli.l.hoc iure §.ductus aquę,ff.de aq.quot.&
æſt.c.1.de præſcr.in 6.Hoſt.in c. peruenit col. 1.de
cenſ.Abb.in cap.ſuper quibuſdam circa fi. de uer.
ſignif.Paul.de Caſtr.in le.ſi certis annis,C. de pact.
Iaſ.conſ.209.col.1.lib.2.Card. Pariſ. conſ. 111.nu.
43.& 49.uol.1.& alij omnes, adeo ut habens hunc
titulum non teneatur probare,Archid. d.c.1. Ge-
mi.& omnes de præſcr.lib.6.Bald.conſi.352.col.2.
lib.1.Card.conſi.118.col.pen.Ale.conſi.6.col.1.li.
1.Dec.conſi.341.col.pen.Pariſ.conſi.27.nu.80.uo.
1.Curt.iun.conſi.61.col.1.Gozadi.conſi. 8. nu.37.
latiſſime Gabr.de præſumption. conclu.1. per to-
254 tam uſque ad num.84.ubi etiam†habes, quomodo
debeat probari.

Nec ſufficiunt pręſentationes centum annorum,
uel ducentorum,ſi non ſint continuatæ, ut ſcilicet
una ſubſequatur aliam, nam ita oſtendit illud uer-
buma



255 bum†continuatę ut late per Anton. Barto. de tem-
por.util.cap.2.numer.1.& cap.8.Iacobac.de concil.
libr.7.artic.1.num.130.Stephan.de feder.de inter-
pretat.iur.part.1.numer.126.Nec etiam ſuffragan-
tur præſentationes continuatæ per tantum tempus
uel maius ſi non ſunt effectum ſortitæ omnes, Et di
256 cuntur effectum ſortitæ quoties habuerunt†effectũ,
ut quia ordinarius cum uacaret beneficium inſtituit
quem præſentauit N.Patronus late Maſcard. de p
bat.concl.121.col.2.& 3.& pręſentatus acceptauit
* ut fuit*reſolutum die 4.Decẽbris 1551.coram Ant.
Aug.teſte Caputaq.deciſ. 131.p.2.

Et huiuſmodi præſentationes debent probari ex
forma Cõcilij in prædictis perſonis authenticis ſcri
pturis,nam ſancta Synodus teſtibus omnino confi-
diſſe non uidetur,quando agitur de iurepatronatus
257 †harum perſonarum,& propterea non ſibi ſatisfit,
quod probarentur pręſentationes per teſtes, ſed vo
luit ultra hoc,ut per ſe ſcripturas authenticas proba
* rentur,& fuit in his terminis reſolutũ*per Rot.in d.
Sabinen. 15.Nouẽbris 1582.Sed alias fuit dubitatũ,
an deficientibus authenticis ſcripturis ſufficiat illas
probare per teſtes?& aliqui dicebant quod ſic, cum
258 huiuſmodi probationes†æquiparentur dd. rubr.de
probat.& de teſtibus Contrarium fuit deciſum in
Rota die 2.Maij 1588.coram R.P.D.Pamphilio,in
vna Archipresbyteratus,quia dicta probatio per in
ſtrumenta requiritur pro forma l.meuius.& l.qui hę
redi,ff.de cond.& demonſtr.l.quoties,ff. qui ſatiſd.
cog.l.nulla de auctor.tut.Rol.conſ.9.num. 7.libr.1.
Franc.in c.non ſolum de appell.libr.6. neque etiam
259 ſuffragatur præſumptio, cum probatio pro forma†
requiratur,Ruin.conſ.68.nume.18.uol.1. Menoch.
de præſumpt.lib.1.quęſt.37.ante nume.1. Rom.in
Rubr.de recept.arbitr.col.6.Abb.conſi.76.lib.2.Fe
der.de ſen.conſ.65.

Et alias dubitabatur, quia Princeps Paterno de-
ducebat ad probandum iuſpatronatus Abbatiæ cu-
iuſdam dioc.Argentin.præſentationes cẽtum quin-
quaginta annorum continuatas,& ſortitas effectũ,
ac probatas authenticis ſcripturis teneantur proba
re etiam immemorabilem,ego conſului pro negati
uã,q.a ex ſcripturis hmõi ſatis uẽ probata immemo
260 rabilis†requiſita,ut fuit* reſolutũ in vna Ceſaraugu
* ſta.Cape.de anno 1573.ubi in perſona,in quo cadit
p̃ſumptio uſurpationis fuit pronũciatũ conſtare de
immemorabili e xp̃ſentationib.130.annor. facit de
ciſ.4.Achil.de Graſſ.de iur.patr.in manuſcr.Put.de-
261 ciſ. 205.libr.1.nam conſuetudo † immemorabi-
lis probatur etiam per ſcripturas,Ang.p illum text.
in l.vetuſtiſſima,C.de iud.Imol.conſ.94.n.7. Oldr.
conſi.244.col.3.Crau.de antiq.temp.in 4.part.uerſ.
materia nu.3.Bal.in l.1.num.5.C.ad treb.Dec.cõſi.
11.nu.9.Curt.iun.conſi.106.nume.5.in fine. Crau.
conſ.139.nume.9.

Reſtat ut de beneficiis electiuis loquamur,in qui
262 bus proceditur per electionem†quæ exigit cõfirma
tionem ſuperioris,Card.Zabarel.in clement. 2.§.ut
autem,nume.2.de relig.domibus Io.Selu.de benefi.
* par.1.qu.3.& eſt comunis*opinio,ut dixi de reſign.
benef.lib.2.qu.5.nu.2.Rebuff.de nomin.qu. 15.nu.
32.Aeneas de Falcon.de reſeru.benef.q.3.princ.nu.
21.Fel.in c.in noſtra Corollar.31.& 32.de reſc.Ri-
pa lib.2 reſponſ.cap.34.de reſcr.Rot. deciſ.1.de ele
ctio.in ant.In his enim beneficiis electiuis commit
263 ti ſimoniam,†eſt * communis omnium doctorum
ſententia,Io.Anan.in c.de hoc.de ſimo.Ant.de Bu-
* tr.Abb.Anan.& alii*omnes in ca.Matthæus eo.tit.
de ſim.cum aliis,ut per Redoan.de ſim.p.3. cap.14.
264 nu.4.6.& 7.cum ſeq.nam electio†eſt ius mere ſpiri-
tuale,c.Meſſana,c.ſacroſancta,& per totum de ele-
* ctio.ubi * omnes dd.Innocen.in cap.quod de ele-
ctio.Abb.in ca.quærelam in pen.not.de elect.& iõ
clericis,& alijs religioſis duntaxat competit, dd.om
nes in d.ca.Meſſana dd. etiam in c.cauſam de præ-
ſcr.ut Eccleſia,& collegium,gl.in cap.delicta de ex-
ceſſ.prælat.Abb.in c.1.in 2.not.de elect.c. quia pro
pter eo.titu.ubi omnes.dd.notant,late Lambert.de
iur.patron.lib.2.in 5.art.4.qu.princ.par.1. Et ſimo-
nia committitur in iuribus ſpiritualibus late Redo-
an.de ſimon.p.3.cap.8.& 9.ac 10.cum ſeque. & ſu-
pra late comprobaui.

Accedat,ſi ſimonia committitur in præſentatio-
ne,ergo eo magis in electione ex his, quæ deducit
ample Lamber.d.art.5.nam per electionem acqui-
ritur ius c.noſtri,& ibi dd.de elect.Hoſt.in c.paſto-
ralis de iur.patr.Lap.alleg.138.Fel.in cap. cum Ber
toldus col.2.de re iud.Sarn.in 1.q.reg.de non tolle.
iur.quæſt.nu.18.& 27.Io.Selu.de benef. p.3. quę.1.
nu.2.Card.Alex.in c.quanto diſt.64. Merito igitur
hic ſtatuitur poſſe committi confidentiam inter eli
gentes, & electos, ſicuti inter pręſentantes, &
pręſentatos in omnibus caſibus huius §.itidem, ut
patet ibi,& pariter,ſi a Patrono etiam laico, uel alte
ri pręſentatori,ſeu electori contigerit,aut contingat
id fieri,Dictio,&,coniungit,& continuat ad omnes
caſus ſupra poſitos eiuſdem,§.l.ſi hæredi plures, ff.
de cond.inſt.l.ſi cui ita,ff.de uerb.oblig.Bar. Iaſ.&
alii in l.1.ff.de iuſt.& iur.Card.Pariſ. cõſ.17. nu.23.
conſ.31.n.131.uol.4.& aduerbiũ pariter idẽ facit,l.ſi
pariter,ff.de liber.cauſa l.1.C.com.de ſucceſſ. Gl.in
c.bonæ de elect.& dictio id tollit omne dubium,nã
eſt qualitatum omnium præcedentium repetitiua,
Grat.conſ.21.num.26.li.1.cum aliis ſupra adductis
eo maxime, quia uiget eadem ratio,ideo idem ius
erit ſtatuendum l.illud,ff.ad l.Aquil. & pro maiori
declaratione colligemus concluſiones, ut ſupra fe-
cimus.

265 Prima concluſio committi confidentiam, †ſi eli-
gentes aut eligens aliquẽ ad beneficiũ uacans,quo-
quomodo conditione tacita,vel expreſſa dimitten-
di,vel reſignandi ſimpliciter coram ordinario,in fa-
uorem coram Papa,illud beneficium pro arbitrio ip
ſorum eligentium, vel ipſius eligentis, aut alterius
cuiuſcumque,ut probant uerba poſita in principio
huius §.itidem ſe, &c.quæ habent locum hoc caſu
ex rationibus, & uerbis, ac ponderationibus ut
ſupra deductum eſt, connexa enim eſt oratio
eo maxime quia eadem uiget ratio, ut ex pręd ictis
conſtat. Prætęrea ſi in præſentante, & præſentato
id firmauimus,eo magis in eligente,& electo, nam
maior in his perſonis militat ratio,ut comprobat ex
pluribus Lambert.libr.2.5.art.4.qu.princ.1.p.Ergo
&c.auth.multo magis,C.de ſacro.eccleſ.l. qui indi-
gnus,ff.de ſenat.l.cui pact.ff.de ſeru.export.c. illorũ
de ſent.excom.Crau.conſ.290.ſub nu.2.Dec. conſi.
333.Cur.iun.conſ.34.col.5.circa med.
266 Et hæc†concluſio eſt conformis iuri communi,
nam eſt ſimonia aliquid promittere pro uoce unius
uel plurium ad effectum electionis,Anton. de Butr.
Abb.Io.Anan.in cap.Matthæus de ſimon. Redoa.
* de ſimon.p.3.c.14.nu.6.& cõmuniter dd.ut late per
Gammar.in extran.Iulii 2.de ſimo.de electione Pa
pæ,& hęc concluſio uidetur ex mente Maiol. de ir-
reg.

reg.lib.5.c.45.co.5.& 6.Maſc.de prob.concl.1307. col.pen.& in ſpecie num.8.

Primo intellige hanc concluſionem non ſolum in electionibus factis hoc modo poſt, publicationē huius cōſtitutionis,ſed etiam in electionibus antea factis dicta conditione tacita,vel expreſſa,nam ſunt itidē confidentiales,nam dicit Conſtitutio *contigerit aut contingat id fieri*,Et ſic includitur tempus ꝑteritum,& futurum cum ſimus in his,quę ſunt de genere prohibitorum,ut latius comprobaui ſupra, & quia etiam dixit antehæc,ut ſupra probaui.

Secundo intellige hanc concluſionem uendicare ſibi locum quocumque modo vacet beneficium, nā dicit Conſtitutio quouis modo vacans , ut includat omnem uacationem,dd.communiter in c. ſuſceptū de reſcr.lib.6.cum aliis ſupra aductis,& eſt ratio,qđ eadem uiget utroq; caſu ratio,ergo idem ius,l. illud ff.ad l.Aquil. Ideo habebit locum etiamſi beneficium uacaret per renunciationem,ita in ſimili Gammar.in interpretatione extrauagan. Iulii 2.de ſimoniaca,elect.Papę,num.99.illam intelligit, & interpretatur procedere non ſolum ſi Sedes Apoſtolica vacet per obitum Papæ,ſed etiam ſi uacet,quia papa renunciet,iuxta ea, quæ dixi de reſignat. benef. lib. 2.quæſt.1.& mouetur tum fauore religionis,tum ex dictis per Bar.in l.quemadmodum C.de agr.& cēſ. lib.10.Rom.conſ.105.Bellam.deciſ.74.& quia conſtitutio puniens crimina eſt conformis rationi,nam omnia iura ſummo odio illa proſequutur cap.tanta de ſimon.

Tertio intellige,ſiue huiuſmodi conditio fuerit, ut dimittatur ſimpliciter prædictum beneficium, ſiue ut reſignetur in fauorem alicuius,ut patet ibi, vt poſtea in alterum,quæ uerba poſſunt intelligi in alterum,uel per uiam electionis,uel per uiam renunciationis in fauorem cum conſenſu eligentiū, Card. Zabarell.in clem.2.§.ut aūt nu.2.de relig.domibus. Inn.in c.2.eo tit.in 6.Abb.quem refert Boer.deciſ.2. num.15.Gl.in c.1.Gem.num.15.Gammar.nu.102.
* & communiter*alii de rer.perm.lib.6. Gem. conſi. 97.in fine.& in hoc poſſent habere intereſſe ipſi eligentes, ut ualeant tunc eligere,quem non poterant alias,uel ratione ætatis,vel alterius impedimenti, late Boer.deciſ.2.ca.1.& per totum,de poſtul.prælat.
267 uel ut ſæpe deueniant ad electionem, cum hæc ſit† præeminentia,& quædam iuriſdictio cap.1. & tot. tit.de elect.Pet.de Bais in direct.elect.in princi.Rebuff.in prax.in titu.de elect. uel ut hac uia aliquid acquirant, iuxta not.in capit. ne pro defectu , de electio. aut alias quomodocumque , nam mens Pij V. eſt per uerba generalia omnes , & quoſcumque caſus comprehendere l.1.§. & generaliter, ff.de legat.præſtan.Bald.in l.in fraudem, ff. de milit.teſtament.

Quarto intellige,ſiue hoc fecerit per ſe ſiue per
268 alium,nam†factum procuratoris,& domini æquiparatur,Inn.in c.quamuis de re iud.Inno.idem , & alii
* communiter*in ca.ex parte decani,de reſcr. Butr.in c.cęterum,in fine de iud. Quod non intelligo de ip-
* ſa electione,cum communiter*ſit receptum electio-
269 nes huiuſmodi non poſſe fieri per†procuratorem,c. ſi quis iuſto,de elect.lib.6.c.quia propter §.illud,eo.
* tit.ubi omnes,*Lap.allega.8.1.col. Lamber.de iur. patro.lib.2.in 2.par.in 4.q.princ.in 2.art.& in hoc quoque differt a præſentatione,quæ poteſt fieri per procuratorem,& conſtitutum etiam a præſente, & non impedito,Feder.de Sen.conſ.99. Lambert.de iure patr.lib.2.p.1.1.q.princ.art.5.num.13. Et ideo per præſentationem non contrahitur aliquod uinculū ſpirituale,Abb.in c.quęrelā in 2.col.in pe.not.de
270 elect.ꝑ electionē aūt†initiatur matrimoniū ſpirituale,c.cum inter Canonicos de elect.c. ult.de tranſla. prela.& per eā tribuitur ius prelaturę, & adminiſtrādi ſaltē in habitu ante confirmationē,Gl.in c.quāto diſt.63.Fel.in c.cum Bertholdus in 2.col. de re iud. Abb.in c.nobis de iur.pat. & ī c.auctoritate de inſt. late Frā.Are.in c.ſu ꝑ his in 2.not.de accuſ.Sed quoties ꝑ aliū fecit pactū iuxta ea,q̄ ſupra deducta ſunt ample.Limita non procedere quoties eo ignorante pactum fecit,Gammar.ſuper extrauag.Iul.2. de ſimonia elect. Papæ num.137.

Quinto intellige ſiue eligentes , & electi fuerint conſtituti in dignitate quamtumuis maxima ſiue nō nam utroque caſu procedit,& habet locum præſens §.itidem,ut ſupra comprobaui ex uerbis generalibus,& rationib.loquutio .n. generalis nihil relinqt intactum,Bal.conſ.205.lib.1.ac etiā ratio generalis l.cum pater §.dulciſſimis,ff.de legat.2. & receptum eſt diſpoſitionem legis includere non ſolum cauſas ſed etiam perſonas priuilegiatas,Dec.conſ.120.col. 2.late Mandoſ.de infirm.reſign.quæſt.2.num.3.eoque magis,cum ad tollenda dubia Pius v. exprimat etiam Cardinales, Ergo non egemus alia demonſtratione l.ancillę,C.de furt.l.continuus,§. cum ita, ff.de uerb.oblig.

Sexto intellige hanc concluſionem procedere,& committi confidentiam,ſiue dicta conditio tacita, uel expreſſa emanauerit ab uno eligente cum eligēdo, ſiue a pluribus, vel omnibus eligentibus cum ipſo eligendo,nam hic exprimitur id quod poterat eſſe dubium,ſcilicet de uno,ibi,ſeu electori . Hinc ſcribit Petr.de Baiſ.in direct.elect.in 1.par.ca.14.in 12.requiſito nu.2.quod ad inualidandam electionē
271 ſufficit,quod ſimonia ſit commiſſa cum uno ex †eligentibus,nam per illum ſolum inficitur totus actus c.nobis de ſimon.& ibi Abb.& Fel.col.1. not. in ca. ſi alicuius de elect.c.ſanctorum patrum 1.q.1. Hinc ſcribit idē Petr.de Baiſ.in eodē director. elect. p.2. c.28.in 28.requiſito nu.6.& 7. quod promiſſio be-
272 neficiorum facta,†ut quis eligatur eſt ſimonia c.de hoc de ſim.& committitur etiam ſimonia , ſi pecunia datur pro habenda voce alicuius in electione,q̄uis illa uox nō ſit neceſſaria pro ualiditate illius electionis,tex.& ibi Abb.& Fel.in c.Matthæus, de ſimonia,Rom.conſ.317.c.cum ſuper .de conf.

Amplia procedere etiam ſi eligentes eſſent illum nihilominus electuri, nam huiuſmodi datio, aut promiſſio pro electione eſt ſimonia,& annullat electionem,Petr.de Baiſ.d.c.28.num.8.Amplia etiam procedere etiam ſi datur,uel promittatur ab amico conſanguineo,uel familiari, nam ſi fuit datum, uel promiſſum eo ſciente committitur ſimonia , eo autem ignorante ſecus.Petr.de Baiſ.d.c.28.Abb.Ant. de Butr.Io.Andr.Hoſt.in c.nobis de ſimon. Gammar.in extrauag.Iul.2.de ſimo. elect.Papæ in §.per ſe nu.137.Ignorans enim non committit pœnam l. generalibus de decur.lib.10.l.ſi ignorans, ff.loc. c.ſicut de ſimon.& maxime ſi ab emulis,uel inimicis ipſius eligendi,Petr.de Baiſ.dict.direct. part.1. cap. 14.numer.2.

Septimo intellige,ſiue conditio fuerit tacita, uel expreſſa,iuxta ea quæ late adduximus ſupra, ſiue ēt fuerit datum,vel promiſſum, nam hæc duo æquiparantur, late Gammar. in extrauag. Iul.2. de ſimon.

elect.



el ect.Papæ num.115.cum ſequen.

Octauo intellige procedere in quocumque beneficio ēt habente dignitatē,ut ex prædictis colligit.

Hæc autem omnia limita procedere præcedente huiuſmodi conditione tacita,uel expreſſa,nam cum
273 hac qualitate loquitur†præſens conſtitutio,Ideo in primis uerificanda dd.in l.quicumque,C.de ſer.fug. l.aut facta,§.1.ff.de pœn.l.ſi in rixa,ff.de ſicar. c.ſicut dignum de homic.

Secunda concluſio committi confidentiam,ſi eligens,aut eligentes eligunt conditione tacita,uel expreſſa,ut fructus omnes,uel pars remittantur,uel relinquantur ab electo ad vtilitatem,vel libitū ipſius, atque ipſorum,uel aliorum,ut probatur in uerſ.ſiue de,in hoc §.itidem,quæ verba habent locum in electo,& eligente cum ſint continuata,& cenſeant repetita ex illa dictione &,& aduerbio pariter , & dictione id,ut ſupra probaui pluries.Et viget hoc caſu eadem ratio in eligente,quæ uiget in conferente, & præſentante,cum electio debeat eſſe libera,ideſt abſque conditione,& modo,ac pacto,ca. ſi alicuius
* de elect.c.ſanctorum patrum 1.q.1.& eſt cōmunis *
274 omnium doct.ſententia,nam per eam†acquirit ius, vt ſupra deduxi.Faciunt,quę ſcribunt Maiol.de irreg.li.5.c.45.col.5.& 6.Maſcard.de probat. concl. 1306.col.pen.& hęc concluſio eſt cōformis iuri cōmūni,nam eligentes non poſſunt eligere conditio-
275 ne tacita,uel†expreſſa recipiendi,aut retinendi fructus beneficij,aut quid ſimile dd. in ca.nobis,de ſimon.Ant.de Butr.in ca.tuam,col.3.de ętat.& qual. dd.in c.Matthæus de ſimon.quādoquidem fructus debeantur,dumtaxat domino,ut probaui de reſign. benef.lib.1.q.6.& ſic electo,Petr.de Baiſ.in direct. electionis,c.43.& 44.3.par.

Et hanc concluſionem primo intellige ſiue conditio fuerit de omnibus fructibus ſiue de parte ipſorum inter eligentem,& electum, quia nihilominus committitur confidentia,ut probant uerba illa, fructus illius,uel partem,& rationem adduxi ſupra in collatore recipiente partē fructuum & in præſentāte illam etiam partem capiente.

Secundo intellige,ſiue eligentes recipiant huiuſmodi fructus de manu electi,ſiue de manu alterius, nam nihilominus committitur confidentia, nā ita probat conſtitutio,& uiget eadem ratio,& ſic tenetur electus,licet ipſe non dederit.Declara hoc procedere,ſi fuit datum eo ſciente, ſecus ſi ignorante, quia non ligatur pœnis huius conſtitutionis tali caſu,cum non delinquat,l.annis,ff.de calumniat.Bart. & dd.in l.genero,ff.de infamib.Crauet. conſi.201. num.36.& in alijs terminis hoc tenent Pet.de Baiſ. in directe.elect.p.2.c.28.Gammar.in extrauag.Iulij II.de ſimon.elect.Papę nu.137.

Tertio intellige etiam in electione,quę fuit facta cum prædicta conditione ante publicationem huius conſtitutionis,& probatur ex uerbo contingerit vt ſupra deduxi.

Quarto intellige,ſiue eligentes percipiant huiuſmodi fructus per ſe,ſiue per alium,nam eadem viget ratio.

Quinto intellige procedere, ſiue fructus cedant ad vtilitatem,& libitum eligentis,uel eligentium, ſiue aliorum puta amicorum familiarium,conſanguineorum & ſimilium,nam ita probat conſtitutio, & eſt ratio,cum adſit eadem rō utroque caſu, iō idem ius ſtatuendum vulg.l.illud,ff.ad l.Aquil.

Et has concluſiones,& ampliationes declara ꝓcedere pręcedente conditione tacita, uel expreſſa, nam cum hoc præſuppoſito loquitur huiuſmodi cōſtitutio,quod in primis uerificandum erit, ut habeat locum.

Tertia concluſio committi confidentiam, ſi eligens,aut eligentes eligant aliquem ad beneficium vacans ea conditione tacita,uel expreſſa, ut electus ſoluat penſionem ei aut alteri. Hoc enim probatur in uerſ.ſeu,eiuſdem §.itidem,quæ uerba habent locum in eligente,& electo,ſicuti in conferente,& eo cui fuit collatum beneficium,& præſentante,& pręſentato,nam materia eſt connexa,& continuata, & repetita,ut oſtendit dictio et,& id,ac aduerbium pariter,ut late ſupra ꝓbaui, & eadem uiget ratio hoc caſu,ideo idem ius ſtatuendum l.a Titio,ff.de uerb. oblig.faciunt,quæ ſcribunt Maiol.de irregu.libr.5. c.45 ſub nume.5.Maſcard.de probat.conclu.1306. num.18.cum ſequent.

Et hæc concluſio eſt conformis iuri communi, namque ſimonia eſt,pactum de ſoluenda penſione abſque auctoritate Papę,Gig.de penſ.q. 34. Et alibi,Redoan.de ſimo.p.3.c.11.col.1.2.& 3.dd.in ca. ex parte 1.de off.deleg,vbi Dec.nu.15. cum ſequē. Ita etiam eſt ſimonia pactum de ſoluendo fructus beneficij,vt ſupra deduxi,ergo quod ſtatuitur hic, habet conformitatem cum iure communi , & cum ratione,& quia electio debet eſſe libera.

Et hanc concluſionem primo intellige ſiue penſio fuerit in magna quantitate,ſiue non, quia cōſtitutio loquitur generaliter l.1.§.& generaliter,ff.de leg.præſt.& uiget eadem ratio,ut dictum eſt de omnibus fructibus,& parte ipſorum.

Secundo intellige,ſiue huiuſmodi penſio ſit ſoluenda eligenti,ſiue alijs , nā utroq; caſu committit cōfidentia,ut probatur illis uerbis illi,uel alijs,Et ratio eſt quia in utroque caſu adeſt eadem ratio,le.illud,ff.ad l.Aquil.

Tertio intellige,ſiue eligens ſignificauerit ſoluēdā hāc penſionē,ſiue alius,vt verba uidentur probare,& ratio ipſius conſtitutionis,& faciunt, quę late ſcribit Gammar.in repe.d.extrauag.Iulij II. ſuꝑ ſimoniaca el ect.Papæ.

Quarto intellige,ſiue electus ſoluerit illam penſionem per ſe,ſiue per alium,vt patet ibi per ſe, vel alium,& eadem ratio uiget utroque caſu,nam qui ꝑ alium facit,per ſe ipſum facere uidetur.

Quinto intellige hanc concluſionē,ſiue interceſſerit ſcriptura,ſiue nō, vt probāt illa uerba ſcripto, aut uerbo,quia eadem eſt uirtus,ut ſupra deduxi.

Limita primo,dūmodo interceſſerit cōditio tacita,vel expreſſa ante electionem,uel in ipſa electione,nam cum hac qualitate loquitur Pius V.hic.

Limita ſecundo nō procedere,quoties huiuſmodi penſio fuit reſeruata auctoritate Papæ, nā ceſſat de ſtylo omne vitium,Caſſad.decis.2.de ſimo.Nauar.in Man.c.23.ſub nu.107.cum ſeq.& ſcripſi late de reſign.benef.lib.6.q.1.& 2.

Cętera poſui ſupra,quæ non referam,ne ſim longus in hoc articulo.

Vnū aūt non omittā,de quo fui alias interrogatus,an iuſta conſcīa poſſint hn̄tes facultatē eligēdi cōuenire,vt in oīb.uacationib.contingentib. eligāt ex ipſis,& pro nullo dēt ſuffragia ad effectū, ut ipſi
276 oēs adueniente caſu poſſint eligi?reſpondi†negatiue nō poſſe,& conuenientes,ac ita coniurantes peccare,cum ex hoc habeant finem,& ſpem prouidendi ſibi,& amicis,ut colligitur ex his, quę ſcribit D.

G Thom.

Thom. 2.2.q.63.art.2. & non eligendi digniorem,
277 †ut debent c.licet, 8.q.1.& ibi Glo.c.conſtitutus 2.
de appe.& ibi Franc.Dec.& alij communiter, Na-
uar.in Manual.c.17.nu.72.& 73. & hanc opinionẽ
poſtea reperi fuiſſe approbatam per Nauar. conſil.
21.tit.de ſimo.ubi etiam dicit,quod ſi fuerint exe-
quuti huiuſmodi conuentionem,incidunt in ſimo-
* niam,quia eſt ſimonia ex* communi opinione con
uentio quęrendi beneficium ſpirituale,c. quam pio
1.q.2.c.cum pridem,& cap.ult.de pact.ſicuti etiam
eſt ſimoniaca conuentio, ut unus ſuffragetur alicui
in una electione,ut alius ſuffragetur alteri in altera
electione,Ange.in ſum.uerb.ſimonia 3.§.2.Silueſt.
in uerb.ſimonia q.13.num.4.& reddit rationem,ac
comprobat Nauar.in Manual.c.23.nu.100.uerſ.nã
cum quis.Redoan.de ſimonia.part.2.cap.34.nu.2.
quod nota quia multi decipiuntur.

## *SVMMARIVM.*


1 *Reſignatio ad effectum fraudandi iura Camerę, aut cum retroceſſione eſt confidentialis.*
2 *Aulici auide procurant beneficia.*
3 *Regreſſus,& ſimoniæ qua ratione inuenti.*
4 *Reſignationes in fauorem cur repertæ.*
5 *Reſignatio in fauorem frequens in Curia.*
6 *Qui ſunt qui in Cancellaria nihil ſoluunt.*
7 *Fit quod alijs prodeſt,& facienti non nocet.*
8 *Reſignatio præbet iuſtam cauſam faciendi reſeruationem.*
9 *Sine cauſa non datur reſeruatio.*
10 *Lucrum turpe quod.*
11 *Pluralitas beneficiorum ex ambitione.*
12 *Decimæ non debent fraudari.*
13 *Regreſſus quando intret.*
14 *Habens beneficium tenetur ſoluere penſionem.*
15 *Acceptans beneficium obligatur ad onera.*
16 *Canones odio habent hæreditariam ſucceſſionem.*
17 *Retroceſsio facta infra tres menſes ab exempto eſt confidentialis.*
18 *Fraus ex coniecturis.*
19 *Fraus ex vicinitate actuum.*
20 *Fraus ex breuitate temporis.*
21 *Fraus ex actorum frequentia.*
22 *Pluralitas permutationum oſtendit fraudem.*
23 *Alienatio in fraudem creditorum nulla.*
24 *Argumentum a veriſimili validum.*
25 *Fraus ex magna alienatione.*
26 *Fraus ex modicitate pretij.*
27 *Liberalitas inſolita inducit fraudem.*
28 *Contractus ſuppoſitus arguit fraudem.*
29 *Venditio cum pacto de retrouendendo præſumitur fraudulenta.*
30 *Reſignatio ad effectum reſeruationis quando confidentialis.*
31 *Exempti a iuribus Cameræ qui.*
32 *Mandatum de expediendo gratis,quando,& quomodo datur.*
33 *Verbum Eccleſiæ comprehendit Cathedrales.*
34 *Sub nomine Monaſterij venit Abbatia,& Prioratus.*
35 *Dictio alia omnia includit.*
36 *Reſignatio in fauorem non poteſt fieri, niſi coram Papa.*
37 *Idem ius vbi eadem ratio.*
38 *Retroceſſio facta ſtatim poſt expeditionem litterarum præſumitur fraudulenta.*
39 *Fraus ex vicinitate actuum.*
40 *Quod tempus dicatur modicum,remittitur arbitrio iudicis.*
41 *Tempus quatuor menſium modicum,& etiam multorum annorum.*
42 *Retroceſſio coacte facta, non eſt confidentialis.*
43 *Vbi lex loquitur clare,nullum cadit dubium.*
44 *Ceſſante præſuppoſito legis,ceſſat lex.*
45 *Delictum debet excludi.*
46 *Dictio vel,& ſeu alternant.*
47 *Vbi verba legis non competunt,neque diſpoſitio.*
48 *Vnius incluſio eſt alterius excluſio.*
49 *In pœnalibus fit reſtrictio.*
50 *Verba poſita in lege ſtricte,& proprie capiuntur.*
51 *Retroceſſio facta a quocunque breui tempore cum reſeruatione eſt confidentialis.*
52 *Incluſio vnius non eſt excluſio alterius multis caſibus.*
53 *Argumentum a maiori validiſſimum eſt.*
54 *Dictio præſertim includit alias perſonas.*


## QVAESTIO XXIX.

DE confidentia,quæ ſolet committi, ut fraudentur officiales Cancellariæ,& Cameræ Apoſtolicæ.

TERTIVS caſus confidentialis poſitus in dict.
conſtit.in §.ad hæc,eſt,vt ſi exemptus a ſolu-
tione iurium Cameræ recipiat mediante reſignatio
ne beneficium,quod modico temporis ſpatio inter
1 iecto, ſcilicet duorum,aut trium menſium†retroce
dat eidem reſignanti,reſeruatis fructibus, uel ipſo-
rum parte, aut penſione,vel regreſſu,acceſſu,aut in-
greſſu,ex hoc committatur confidentia his uerbis,
Ad hęc ſi clericus prædictæ Cameræ, aut Cardina-
lis,aut alius a ſolutione iurium ipſius Cameræ, vel
etiam Cancellarię Apoſtolicę exemptus poſt reſi-
gnationem,uel ceſſionem alicuius extranei de Ec-
cleſia,Monaſterio,uel alio beneficio Eccleſiaſtico
in ſe Apoſtolica,vel alia auctoritate factam, & ad
miſſam,illam,uel illud etiam confectis litteris Apo-
ſtolicis,& poſſeſſione apprehenſa in eundem reſi-
gnantem,uel cedentem modico ſpatio interiecto,
veluti duorum, aut trium menſium retroceſſerit,
aut retrocedat in futurum, & ex illa retroceſſione
fructus Eccleſiæ,ſeu Monaſterij, aut beneficij, uel
eorum pars,ſeu penſio,ſeu quid aliud ſuper illis re-
ſeruatum,aut regreſſus,ſeu acceſſus, & ingreſſus ad
illam uel illud ipſi clerico,uel Cardinali, aut alio ex
empto ſit,fueritve conceſſus.& hæc uerba ad hunc
effectum refert Maſcard.de probat.concluſ. 1306.
numer. 9.dicens ex hoc pręſumi confidentiam,Na
uarr.conſi.66.nume.5.& 6.titu.de ſimon.quod eſt
tranſpoſitum 2.tom.fol.801.& ratio huius conclu-
ſionis colligitur ex §.multi illis uerbis,plerique,vel
ſenes,vel infirmi,ut beneficia in domibus ſuis per-
petuent, illa renunciarunt, & renunciant in alios,
qui uel prophanam familiam cedentium de fructi-
bus Eccleſiaſticis alant, uel illa etiamnum infantib.
aut naſcituris aſſeruent,facto interdum circuitu re-
troceſſionis cũ reſeruatione fructuũ,& aliarũ rerũ,
aut acceſſu p̃ſertim ab illis,qui p̃ſtandorũ iuriũ Ca
meræ Apoſtolicæ ſunt immunes,&c.& clarius col-
ligitur ex conſtitut.Pij IIII. quę ad hoc præcipue
tollendum emanauit,& patet ibi,*ac nõnullos ac ip-
ſis fratrib.nimia quadã facilitate,ſeu potius impor
tunis amicorum familiarium precibus adductos be*

*neficia*



*neficia Eccleſiaſtica in confidentiam huiuſmodi re-
cepiſſe,& frequenter recipere intelleximus hanc il-
licitam beneficentiæ exercendæ,ſeu amicitiæ colen-
dæ,&c.*ſubdit,*huic aliena beneficia cuſtodiendi mo
do, ne aſſueſcerent,neue illa hoc pacto reciperent,
vtique ſic recepta dimitterẽt,&c.*ſubdit, *ea quæ cu
ſtodienda receperant beneficia,nondum tamen dimi
ſiſſe,& inſuper illos,& nonnullos alios etiam Pa-
triarchas,Archiepiſcopos,& alios Epiſcopos,ac ẽt
Cameræ Apoſtolicæ clericos,&c.*ſubdit, *Ac ſibi
propterea penſiones annuas,ac fructus,&c.ſibi re
ſeruari procuraſſe, & obtinuiſſe ad hoc videlicet,
vt confidentes ſic decimarum Apoſtolicarum,vel
communis dicti collegij,& annatæ, aliorumve iu-
rium dictæ Cameræ debitorum ſolutionem eludãt,
integrisque beneficiorum etiam in menſibus* Apo-
*ſtolicis vacãtium, aut alias diſpoſitioni Sedis Apo
ſtolicæ generaliter reſeruatorum collationibus,ac in
2 terdum,&c.*Nam aulici,†& degentes Romæ curio
ſe nimis beneficia ſolent procurare,ut redditus opu
lentos conſequantur,& ditiſſimi euadant,& ideo in
3 uenti Regreſſus,Acceſſus,†Ingreſſus,reſeruationes
fructuum & penſiones,incompatibilitates,ac ſimo-
niæ ad not.in c.cum pridem de pactis,c. quia.ca.de
multa de præben.c.ad audientiã de reſcr.c.conque-
* rente de cleric.non reſiden.& Doct.*omn.tradunt,
4 hac etiam ratione fuerunt repertæ†reſignationes in
fauorem antiquo tempore ignotę,ut qui non poſſit
habere beneficium per obitum illud acquirat me-
diante reſignatione hac uia faciliori, Quæ reſigna-
5 tiones in fauorem†ſunt frequentes in Romana Cu
ria,eſſentque frequentiores,ſi non expenderetur tã
magna ſumma pecuniarum,vt fit de ſtylo in Data-
ria,Cancellaria,Camera,& plumbo, ſecundum ex-
preſſionem,vel taxam beneficiorum.Exempti autẽ
6 a dicta ſolutione,†ut ſunt Cardinales, Clerici,Ca-
meræ,& familiares Papę,ac alij,de quibus infra di-
cetur,qui nihil ſoluunt pro compoſitione in officio
componentis,neque pro annata in Cancellaria an
te cõſtitutionem Pij IIII.ambitionis,& auaritię vi-
tium ſequentes rogabant,& perſuadebant amicos,
familiares,& conſanguineos, ut beneficia pinguia
per eos obtenta in fauorem ipſorum exemptorum
reſignarent præmiſſa conuentione eadem retroce-
dendi,ut poſſint ipſi exempti in retroceſſione obti
nere reſeruationem fructuum,aut penſionis,uel re-
greſſus,& acceſſus,quia reſeruatione ipſi non uten
tur,niſi poſt mortem ipſorum,& de hoc facili indu
cebantur illi amici,familiares,& conſanguinei, tum
7 quia id eis non nocebat,& alios iuuabat†iuxta id,q
notat Bal.ex l.in creditore,ff.de euict.le.mulier,qui
potior.in pign.habeant.tum ut prædictis rem gra-
tam facerent,& Papa etiam de facili reſeruabat hu
iuſmodi fructus penſiones, & regreſſus ſtante reſi-
8 gnatione,quæ præbet iuſtam cauſam†faciendi reſer
uationem,Gig.de penſ.q.4.nu.2.& q.19.Gammar.
de auct.leg.a Later.tit.de penſ.nu.98. & 99. & nu.
146.& 194.Mar.Angui.conſ.20.nu.15. & dixi late
de reſign.benef.lib.6.q.2.col.3.& etiam q.1.ubi di-
9 xi ſine cauſa†non dari huiuſmodi reſeruationes, qđ
* hodie etiam de ſtylo*eſt notiſſimum. Sequuta igi-
tur reſignatione in fauorem dictorum exemptorũ
ipſi exempti expeditis,uel non expeditis litteris bre
ui tempore interiecto retrocedebant eadem benefi
cia eiſdem obtinendo reſeruationem fructuum pẽ-
ſionis,uel regreſſus,qua reſeruatione fructuũ, & pẽ
ſionis uiuentib.dictis amicis,familiarib.& cõſangui
neis primis reſignantib.non utebantur, mortuis au
tem ipſis,uel capiebant beneficia p̃dicta uigore re-
greſſus,vel ſi non habebant regreſſum ab illis,quib.
conferebantur per ordinarium,aut Papã; petebant
fructus,aut penſionem oſtendendo reſeruationem
obtentam in retroceſſione;Et cum id ex plurib.ui-
deatur malum,Primo,quia nihil aliud eſt, quam ge
nus quoddam piſcationis beneficiorum ac negocia
10 tionis,& turpis lucri commodum†ex cupiditatis ra-
dice procedens,c.quia nonnulli de Cleric.non reſi-
den.c.de multa de pręb.c.1.21.q.1.ac continẽs pra
uas cupiditates,& ambitionis,ac auaritiæ uitiũ,c.cũ
iam dudum de præb.Abb.in c.quia in tm̃ de pręb.
11 ut dr̃ de pluralitate † beneficiorum,Alfonſ.Hoied.
de incompatib.benef.p.1.c.19.num.2.Gammar.de
auct.leg.a later.tit.quando legatus poſſit plura be-
neficia alicui conferre nu.69.

Secundo,quia fraudatur Dataria,Camera, & Cã
cellaria,eorumque collegia & officiales,qui emerũt
officia ut conſequantur certa emolumenta conſtitu
ta ſolui ſolita in expeditione litterarum Apoſtolica
rum,a quorum ſolutione ſunt exempti pręditi,qui
ita in confidentiam recipiunt beneficia,quod cõſi-
deratur in Conſtitutione Pij IIII. in uerbis ſupra
poſitis.

Tertio in hoc etiam patitur detrimẽtũ ipſe ſum
mus Pontifex,qui ſi contingat ex aliqua cauſa impo
nere decimas beneficiorum,a Cardinalib.& aliis ex
emptis non exigeret eas pro reſeruatione fructuũ,
12 aut pẽſionis ipſis facta, & †hoc etiam conſiderauit
Pius IIII.illis uerbis,*ſic decimarum Apoſtolicarũ*.

Quarto,quia fraudatur ipſe Summus Pontifex,ac
alij ad quos ſpectat ius conferendi illa beneficia,nã
ſi moriant̃ poſſeſſores,uel non poterũt ea conferre,
13 ſi fuit exempto per confidentiã reſeruatus,† regreſ-
ſus,Rebuff.in praxi tit.de regreſſ.Mandoſ. tract.ſi-
gnat.grat.tit.regreſſus,Moed.deciſ. 338.in manu-
ſcr.Card.Pariſ.conſ.5.uol.4.dixi late de reſig.bñf.li.
6.q.5.uel ſi nõ fuit reſeruatus regreſſus, ſed tm̃ fru-
ctus,aut pẽſio cõferẽt bñficia uerũ non integra,ſed
diminuta,cũ illi,cui fuerint collata beneficia,teneã-
14 tur ſoluere†pẽſionem,& cõſentire perceptioni fru-
ctuũ reſeruatorũ,Guid.Pap.q.557.Sarn.deci. 159.
* manuſcr.& fuit pluries*reſolutũ in Rot.ut late di-
xi de reſig.benef.li.1.q.8.nu.25.& 26.cum ſeq.Ac-
15 ceptans enim beneficium ur̃ ſe obligare ad onera †
impoſita in eo,Gig.de penſ.q.51.Caputaqu. deciſ.
302.li.1.late Burſa.conſ.361.uol.4.& rõne, ne frau
dentur ordinarij plura ſunt introducta, ut diximus
circa publicationem de reſign.benef.li.11.q.1.

Quinto,quia bñficijs ur̃ prouiſum,quaſi hæredi-
16 taria ſucceſſione,q †odio hñt canones,c.1. cum ibi
notatis de p̃b.c.Apoſtolica 8.q.1.ca. ad extirpãdas
de fil. presby.c.cõſuluit de iur.pat.eſſet enim in po
teſtate p̃dictorũ aucupari,quot,& q̃ uoluerint bñfi
cia,no.in c.ex trãſmiſſa de fil.presby. ca.ad hæc de
decim.Cõtra ẽt plerunque naturam beneficiorum
arg.c.23.3.Con.Carthagi.c. quando diſt.24.ca. ex
tenore,& c.non eſt,de temp.ordin.

Ideo Pius V.in hoc §.ſtatuit eſſe confidentiã re-
17 trocesſionem†factam infra tres menſes ab exẽpto
dictorum iurium,cum reſeruatione fructuum,& pẽ
ſionis,aut regreſſus,quia uidetur in ſe cõtinere frau
18 dem ſupra explicatam,quę fraus deprehenditur†ex
coniecturis,cap.2.ubi omnes de renunc,lib.6.Gloſ.
in l.dolũ C.de dol.Bart.in l.poſt contractum,ff.de
donat.Dec.conſ.235.col.1.& 2.Card.Pariſ. conſil

 97.num.

97.num.17.uol.3.& conſi.52.nu.35.uol.4. Ioan.de
Amic.conſi.107.in princ.Grat.conſi.81.nu.42.lib.
2.Menoch.de arbitr.iudic.caſ.459.nu. 4. Et plures
extant coniecturæ,quod ita conuenerunt, & quod
reſignatio fuerit ſimulata ad hũc effectum. Prima,
19 uicinitas†actuum,iuxta not.per Bart.per illum tex.
in l.ſi uentri §.ult.de priuil.credit. Idem Barto. in l.
poſt contractum,ff.de donat.& ibi Ioã.Annib.nu.
163,Card.Pariſ.conſ.143.nu.21.uol.4.Ruin.conſi.
* 130.num.2.uol.2.Crot.conſ.13.nu.26.&* commu
20 niter alij,Et Breuitas†temporis,Loffred,conſil.52.
num.15.Afflict.deciſ.72.nume.3.Caſſan.deciſ. 33.
num. 17.Crauet.conſi.153.num.9.
Secunda,quia reſignatio prima facta in fauorem
exempti,nihil prodeſt ipſi reſignanti,cum nihil re-
ſeruauerit,nec fructus,nec penſionem, ergo ex hoc
deprehenditur fraus conuenta,iuxta ea,quæ ſcribit
Ruin.conſ.78.nu.9.vol.3.cum alijs, ut per Maſcar.
de probat.concluſ.815.num.2.
21 Tertia,ex actorum†frequentia, ſcilicet recipro-
ca reſignatione,iuxta ea,quę dicuntur per Gui.Pap.
tract.de prę ſump.nu.47.& 51.Card.Pariſ.cõſ.153.
num.2.uol. 4. ita etiam ex pluralitate ꝑmutationũ
22 †fraus colligitur,Staphil.in tract.de Grat.expectat.
in rub.de uar.mod.vacat.num.71.quem ad hoc re
fert,& ſequitur Maſca.de probat.concl. 815. n. 17.
Quarta,ex damno quod infertur collatoribus,ſi-
23 cuti dicimus de alienatione † in fraudem creditorũ
iuxta ea,quæ ſcribunt Bar. in l. ſi priuſquam num.
10.C.de iur.fiſc.lib.10.late Soci.ſen.in l.1.nu.84.cũ
ſeq.ff.ſol.matr.Gabr.conſi.82.li.1.
24 Quinta,ex uerisſimilitudine,quod†argumentum
validiſſimum eſt in hmõi materia, Dec.conſi.644.
nu.6.Crau.conſ.100.nu.5.& conſ.153.nu.11.& de
ea conſtat,nam non ſolent Clerici reſignare benefi
cia ſua abſq; recõpenſa,uel reſeruatione penſionis,
vt experientia docet,& faciũt no.in c.ſup hoc de re
25 nun.ergo ſicuti ex magna alienatione†ꝑſumiẽ fraꝰ,
Bar.in l.oẽs §.Lucius nu.2.ff.de ijs q̃ in fraud.cred.
Bal.in l.fraus,ff.de legib.Ale.conſ.47.nu.5.li.1.Car
di.Pariſ.conſ.72.nu.68.uol.3.Nat.conſi. 162.nu.6.
uol.1.Soci.iun.conſ.7.nu.6.uol.4.Afflic.deciſ. 370.
nu.13.Et ex re inſolita,Guid.Pap.tract. præſumpt.
nu.27.Crau.conſ.100.nu.5.Io.Annibal, & alij oẽs
26 in d.l.poſt contractũ nu.139. Et ex modicitate †ꝑ-
tii in contractu uenditionis,Bar.in d.l.poſt contra-
ctum nu.17.Pic.nu.44.Crau.conſ.100.nu.4. Guid.
27 Pap.d.tract.n.46.ita ex liberalitate† inſolita ꝑ renũ
ciationẽ prædicto modo factam,Caſſane.conſ. 39.
Dec.conſ.235.col.1.& 2.& ut potius id feciſſe dica
tur ex eo quam ratione amicitiæ,familiaritatis, con
ſanguinitatis,& reuerentię,ac ſpei,iuxta ea, quę po
nit Caſtr.conſ.337.num.20.lib.1.
28 Et cum omnis cõtractus†ſuppoſitus arguat frau
dem,l.pupillus,§.ſed & ſi per interpoſitã,ff.de auct.
tut.Guid.Pap.d.trac.de prę ſump.nu.47.Rui.conſi.
* 130.nu.2.uol.2.&*cõiter alij,ut per Maſca.de pro-
bat.concl.815.nu.43.ita & huiuſmodi reſignatio ſi
mulata facta ad dictum effectum.
Et queadmodũ uẽditio facta cũ pacto de retro-
29 uẽdẽdo ꝑſumiẽ†ſimulata,& fœneratitia,ut per Ce-
pol.de ſimul.cõtract.n.15.uer.& prima ꝑſumptio,
Boer.deciſ.183.nu.16.Grãm.deciſ.76.nu.4.Gabr.
conſ.74.nu.4.lib.1.cum alijs,ut per Menoc. de præ
ſump.lib.3.præſumpt.122.nu.42. cum ſeq. Ita pa-
ri ratione huiuſmodi reſignatio facta ex uerisſimili
ratione cum pacto retrocedendi,cum eadem uidea

tur adeſſe ratio,ut patet ex his,quæ ſcribunt Corn.
conſ.41.nume.8.lib.3.Ale.conſ.54.colum.1.libr.6.
Abb.conſ.97.& hanc eſſe rationem huius §.& fuiſ
ſe intentionem Pij cenſeo.
Non nego tamen,quod hæc concluſio poteſt ex
emplificari alio modo,quo caſu etiam confidentia
committeretur,quoties habens beneficium uellet,
& optaret,ut talis Cardinalis, uel familiaris Papæ
haberet penſionem ſuper ſuo beneficio,aut regreſ-
* ſum,& cum penſio ſine cauſa non detur ex ſtylo,*
reſignat ad hunc effectum ipſi Cardinali,aut fami-
liari Papę,ut poſtea ſibi retrocedat cum reſeruatio-
ne dictæ penſionis,quam reſeruationem ſtante re-
ſignatione obtinebit abſque dubio,ut dixi lib.6.de
reſign.benefi.qu.2.& hoc quia reſignatio non fuit
30 uera,ſed ſimulata ad effectum,†ut reſeruaretur pen
ſio,committitur confidẽtia,ut in his terminis huius
* conſtitutionis fuit reſolutum in Rot.in * una Rea-
tin.penſionis ueneris 11.Martij 1588.coram R.P.
D.Pamphilio,ſicuti colligitur fraus ex venditione
cum pacro de retrouendendo,Cepoll.de ſimul.con
tract.num.15.Grammat.decis.76.nu.4. Idque ma-
gis poteſt contingere in perſonis exemptis a ſolu-
tione iurium Cameræ,quæ cum nihil impendant in
expeditione litterarum de facili expediunt litteras,
reſignationis,ut poſtea retrocedant cum dicta reſer
uatione,& expediant litteras reſeruationis.Ideo de
his loquitur,& has perſonas nominat præſens Con
ſtitutio.
Nunc autem pro intelligentia totius materiæ,&
explicatione omnium caſuum,de quibus poſſet du-
bitari,per modum quæſtionum explicabo omnia
uerba huius §.
Primo quæro qui ſint iſti exempti a iuribus Ca-
* meræ,& Cancellarię?Stylus*communis†docet exẽ
31 ptos a iuribus Camerę eſſe S.R.E.Cardinales,pro-
pter eorum maximam dignitatem,& continuos la-
bores,quos ſuſtinent in conſilio uniuerſalis Eccle-
ſiæ,itidem Clericos Camerę Apoſtolicę, alioſque
officiales principales Sanctiſſimi D.N.Papæ,& qui
bus id ex priuilegio concedit Summus Pontifex:Fa
miliares autem Papæ ſolent expedire litteras bene-
ficiorum,ut Cardinales,nam nil ſoluunt, in unaqua
32 que autem expeditione conſueuit Papa†ſignare ſup
plicationem,quæ appellatur mandatum de expediẽ
do gratis,& datur cum clauſula,quod ſola ſignatu-
ra ſufficiat,& ſanct.mem.Gregorius XIII.uocabat
me familiarem ſuum,& cum hoc mandato expedi-
ui quatuor bullas,octo beneficiorum a ſua Sanctita
te ſponte mihi collatorum.
Secundo quæro, in quibus beneficijs procedat
* hæc concluſio?communis*opinio omnium eſt ha-
bere locum in omnibus,quia dicit de *Eccleſia Mo-*
*naſterio,& alio beneficio Eccleſiaſtico*.nam uerbũ
33 †Eccleſia comprehendit Eccleſias Cathedrales, &
Metropolitanas,uerbum autem Monaſterium Ab
34 batiam,& Prioratum†ſecularem,uel regularem,ſub
35 dit poſtea,& alio beneficio,ut†omnia includat,iux-
ta ea,quæ dicit Bald.in l.in fraudem,ff.de milit. te-
ſtam.& patet ex adductis ſupra in caſibus pręceden
tibus.
Tertio quæro,qũo intelligantur illa uerba,Apo-
ſtolica,vel alia auctoritate factam, & admiſſam,cũ
loquaẽ de reſignatione ĩ fauorẽ,ut patet ibi poſt re
ſignationẽ,uel ceſſionẽ in ſe,q̃ non põt fieri,niſi co
36 ram†Papa,ut late dixi de reſigna.benefic. lib. 5.qu.
6.reſpondeo mentem Pij V.fuiſſe,ut includat om-
nem



nem caſum,& excludatur penitus omnis fraus,nam
poterat euenire,quod quis renunciet coram ordina
rio ſimpliciter ad effectum, ut conferat tali exem-
pto,qui poſtea exemptus, cui collatum eſt dictum
beneficium illud coram Papa retrocedat modico
temporis interuallo interiecto eidem reſignanti,vti
que hæc eſt confidentia. Ideo hæc uerba exiſtimo
eſſe intelligenda de prima reſignatione facta corã
Papa,& de ea quę fit coram ordinario,nam eadem
ratio fraudis poteſt conſiderari vtroque caſu, ideo
37 idem ius†ſtatuen.l.illud,ff.ad leg.Aquil.l.e. a Titio,
ff.de uerb.oblig.& cum dixit Apoſtolica intelligit,
quando fit coram Papa,cum autem dicit,uel alia au
ctoritate intelligit coram ordinarijs & alijs collato-
ribus,Rebuff.in prax.benef.gl.12.ſuper regu.de in-
firm.nume.3.
Quarto quæro,an hæc concluſio procedat, quo-
ties exemptus a iuribus cameræ, & Cancellariæ,cui
fuit reſignatum beneficium expediuit litteras illius
beneficij,& apprehendit poſſeſſionem,& poſtea il
lud retroceſſit in fauorem primi reſignantis? affir-
matiue eſt reſpondendum,ut colligitur ex illis uer-
bis etiam confectis litteris Apoſtolicis,& poſſeſſio-
38 ne apprehenſa,quæ fuerunt†conſulto addita,ut ex-
primant caſum magis dubitabilem,nam quoties qs
retrocedit non expeditis litteris,tunc abſque dubio
conſtat de fraude,dubium poterat fieri,quando reſi
gnatarius expediuit litteras,& apprehendit poſſeſ-
ſionem,nam ex hoc colligebatur reſignationẽ non
fuiſſe ſimulatam,ſed ueram;nihilominus contrariũ
uoluit hic Pius V.vt etiam hoc caſu ſit confidentia
ex ratione,quam ſupra attulimus, quę militat præ-
dicto caſu.
Quinto quęro,an tempus conſtituat ad cogno-
ſcendam retroceſſionem fraudolentam? Reſpõdeo
duorum,vel trium mẽſium,ut patet ibi *modico ſpa-*
*cio interiecto,veluti duorum,vel trium mẽſium re*
39 *troceſſit*:cum ex uicinitate†actuum præſumaẽ fraus,
Bar.in l.poſt contractum nu.8.& ibi Io. Annib.nu.
163.Pariſ.conſ. 143.nu.21.uol.4.& temporis breui
tate,Crauet.conſ.100.nu.8. Afflict.deciſ. 72. nu.3.
Ruin.conſ.130.nu.2.uol.1. appellat ſpacium duo-
rum,uel trium menſium tempus modicum,nam ar-
40 bitrio iudicis remittitur,quod tempus†dicatur mo-
dicum,l.ſi conſtante,§.ſi uxor,ff.ſol.matrim. l. ſi qs
ita §.ſeia,& ibi Gl.ff.de uerb.oblig. Bar.in l.conti-
nuus §.inſulam,ff.eo.& in l.item ſi unus,ff.de arbit.
Gl.in l.& ſi poſt tres,ff.ſi quis caut.Gl.ĩ c. præterea
de ętat.& qualit.Specul.in titu.de iuramen.delat.in
uerb.nunc igitur Bar.in l.ſed ſi ſuſceperit §.1.ff.de
iudic.Bertach.in repert.in uerb. modicum tempus,
Corſe.in tract.de minimis p.2.nu.18.Iul. Ferret.de
re naual.lib.12.num.135.Franc.de Plat. de excom.
§.37.num.4.Albe.Brun.de ſtat.art.9.nu.215. Car-
din.Iacobac.de Conc.lib.4.art.40.nume.173. nam
41 quandoque tempus†quatuor menſium dicitur mo-
dicum,l.ſi cum dies,§.interdum,ff. de arbitr. quan-
doque duorum annorum cap.potuit locat.l. domi-
ni horreorum,ff. eod. quandoque quinque anno-
rum l.1.§.quod dictum,ff.de ſeparat.quandoque ſe
ptem annorum c.ult.ne prælat.uic.ſu.Corſet.d.tra-
cta.par.2.nu.18.aliquando nouem annorũ Redoã.
de reb.Eccl.non alien.uerſ.Item nu.5. quandoque
decem annor.Franc.de Plat.d.tract.§.37.nu.4.Re-
doan.de reb.Eccl.non alien.caſ.3.nu.15.In caſu au
tem noſtro tempus duorum vel trium menſiũ Sum
mus Pontifex ſtatuit modicum tempus eſſe ad iudi

candam retroceſſionem factam ab exempto confi-
dentialem.
Ex quo colligitur,quod dicti exempti retrocedẽ
do poſt tres menſes retroceſſio non dicetur confi-
dentialis arg.l.cum pętor,ff.de iudic.niſi aliũde cõ
ſtaret de confidentia,nam tunc eſſet confidentialis,
etiam ſi fieret poſt,neq; etiam retroceſſio debet iu-
dicari confidentialis, quãuis facta intra tres menſes,
42 ſi fuit†coacte facta,nam Pius V.loquitur de retroceſ
* ſione libera,ut fuit alias*pronunciatum ex his,quæ
tradunt Io.Andr.in c.propterea,el 2.de iur.patr.Fe
li.in c.cum M.nu.21.de conſtit.& ibi Dec.nu.34.&
conſ.22.nu.2.Crauet.conſ.156.nu.8.
Sexto quęro,an hæc concluſio procedat in retro
ceſſione facta infra dictum tempus ante conſtitutio
nem publicatam:affirmatiue eſt tenendum,quia di
cit *retroceſſerit,aut retrocedat in futurum*:ergo cõ-
prehendit tempus pręſens,præteritum,& futurum,
quod potuit facere ex rationibns,quas pono alias.
Septimo quæro,an requiratur,vt in retroceſſione
aliquid præſeruetur,ut iudicetur confidentialis? re-
ſpondeo affirmatiue,quia expreſſe dicitur de reſer-
uatione omnium fructuum,aut parte uel penſione,
43 aut regreſſu,uel acceſſu,unde nullum cadit † dubiũ
l.illam,C.de collat.l.ancillæ,C.de furt. Ex quo in-
fertur,quod ſi retroceſſio eſſet facta abſque reſerua
tione prædicta non eſſet confidentialis,quia ceſſant
44 uerba,& †præſuppoſitum diſpoſitionis l.4.§.toties,
ff.de damn.infect.& ceſſat ratio fraudis,quæ conſi-
ſtit in reſeruatione,ut ſupra dictum eſt, & per con-
ſequens huiuſmodi retroceſſio pręſumetur facta ex
45 alia cauſa,tum vt excludatur†delictum iuxta l. me
rito,ff.pro ſoc.tum etiam,quia ad quid ita conueni
rent pędicti, nam nulla vtilitas eis oritur ex dictis
circuitibus,quare omne aliud,quam delictum eſt ꝑ
ſumendum,late Gabr.de malef.concl.2.
Octauo quæro,an requirantur, ut omnia nomi-
nata in hoc §.reſeruentur retrocedenti,ut habeat lo
cum hęc concluſio?reſpondeo negatiue,unum ſuffi
cere ſcilicet,uel reſeruationem fructuum,aut pẽſio-
46 nis,vel regreſſus,& acceſſus,quia utitur † dictionib.
uel,aut,ſeu,quæ id ſignificant,l. ſi hæredi plures,ff.
de cond.inſt.cum alijs,ut per Iac.Nouell.de iur.pro
tomiſſ.§.quod ſi forte columna 8.& hoc nullum ha
bet dubium.
Nono quæro a quo tempore computetur huiuſ-
modi tempus duorum,uel trium menſium?reſpon-
deo a prima reſignatione.
Decimo quæro,an hoc quod dicitur de exemptis
iurium Cameræ,& Cancellariæ, vt ſit confidentia-
lis retroceſſio facta cum reſeruatione infra tres mẽ
ſes,a prima reſignatione, procedat etiam in retro-
ceſſione facta per non exemptos,cum dicta reſerua
tione:exemplum Titius reſignauit Meuio benefi-
cium ſimpliciter, Meuius poſtea infra tres menſes,
uel minus illud retrocedit Titio cum reſeruatione
penſionis,dubitatur an hæc ſit confidentia?Pro ne-
gatiua primo adducitur,quia ubi uerba legis nõ cõ-
47 petunt,neque†diſpoſitio l.4.§.toties,ff. de damn.in
fec.ſed pędictis non exemptis a iuribus Cameræ,
& Cancellariæ non competunt uerba conſtitutio-
nis ut e lectura patet,ego,&c.
Secundo,quia huic caſui non applicatur rõ ꝑſen
tis conſtitutionis,quę fundatur in fraude, quæ fit of
ficialib.Cameræ,& Cancellariæ,ut in conſtitutione
Pij IIII.& hoc expreſſe dicitur ergo neque conſtitu
tio l.illud,ff.ad l.Aquil.c.cum ceſſante de appe.

Tertio, quia conſulto exprimit de exemptis ob
48 dictam rationem fraudis officialium, ergo † excludit
alios l.cum prętor, ff.de iud.

Quarto, quia ſumus in pœnalibus, & odioſis, in
quibus uerba ſtricte ſunt accipienda, & reſtringen
49 da, quatenus proprietas uerborum † ſuadet, ad no.in
reg.odia, de reg.iur. Et regulariter uerba poſita in l.
50 uere, † & proprie capiuntur.l.1.§.ſi is qui nauem, ff.
de exercit.l.quod conſtitutum, ff.de teſtam.milit.c.
ad audientiam de decim.

Quinto ob generalem illam pręſumptionem ex-
cludendi delictum l.merito, ff.pro ſoc.

His tamen non obſtantibus contrariam opinio-
51 nem exiſtimo veriorem, & † tenendam in iudicãdo,
ac conſulendo, ut retroceſſio facta a quolibet, cum
pręd icta reſeruatione intra dies, menſem, duos mẽ-
* ſes, uel tres ſit præſumenda confidentialis, ut fuit *
pluries iudicatum per tribunal confidentiarum, &
* alias tenuit Rota, in una Reatin. penſionis * de anno
1588. Veneris 11. Martij coram R. P. D. Pãphilio,
nam reſignatio non fuit uera, ſed ſimulata facta ad
effectum, ut fieret dicta reſeruatio, quæ ſine cauſa
non obtineretur, unde intrant uerba, & rationes cõ
ſideratę per Pium IIII. in ſua Conſtitutione in §.&
inſuper, ac etiam ratio conſiderata hic per Pium V.
qui loquitur de exemptis iurium cameræ, & Cancel
lariæ, cum tunc eſſet hic caſus frequentior, & quia fa
cilius hoc eueniebat, eo quia non expendebãt in ex
peditione litterarum, non propterea ſequitur, quod
non comprehendat alios caſus, in quibus militat ea
dem ratio ſimulationis, fictionis, & fraudis, l. his ſo
lis, C.de reuoc.dona. Pariſ.conſ.83.nu.21.uolu.3.&
* conſ.69.nu.3.uol.4. Et ita etiam uidi alias * fuiſſe ꝓ
nunciatum, nam 10. Ianuarij Io. Andreas reſignauit
beneficium ſimplex, quod obtinebat in fauorẽ Fa-
bij, qui Fabius 22. Ianuarij, & ſic infra 12. dies poſt
dictam renunciationem, antequam litterę eſſent ex
peditæ, retroceſſit dictum beneficium eidem reſer-
uata penſione 50. duc. fuit reſolutum retroceſſionẽ
confidentialem, & penſionem reſeruatam eſſe nul-
lam, eo magis, quia cauſa ſolita exprimi in reſerua-
tione penſionis ex cauſa reſignationis, ne nimium
diſpendium patiatur, vt dixi de reſig.benefi. li.6.q.
2. non eſt uera, cum nullum diſpẽdium patiatur ex
tam modico temporis interuallo, ut etiam fuit con-
ſideratum in d. Reatin. penſionis per Rotam corã
Pamphilio 11. Martij 1588.

Ad contraria ſic reſpondetur.

Ad primum dico ſatis includi in ratione, ut late
proſequitur Tiraq.in l.ſi unquam uer.liberis nu.37.
C.de reuoc.don.& de vtroq.retract.tit. de retra. li-
gn.§.20.nu.2.& 3. Crau.conſ.118.nu.15.

Ad ſecundum reſpondeo, quod non una eſt rõ,
ſed plures, vt ſupra dixi.

Ad tertium reſpondeo incluſionem unius nõ eſ-
52 ſe excluſionem alterius, quando † caſus excluſus in-
cluditur alia via, & ratione, Fel.in c. nonne 4. limita
tione de præſump. Pariſ.conſ.111.nu.39.uolu. 1.&
neque quoties unus caſus includitur ratione frequẽ
tioris contingentiæ, ut eſt iſte Gl.in clem.1.uer.pr ę
ſidentes de reſcr. Iaſ.in l.1.nu.33.ff.ſol.matr.& in l.
2.nu.10.ff.de uulg.& pup. Bellon.conſ.82.nu. 18.

Ad quartum reſpondeo hic non tractari de extẽ
ſione, ſed de comprehenſione ex eadem rõne, Dec.
in c.at ſi clerici, §.de adulterijs nu.18.de iud.& con
ſi.284.col.2.& conſ.301.col.etiam 2.

Quintum autem non applicatur, cum conſtet de
delicto, quod uenit puniendum, l. ita uulneratus, ff.
ad l. Aquil.l.capitalium, ff.de pęn.c.ut famæ.de ſen.
excom.& communiter alij, &c.

Concludẽdum igitur eſt, quod hic dicitur de exẽ
ptis iurium Cameræ, & Cancellarię habere locum
etiam in non exemptis concurrentibus qualitatibus
hic requiſitis, & hoc pręterea ex argumento a maio
53 ri, quod validiſſimum † eſt Auth. multo magis, C.de
ſacr.ſanct.Eccl.c.illorum de ſen.excom. Crau.con-
ſi.290. ſub nu.2.& conſ.326.nu.10.& alij omnes, &
ponderando uerba poſita in §.multi, in uerſ. pleri-
que ibi, præſertim ab illis, qui præſtandorum iuriũ
Cameræ Apoſtolicę ſunt immunes, dictio enim il-
54 la præſertim † includit alias perſonas, & caſus, ſicut
dictio præcipue, & dictio maxime, Gl.in l.illud in fi
ne, ff.ad l. Aquil. Gl.in ca.ad abolendum de fil.pre-
sbyt. Cepoll.de ſimulat.contract.nu.216.& per cõ-
ſequens reſeruationes factas in prædicta retroceſſio
ne eſſe nullas, inualidaſq. tanquam prouenientes ex
fonte, & radice infecta, ut fuit pluries reſolutum.

*SVMMARIVM.*

1 *Accipiens denuo beneficium poſt abſolutionẽ a cri mine præſumitur fraudulenter ceſſiſſe.*
2 *Ex ſequentibus colligitur animus.*
3 *Alienatio omnium bonorum facta ante delictũ præ ſumitur fraudulenta.*
4 *Alienatio maioris partis bonorum etiam.*
5 *Ex magna alienatione ſemper præſumitur fraus.*
6 *Beneficium acquiritur cum labore*
7 *Alienatio poſt delictum eſt nulla.*
8 *Fraus ex coniecturis colligitur.*
9 *Fraus ex veriſimilitudine colligitur.*
10 *Alienatio fraudulenta quoties alienãs remanſit in poſſeſſione.*
11 *Simulatio quomodo probetur.*
12 *Contractus facti in ſuppoſitas perſonas fraudulẽti.*
13 *Dictio ante quid ſignificat.*
14 *Ex vicinitate actus fraus.*
15 *Delictum perpetratum ex rixa non inficit facta prius.*
16 *Arbitrio iudicis remittitur, quando delictum dicatur fieri de proximo.*
17 *Alienatio facta in fauorem coniunctæ perſonæ fraudulenta.*
18 *Coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti.*
19 *Coniunctus dicitur conſanguineus, vel ille, qui eſt ſub poteſtate.*
20 *Amicitia eſt magna fraternitas.*
21 *Alienatio facta clam fraudulenta.*
22 *Dictio poſt quid ſignificat.*
23 *Dictio vel alternatiua.*
24 *Ex timore amiſſionis colligitur fraus.*
25 *Alienatio in fraudem fiſci quæ.*
26 *Relatiuum, ſi quis, omnes perſonas comprehendit.*
27 *Subſequentia intelliguntur ſecundum præcedentia.*
28 *Vna pars legis declarat aliam.*
29 *Verba quacunque auctoritate, quomodo intelligant.*
30 *Delicta quædam priuant a beneficio, quædam non.*
31 *Delicta quædam inducunt irregularitatem, quędam non.*
32 *Delicta quę inducunt irregularitatem.*
33 *Irregularitas quæ.*
34 *Irregularis non poteſt obtinere beneficia ſine diſpen ſatione.*
35 *Diſpenſatio in irregularitate quando detur.*

36 In



36 *In homicidio voluntario non datur diſpenſatio.*
37 *Papa poteſt diſpenſare in homicidio voluntario.*
38 *Irregularitates omnes de iure poſitiuo.*
39 *Papa ſuper iure poſitiuo habet plenariam poteſtatem.*
40 *Super irregularitate, quæ ſurgit ex impoſſibilitate non datur diſpenſatio.*
41 *Abſolutio quid.*
42 *Ratihabitio quid.*
43 *Abſolutio datur petenti.*
44 *Abſolutio non conceditur motu proprio.*
45 *Diſpenſatio quid.*

## QVAESTIO XXX.

DE confidentia, quæ committitur, vt perpetrentur
delicta.

QVARTVS caſus confidentiæ beneficialis po
poſitus in d. Cõſtitutione in §.poſtremo eſt,
1 ut ſit confidentia recipere id beneficium † quacumq;
auctoritate poſt abſolutionem a crimine, & diſpen
ſationem ab irregularitate, quod ante, uel poſt com
miſſum delictum, & contractam irregularitatẽ fuit
renũciatum his verbis. *Poſtremo ſi quis crimine ali
quo abſolutus, aut cum quo ſuper irregularitate di-
ſpenſatum eſt, denuo receperit quacunque auctorita
te Eccleſiam, Monaſterium, vel aliud beneficium Ec
cleſiaſticum, quod ante, vel poſt commiſſum delictũ,
aut contractam irregularitatem dimiſerit.* Et tra
dunt ſimpliciter Maiol.de irreg.lib.5.c.45. ſub nu.
5.col.pen.uerſ.ſi quis criminoſus, Maſcard. de pro-
bat.concl.1306.nu. 21. & ratio huius concluſionis
colligitur ex §.multi, vbi Pius V. aſſignat rationes,
ex quibus ſolet committi confidentia, interq. alias
hæc eſt, quod nequeuntes iure retinere beneficia, &
incapaces propter crimina, vel ut inimicos occidãt,
aliaque delicta perpetrentur, in alios deponunt eo-
rum beneficia, ut purgato delicto, vel abſolutione
conſequuta, illa repetant. Ideo iuſta, & probabili ra
tione hic ſtatuitur, ut recipere beneficium poſt ab-
ſolutionem, quod ante abſolutionem, vel delictum
renunciatum fuit, ſit confidentia, cum ex eo colliga-
tur animus prauus ipſius, & qua ratione renũciauit,
& quid actum ſit in renunciatione, & propterea ꝙ
renunciatio non fuerit uera, ſed palliata, ne benefi-
2 cium amittatur † ex illo delicto, l.quædam, ff.de reb.
dub.l.ſed Iulianus §.proinde ff.ad Macedo.& ſem-
per inſpici debet, cur aliquid ſit factum le.uerum.2.
ff.de furt.l.cum tale.§.ult.ff.de cond. & demonſt.c.
intelligentia, ubi Gl.in uer.ex cauſis, de verb.ſigni-
fic.ex quo poteſt ius pręſumere, & ſtatuere, l.in fun
do in princ.ff.de rei uend.l.ult.in fin.ff.de act.& ob
liga. Menoch.de præſumpt.q.17.nu.2.li.1.& faciũt
not.per Crau.conſ.304.nu.3.& conſ.319.nu.7.

Et uidetur habere magnam conformitatem cũ
iure communi, quod hic dicitur tam de renunciatio
ne facta ante delictum, quam de facta poſt, ante ue-
* ro abſolutionem quia * communiter receptum eſt
3 alienationem factam † ante delictum omnium bo-
norum cenſeri fraudulentam, & nullam, l.omnes §.
Lucius ff.de his ꝗ in fraud.cred.& ibi Dyn. & Bar.
in l.in fraudẽ in prin.ff.de iur.fiſc. Gl.in l.qui teſtm̃,
ff.de teſtam. Bar.in l.poſt contractum nu.2.ff.de do
na. Dec.conſ.235.nu 1..et 2. ubi dicit idẽ eſſe in alie
natione maioris † partis bonorum, Gl. in l.nomẽ, §.
4 filio, ff.de le.2. Bal.in l.ſi vnquã C. de reuoc. donat.
Ang.in l.2.col.1.C.de dona.int.uir.& ux. Ale.cõſi.
* 55.col.pen.li.1.& conſ.108.col.1.li.4.& * oẽs uolũt
5 ex magna † alienatione colligi fraudem. Bart. in le. ſi
patronus, nu.2.ff.de prob. Corn.conſ.140.li.2. Nat.
conſ.162.nu.6.li.1. Afflict.deciſ.370. poſt nu. 13. la
te Soc.iun.conſ.7.nu.6.uol.4. Card. Pariſ. conſi.72.
nu.68.uol.3. Io.de Amic.conſ.29. quæ ratio magnę
alienationis militat in eo, qui habet beneficium tot
6 laboribus, & expenſis acquiſitum, † & illud renũciat
iuxta ea, quæ ſcribunt Ant.de Butr. Inno. Hoſt. Ab
ba.& alij in c.ſuper hoc de renunciat. Io. Annib. in
d.l.poſt contractum nu.93. Paul.de Monte Pico n.
22.& 24.ff.de dona. Ale.conſ.47.col.3.nu.5. uol.1.
* Et communiter * etiam receptum eſt, alienatio-
7 nem † factam poſt delictum perpetratum eſſe nullã,
& cenſeri factam in fraudem, Bar.in d.l.poſt cõtra-
ctum nu.12.13.14.& 15.& in l.ſi quis maior, C.de
tranſac.& in l.Mæuius §.duob.col.ult.ff.de lega.2.
Bal.in l.iubemus, §.ſane col.2.C.de ſacr.ſan.Eccleſ.
cum alijs, ut per Dec.conſ.235.n. 4.uerſ.uenio igi-
tur, & nu.5. Pet.de Ancha.conſ.215. & probatur in
l.in fraudem in princ.ff.de iur.fiſc.l.aufertur §.1.ff.
eo.tit.l.in fraudem l.ſed & ſi maritus §.ult.ff. qui &
a quibus, l.ſi aliquis in fine, ff.de donat.cauſ.mor.l.ſi
quis poſt hac.§.ſi quid etiam, C.de bonis præſcrip.
l.donationes §.ult.ff.de donat.l.vlt.C.ad l.Iul.maie
ſta.cum alijs, vt per Ale.conſ.84.li.3. Ideo non mi-
rum, ſi pari rõne hic ſtatuitur eſſe confidentiam re
cipere habita abſolutione beneficium renunciatũ
poſt delictum. fraus enim ex coniecturis, & indicijs
8 † deprehenditur, c.2. ubi omnes de renunc.li.6. l.do
lum, C.de dol. Gl.in l.apud Celſum in princip.ff.de
dol.mal. Pariſ.conſ.97.nu.17.uol.3. Crauet.conſil.
10.num.3. Grat.conſi.81.num.42.lib.2. Idque ſatis
9 oſtendit ueriſimilitudo, ex qua † fraudem colligi ſcri
pſere Paul.de Caſtr.conſ.58.nu.9.lib.2. Dec.conſi.
644.nu.6. Crau.conſ.73.num.16.& 41.& cõſ. 153.
num.11. Comprobantur hæc quia fraudulenta præ
10 ſumitur alienatio, quoties qui alienauit remanſit † in
poſſeſſione rei alienatæ, uel illam breui tempore ap
prehendit, aut utilitatẽ capit le.ſicut §.ſuperuacuũ,
ff.quibus modis pig.uel hypot.ſol.l.ſi is qui la vlti-
ma, ff.de acq.hæred.l.ſi quis §.pen.C. de natu. libe.
Bar.in d.l.poſt contractum nu.4.ff.de donat. Idem
Bar.in d.l.ſicut, §.ſuperuacuũ, verſ. uenio ad tertiũ,
Spec.in tit.de donat.uerſ.item pone, Bar. conſi.70.
in 2.dubio li.1.& conſ.438.li.5. Imol.conſ.55. Ale.
conſ.28.& 57.li.5. Corn.conſ.203.li.3.cũ aliis, ut ꝑ
Dec.d.conſ.235.nu.2.uerſ.3.præſumptio, Pariſ.cõ-
ſi.83.nu.12.& conſ.54.nu.71.uol.1. Gozad.coſ.94.
nu.55. Neui.conſ.8.nu.52. Afflict. deciſ.40.nu.17.
Alci.reſponſ.379.nu.2. Crau.conſ.100.nu.7. Io. An
nibal.d.l.poſt contractum nu.135. Maſcard.de pro
bat.concl.815.nu.48. Abb.conſ.97.nu.5. Iura enim
admodum abhorrent ſimulationem, Bal.in l.illud,
C.de ſacr.ſan.Eccleſ.& in l.multum, C. ſi quis alte-
ri, vel ſibi, & in l.cum precibus, C.de probat.& in l.
emptionem, C.plus ual.quod agit.& in l.ordo, & le.
etiam, C.de exec.rei iudic. Bart. in l.ab Athanaſio
11 in fine, C.mand. Et de † modo probandi hanc ſimu
lationem, Bald.conſ.83.& conſ.447.lib. 4. & conſ.
18.lib.3. Roman.conſ.304. Io. Annibal. in d.l.poſt
contractum num.135. & ibi Paul. de Monte Pico
num.55. eadem ergo ratione præſumetur fraus ex
hac renunciatione beneficij ante, uel poſt delictũ,
& reſtitutione ad illud poſt abſolutionem.

Accedit, quia de fraude conſtat cum contractus

12 eſt factus† in ſuppoſitas perſonas l.pupillus §.ſed &
ſi per interpoſitam,ff.de auct.tut.l.2. C.de nat.lib.
Calcan.conſ.35.col.1.Ruin.conſ.130. nu.6. libr.2.
* Crau.conſ.122.nu.10.Abb.conſ.97.nu.5.&* communiter Doct.in d.l.poſt contractum.At in caſu ꝓ
poſito uidetur facta renunciatio,ut deponatur bene
ficium ad dictum effectum,ut dicitur in §.multi,hu
ius conſtitutionis;Ergo fraudulenta erit renũciatio
talis,& confidentialis arg.l.3.ff.de liber.cauſa l.is,ff.
de acq.hære.Guid.Pap.de præſump.ſub nu.47.

Duæ principales concluſiones colligũtur ex hoc
§.Quarum prima erit, quod dimittens beneficium
ante delictum,& poſtea illud recipiens habita abſo
lutione a delicto commiſſo committit confiden-
13 tiam,ut ex dictione illa,†ante delictum, colligitur,
Bart.in l.1.§.creditum num.6.ff.ſi cert.pet.Ang.cō
ſi.274.Alex.conſ.143.lib.2. Barbat. conſ.30.col.6.
lib.1.Oldrad.conſ.49.col.ult.Alberic. in auth. hoc
ius col.2.C.de procur.Doct.in l.qui ante chalen.ff.
de uerb.oblig.& rationem iam ſupra poſuimus; Et
hæc concluſio tunc procedit, ſi poſt reſignationem
dicti beneficij,de proximo ſequatur delictum iuxta
ea,quæ uult Fulgoſ.conſ.198.in quęſtione propoſi-
ta in princ.Bart.conſi.17.col.pen.nam ex eadem ra
tione alienatio pręſumitur fraudulenta, & facta in
fraudem fiſci l.ſi uentri §.ult.ff.de priuileg.cred.ubi
Bart.Ange.& alij omnes,l.ſed Iulianus §.ſed ut ſi fi
lius ad Macedon.cap.officij de elect.Bart.in d. leg.
poſt contractum nu.8.ff.de donat.Ange.in l.ſi quis
poſt hac,C.de bon.præſcr.Idem Ange.in l.res uxo
ris,C.de donat.int.uir.& uxo.Dec.d.conſ.235.n.2.
verſ.quinto præſumitur,& alios citat Maſcar.de ꝓ
14 bat.conclu.815.nu.34.Ex†uicinitate enim actus cō
iectura fraudis præſumitur,Specu.in §.1.nu.7.tit.de
donat.Card.Pariſ.conſ.143.nu.21.uol.4.Rui.conſ.
130.nu.2.uol.2.& conſ.117.num.14.uol.1.Crot.cō
ſi.13.nu.26.Io.Annibal. in d.l.poſt cōtractum nu.
163.Crau.conſi.153.nu.9.Gabr.de pręſump.concl.
13.nu.7.& ſeq.Roma.conſi.68.Anchar. conſ.251.
Aret.conſ.72.Barba.conſ.11.& 22.uol.1.Et hoc ca
ſu uidetur committere confidentiam etiam ille, qui
tunc habuit beneficiũ ex reſignatione illius,qui cō-
miſit delictum,& poſtea eidem illud retrocedit ſe-
quuta abſolutione,nam uidetur fuiſſe particeps, &
conſcius omnium ſequutorum,vt firmat Bar.de em
ptore in d.l.poſt contractum nu.8. poſt Cyn.in l.ſi
quis poſt hac.C.de bon.damn.dicens, quod ex quo
de propinquo ſequutum eſt delictum,legis pręſum
ptione præſumitur animum præceſſiſſe auth.mino
ris,C.qui dar.tuto.poſſ.& in corpore unde ſumitur,
niſi ſubdit Bart.manifeſte appareat delictũ fuiſſe
15 perpetratum ex inopinata rixa,†& ibi ſequitur Al-
cia.nu.37.uerſ.cæterum,Io.Annibal.nu.127.Meno
ch.de pręſump.lib.3.præſumpt.124.nu.6.Ant. Go
meſ.tom.3.var.reſol.c.14.de confiſcatione bono-
rum nu.4.& quando dicatur de proximo fieri deli-
16 ctum†remittitur arbitrio iudicis, vt ſcribit Angel.
in d.l.ſi uentri,§.ultim.Dec.d.conſi.235.col.2.uerſ.
quinto in fin.

Secundo,eo magis hæc concluſio procedit,ſi re-
ſignatio fuerit facta coniunctę perſonę iuxta ea, q̃
habentur in c.2.de renunc.lib.6.Pet.de Ancha.con
ſi.251.nam hac ratione alienatio præſumitur frau-
17 dulenta,& facta in fraudem fiſci,quia † fuit facta in
fauorem coniunctæ perſonæ,l.data,C.de dona.l.pe
nul.circa principium de bon.lib.l. ſi quis poſt hac,
C.de bon.præſcr.uel dam.le.ait prætor §. ſi quis,ff.
quæ in fraud.cred.Bart.in d.l. poſt contractum nu.
3.& ibi ſequuntur,Imol.Roma.Io.Annibal.nume.
105.Paul.de Monte Pico nu.45.Alciat.nu.41. An-
char.conſ.251.nu.5.Roman.conſi.367. nume. 15.
Alex.conſi.54.num.19.lib.7.Cepha.conſi.325.nu.
53.lib.3.Natt.conſ.549.num.3.4.& 9.Goza. conſ.
1.num.34.Aret.conſi.2.nu.3.Pariſ.conſi.143.num.
2.uol.4.Dec.d.conſi.235.nu.2.uerſ.2.cum alijs,ut p
Maſcard.de probat.d.concl.815.nu.10. Menoc.de
* præſump.p̃ſumpt.124.num.24.& eſt *communis
omnium doct.ſententia,Et tunc aderant graues ini
micitiæ.Dec.conſi.587.nu.9.Curt.iun. conſi. 6.nu.
6.Natt.conſi.549.nume.11.Et quamuis uerum ſit,
quod ipſa conſanguinitas non arguat fraudem, ta-
mē illa operatur,ut facilius præſumatur l. ſi quis do
nationis,ff.de cont.empt.Gl.in c.1.in uerb.carnali-
tatem,ut Eccl.benef.Alciat.in d.l.poſt contractum
nu.41.Picus nu.45.Io.Annibal.nu. 112. Cōiunctus
18 enim præſumitur ſcire facta coniuncti,† l.octaui,ff.
unde cog.l.de tutela,C.de in integr.reſtit.min.De-
ci.conſi.64.& coniunctus dicitur hoc caſu,uel ſan-
guine iunctus l.in teſtamento,C.de fideico.liberto.
iuncta l.hac conſultiſſima §.ex imperfecto, C.de te
ſtam.c.ſi requiſiſti de teſtam.Iaſ.in le.exigendi nu.
19 7.de procur.aut†ſub poteſtate l.penu.ff. de bon.li-
bert.Imol.d.l.poſt contractum nu.9.Alciat. nu.42.
aut procurator,uel amicus,Io. Annibal.in d.l. poſt
contractum nu.118.Picus nu.46.Alciat.nu.42.nam
20 amicitia†eſt pluſquam fraternitas,Alberic. in l. ſed
& hæ.ff.de procur.cum alijs,ut per Menoch. d.lib.
3.de præſumpt.Præſumpt.124.num.28.& 29.& li.
4.præſumpt.75.

Tertio,eo magis hęc concluſio procedit,quoties
conſtat reſignationem fuiſſe factam clam, nam ea-
21 dem ratione ex†alienatione facta clam præſumitur
fraus,arg.l.ult.ff.de rit.nupt.l.non exiſtimo,ff.de ad
miniſt.tut.l.ait pretor,§. ſi quis particeps ff. quæ in
fraud.cred.Bart.in d.l.poſt contractum nu. 7.ff.de
donat.& ibi ſequitur Imol.Io.Annibal.nu.158.Pi-
cus num.54.Alci.nu.48.Bal.per illum tex.in leg.ab
Athanaſio not.5.C.mand.cum alijs,ut per Deci.d.
conſ.235.nu.2.uerſ.quarta eſt,Gl.in c.conſuluit in
uerſ.odit lucem.Fel.nu.20.Dec.nu.44. de off.dele.
Card.Pariſ.conſi.52.num.32.uolu.4.Crauet.conſi.
205.nu.5.Sigiſmund.Goffre.conſi.21.col.2.& hęc
* eſt*communis opinio,ut patet ex adductis per Ma
ſcard.d.concl.815.nu.33.Menoc.d.pręſumpt.124.
nu.40.41.42.& 43.Et hoc poſſet contingere, cum
celarent reſignationem,Card.Pariſ.conſ.57.nu.18.
col.4.Dec.cōſ.399.Fel.in d.c.cōſuluit de off.deleg.

Quarto,eo magis hęc cōcluſio procedit, quoties
conſtat expreſſe de fraude,Anch.conſil.227. nu.3.
Paul.de Caſt.conſ.58.nu.4.lib.2.Natt.conſ. 549.n.
1.lib.3.Pic.in d.l.poſt contractum nu.68.

Scd'a concluſio dimittēs bñficiũ poſt delictũ, &
poſtea habita abſolutione a delicto commiſſo illud
22 recipiēs cōmittit confidentiã,ut probat illa dictio †
poſt,Bar.in l.quoties,§.ſi quis ita.nu.1.ff.de here.in
ſti.Bal.conſ.179.nu.2.li.2.Ale.in l.2.§. creditũ.n.2.
ff.ſi cer.pet.& conſ.141.col.2.li.2.Iaſ.in l.fructus n.
5.ff.ſol.mat.Aret.in l.ſi cui legetur, ff. dele. 1.Dec.
in l.certi conditio §.deponi in prin.ff. ſi cert.pet.&
23 ĩ l.mutui datio §.creditũ n.2.ff.eo.tit.Et dictio,†vel
poſita inter dictionē ante,uel poſt,denotat ut ſuffi-
ciat unũ eorũ uerificari l.ſi hæredi plures,ff.de cōd.
inſti.Cor.cōſ.237.col.4.uol.4.Et rō huius cōcluſio
nis eſt,vt ēt dixi ſupra,quia cēſet reſignare metu im
minentis



24 minentis†priuationis,Bal.in l.ſi quis poſt hac nu.2.
uerſ.quinto,C.de bon.præſc.Alc.in d.l.poſt contra
ctum nu.29.& ex hoc fraus deprænenditur, ut late
Bar.in d.l.poſt contractum nu.12.cum ſeq.ff.de do
nat.& ibi Imol.in fi.Picus num.68.Alc.nu.29.Ang.
& Sal.in l.ſi quis poſt hac co .pe.C.de bon. proſcr.
Gem.& alij in ca.cum ſecundum in fi. princ.de hæ
ret.lib.6.Hac enim ratione donatio,& alienatio di
25 citur fraudulenta,†& in fraudem fiſci late Dec.cōſ.
235.nu.4.verſ.uenio igitur ad illa quatuor tempora
Io.Annibal.in d.l.poſt contractum nu. 183. Blanc.
in tract.de indic.nu.88.Boſſ.in praxi crim.tit. de pu
bl.cenſ.nu.51.Et Bar.in d.l.poſt contractum n.12.
13.cum ſeq.conſiderat tempus ante accuſationem,
poſt accuſationem,poſt litis cōteſtationem, & poſt
ſententiam,de quibus Dec.d.conſ.235.col.2. Me-
noch.de præſump.d.præſump.124.a nume. 46.uſ-
que ad finem.

Reſtat ut pro intelligentia omnium caſuum, qui
poſſunt accidere aliquas ſubijciamus quæſtiones.
Et primo quæro an hæc concluſio habeat locum in
omnibus quibuſcumquę perſonis?affirmatiue eſt re
26 ſpondendum,nam dicit generaliter,ſi quis, & †re-
latiuum ſi quis uidetur omnes,& quaſcunque perſo
nas comprehendere l.ſi is id quod,ff.de iuriſd.oĩum
iud.l.oēs populi,ff.de iuſt.& iur.Iaſ.in l.cunctos po
pulos nu.2.C.de ſum.trin.Bal.conſ.447.nu. 17. lib.
5.Corn.conſ.224.co.4.lib.4.Dec.conſ.289.& 207.
col.1.Etiã fęminas,Bar.in l.iura in fine, ff.de leg.&
in l.1.in fine,ff.de ſtat.hom.Alex.conſ. 135. libr.1.
Anch.conſ.111.Ange.conſ.191.Soc.Sen.conſi.55.
lib.3.Rom.conſ.98.circa finem,Fulg.conſi. 203.&
* alii* omnes,Comprobatur,quia iam in procemio,
& in §.multi exprimuntur etiam Epiſcopi Archie-
piſcopi,Patriarchæ, & Cardinales S.R.E.ergo iſte
§.ſubſequens debet intelligi iuxta terminos dicto-
27 rum §§.etiã in pręd ictis perſonis iuxta ea, † quę ſcri
bunt Bal.in l.domum col.1.in fin.C.de rei uēd.Iaſ.
conſ.215.col.2.circa medium lib.2.& conſ.5. col.2.
in fine lib.3.Soc.iun.conſ.15.num.17. uol.1. Crau.
28 conſ.313.n.5.uerſ.decimo.Vna enim†pars legis de
clarat aliam,l.utrum.ff.de petit.hęr.l.pe.C. de inſti.
& ſubſt.l.qui filiabus,ff.de leg.1.l.nō eſt nouum,ff.
de legibus.

Accedat pręterea,quia eadem ratio fraudis uiget
in omnibus pręd ictis caſibus,nam ſiue priuata per-
ſona, ſiue conſtituta in dignitate etiam maxima id
faciat animo fraudandi uidetur committere con-
fidentiam.Inficiari tamen non poteſt,quin id de ra
ro poſſet contingere in Epiſcopis,& Cardinalibus,
qui,ut experientia docet, nunquam ſiue raro perpę
trantur delicta.

Secundo in quibus beneficijs hęc concluſio ha-
bet locum?reſponde in omnibus etiam in dignitati
bus,nam inquit Eccleſiam,vel Monaſterium, aut a
liud beneficium Eccleſiaſticũ, quę uerba ſunt apta
comprehendere Eccleſias Cathedrales, & Metro-
politanas,& omnia alia genera beneficiorum,ut ex
his,quæ diximus ſuperioribus,§.§.ſupradictis,colli-
gitur etiam ex generalitate,Bald.in l. in fraudem ff.
de mil.teſt.facit l.1.§.& generaliter, ff.de leg.præſt.
& quia militat eadē ratio fraudis in omnibus, Ideo
cum competant uerba,& ratio conſtitutionis abſq;
dubio debet uerificari conſtitutio l.4.§.toties, ff. de
damn.infect.l.his ſolis,C.de reuoc.don.& eſt com
muniter receptum per omnes.

Tertio quęro,an hæc concluſio procedat in eo,
qui recepit beneficium,quod dimiſit ante uel poſt
delictum per collationem factam a collatoribus or-
dinariis,& inferioribus,an uero in eo dumtaxat qui
habuit beneficium a Papa?reſponde intelligendam
eſſe hanc concluſionem generaliter tam de collatio
ne Papę, quam de collatione ordinarii, & alterius
29 collatoris,ut probant illa†uerba quacunque auctori
tate,Rebuff.in prax.benef.gl.12.reg.de infir. nu.3.
& ſuadet ratio,quæ militat omnibus prædictis caſi
bus,ergo idem ius ſtatui debet.l.illud,ff.ad l. Aquil.
l.a Titio,ff.de uerbor.obligat.l.his ſolis,C.de reuo
cand. donat.& hæc concluſio nullum dubium ha-
bet cum exprimatur l.ancillæ, C.de furt.l.illam, C.
de collation.

Quarto quæro pro complimento quomodo con
trahatur irregularitas?& quando detur abſolutio a
delicto,& diſpenſatio ab irregularitate? reſpondeo
delicta perpetrata eſſe in duplici differentia, quædã
30 reddunt indignum,†inhabilem,& priuant benefi-
ciatum,quædam ſecus.Bellam.deciſ.697.nu.5.Feli.
in c.ſtipulaſti col.4.de reſc.Selu.de benef.p.3.q.11.
nu.157.Menoch.de arbitr.iud.caſ.202.nu. 37. Put.
deciſ.514.lib.2.cum aliis, quę adduxi de reſign.be-
nef.lib.4.quęſt.3.nume.3.& 4.cum ſequen.& exem
pla habes per Lamber.tract.iur.patr.par.1.2.lib. q.
9.per omnes art.

31 Rurſus quædam crimina efficiunt irregularem†
committentem,quædam uero ſecus.Nauarr. conſ.
35.nu.37.de hom.& quę crimina inducant irregula
32 ritatem habes plene per ſummiſtas†in uerbo, Irre-
gularitas,& per Burg.& Maiol.in tract.de irregula
ritate.Et irregularitas eſt nota,ſeu impedimentum
33 Canonicum proueniens†in clerico ex violatione cē
ſuræ eccleſiaſticæ,vel ex alia notabili inobedientia,
Io.Andr.& Arch.in c.1.de iur.iur.lib.6.& in clem.
ſi furioſus,de homic.Mar.Soc.ſen.in c. ſententiam,
col.2.ne cleri.vel monac.cum aliis,ut per Maiol. de
irreg.lib.1.c.1.num.1.cum ſeq.ca.cum ergo aliquis
committit delictum dignum priuatione uel incidit
in irregularitatē & propterea effectus eſt indignus
eccleſiaſticis miniſteriis,oportet ſi velit retinere be
neficium ſi reperiatur habere,uel conſequi, ſi non
habeat,quod a ſummo Pont.impetret abſolutionē
34 rehabilitationem,†& diſpenſationem, Nau.conſ.2.
de homic.& conſ.34.eo.tit.Rebuff. in concord.ru-
br.de electionis derogatione in uerſ. rehabilitatio-
35 nibus,Quæ conceduntur†ex iuſta cauſa, Glo. in c.ſi
quis diaconus,diſt.50.Burgaſ.de irreg.tit.de diſpēſ.
p.6.tit.de adult.num.15.Maiol.eo.tract.lib.3.c.17.
facit quod dicit Gl.in c.priſcis,diſt.55.& habita pa
ce a proximioribus Mandoſ.de ſign.grat.tit. abſolu
* tio & rehabilitatio ab homicidio , & uidemus de*
ſtilo dari in ſigna gratię, uel per ſpecialem reſcriptũ
Papæ,& nunquam conceditur abſolutio,diſpēſatio,
& rehabilitatio ad ordines & beneficia ob homici-
36 dium†uoluntarium,Gl.in c.ſicut dignũ,& ibi Abb.
de homic.Siluestr.in ſum.uerbor.homicidium 2.B.
Thom.2.2.q.64.art.7.Maiol.de irreg.lib.5.cap.51.
37 nume.3.quamuis poſſit id †facere ſum.Pont.Hoſt.
* Inn.Anan.Abb.num.12.qui dicit hanc opinionē*
communem d.cap.ſicut dignum,Card.Alex. in cap.
lector diſt.34.Anto.de Butr.& Abb.in c.ſuper eo,
de bigam.Fel.in cap.ad audientiam,num.2. & 3.de
hom.Silueſtr.in uerb.irregularitas,ad finem. Tho.
38 Ferrat.caut.44.nam omnes irregularitates†ſunt re-
dactæ ſub iure poſitiuo,Anch.in clem.1.de hom.&
ibi Card.col.6.Abb.in cap.ego,de iur.iur.Silu.in d.
uerb.

39 uerb.irregularitas,& Papa†ſuper eo habet plenariã
poteſtatem c.propoſuit,de conceſ.præb.Abb.in ca.
ſuper eo,de ſchiſmat.Spec.in tit.de diſpenſ.§.Iuſta,
verſic.Papa autem in omnibus,omnes ſummiſtæ in
uerbo diſpenſatio,& in uerbo, irregularitas neque
in ea quæ inſanabilis irregularitas dicitur, quæ ſur-
40 git†ex poſſibilitate ut in cæco,ſurdo muto, amputa
tis manibus uel pedibus,nam his caſibus eccleſiaſti
ca medela nequaquam eſt ſperanda ad tollendum
huiuſmodi defectum D.Tho.3.qu.82.art.ult. ad 3.
& in 4.diſt.25.q.2.in fi.Maiol.d.c.51.col.1.
41 Et abſolutio†eſt reſtitutio quędam Spec.tit.de cõ
42 tumac.§.ſequitur,num.12.Rehabilitatio†eſt ad pri
ſtinam habilitatem,& priorem ſtatum repoſitio,&
diſpenſatio,c.de irregularibus,c.de ſimoniaco,cum
Gl.de ſim.Rebuff.in prax.tit.de reſcr.rehabil. mix.
Card.Pariſ.conſ.88.nu.19.uol.4.
43 Et datur abſolutio†& rehabilitatio petenti, Inn.
in c.Romanam,in uerſ.iniuſtam,de ſent. excomm.
lib.6.Bal.in marg.in uerſ.abſolutio,Io.Andr. in ca.
1.de ſent.excom.lib.6.D.Thom.in 4. ſent. & ideo
44 non conceditur de ſtilo motu†proprio .Mandoſ.de
ſignat.grat.titul.abſolutiones,columna 2.limita', ut
poteris colligere ex Abb.in ca.ab excommunicato,
de reſcr.Fel.in c.ueniens 2.nu.22.de teſtibus.
45 Diſpenſatio†eſt iuris communis relaxatio prouide
facta utilitate uel neceſſitate penſata,uel eſt rigo-
ris iuris communis relaxatio facta cum cauſę cogni-
tione cap.niſi rigori & cap.ſeq. & ibi Glo.& doct.
7.quæſt.1.Specul.de diſpenſ.in princ.Abb.in ca.de
multa,ubi alii de præb.Io.Monach.de diſpenſ.p.1.
§.ingrediendo,nu.1.Gammar.de author. leg.a lat.
lib.10.num.11.cum ſequen.

## *SVMMARIVM*

1 *Reſignans ingerens ſe in beneficio reſignato aut percipiens fructus committit confidentiam.*
2 *Actus ſubſequens indicat animum.*
3 *Talia ſubiecta qualia prædicata.*
4 *Reſignans amittit omne ius.*
5 *Verbum beneficium accipitur latiſſime.*
6 *Reſignans,cum beneficio amittit omnia bona beneficii.*
7 *Reſignans non poteſt percipere fructus.*
8 *Fructus ſunt acceſſorij dominii.*
9 *Principale ſequitur acceſſorium.*
10 *Non Dominus non percipit fructus.*
11 *Fructus veniunt appellatione bonorum.*
12 *Qui per alium facit per ſe facere uidetur.*
13 *Mandans & Mandatarius puniuntur eadem pœna.*
14 *Rei ſuæ quiſque eſt moderator & arbiter.*
15 *Etiam abutendo.*
16 *Leges permittunt diſpoſitionem liberam rei propriæ.*
17 *Reſignatarius dicitur ſucceſſor.*
18 *Verba debent aliquid operari.*
19 *Nullum uerbum debet eſſe ſuperfluum.*
20 *In parte etiam delictum committitur.*
21 *Ingerere ſe quando quis dicatur in beneficio.*
22 *Hæres ingerens ſe in bonis præſumitur adiuiſſe hæreditatem.*
23 *Verbum remiſerit importat donationem.*
24 *Qui non poteſt donare non poteſt remittere.*
25 *L.ſi unquam.habet locum in remiſſione.*
26 *Remittens debitum eccleſiæ punitur ſicuti donans.*
27 *Ex donatione & remiſſione committitur ſimonia.*
28 *Donatio facta a reſignatario longo tempore poſt reſignationem non eſt confidentialis.*
29 *Perceptio fructuum poſt reſignationem inducit præſumptionem tantum confidentiæ.*
30 *De facto percepit qui abſque cauſa id facit.*
31 *De facto fit quod de iure non poteſt fieri.*
32 *Ex cauſa percipiens fructus poſt reſignationem, nõ committit confidentiam.*
33 *Ex cauſa fit aliquando illicitum.*
34 *Præſumptio cedit veritati , & fortiori præſumptioni.*
35 *Ex cauſa pluribus modis poteſt Reſignans percipere fructus poſt reſignationem.*
36 *Authoritas Papæ facit ceſſare uitium confidentiæ.*
37 *Cardinali creditur.*
38 *Deficiente qualitate legis ceſſat lex.*
39 *Gratia Papæ probatur etiam per teſtes.*
40 *Reſignans percipiens fructus pro debito non committit confidentiam.*
41 *Epiſcopus conferens beneficium poteſt multis caſibus percipere fructus.*
42 *Reſignatarius non committit confidentiam ſi reſignans eo ignorante ſe ingerat.*
43 *Ignorans non punitur.*
44 *Factum unius non nocet alteri.*
45 *Ceßante ratione ceßat diſpoſitio.*
46 *Præſumptio fraudis ceſſat in faciente actum ex neceſſitate.*

## QVAESTIO XXXI.

AGITVR de cōfidentia quæ frequentius ſolet cõ
mitti,quando reſignans poſt reſignationem ſe inge
rit beneficio reſignato,& percipit fructus, & hęc
eſt prima cõiectura poſita in hac cõſtitutione Pii v.

TRigeſimoprimo Quæro an ſit probabilis con-
iectura in hac materia confidentiæ quoties reſi
1 gnans poſt reſignationem†percipit fructus aut ſe in
gerit in beneficio ceſſo?affirmatiue eſt reſponden-
dum,quia hoc eſt expreſſum in d. Cõſtitutione Pij
V.in §.*Quare ibi,aut illius fructus uel eorum pars*
&c. & melius in §.ad probandam in uerſi.uidelicet
*ſi quis poſt ceſſam ab ſe eccleſiam,uel monaſterium
aut beneficium & publicatam reſignationem, ſeu
ceſſionem captamque a ſucceſſore poßeſſionem ſe ſe
in illa,vel illo,ſeu rebus illius,per ſe uel alium, ſeu
alios de facto ingeſſerit,aut fructus perceperit, aut
quicũque ſucceßor illi uel eius propinquis,ipſos aut
partem aliquam remißerit eorundem. & per hæc
uerba*,ita tenet Naua.in man.cap.23.ſub num.100.
107.111.Gabriellus infra citandus,Maiol.de irreg.
lib.5.c.45.ſub num.5.Maſcard.de probat.caſ.1306.
Nauar.conſ.48.tit.de ſimon:Et huiuſmodi conie-
ctura ſecundum Gabr.conſi.172.nu.11. lib.2. fun-
2 data eſt ex eo quia actus ſubſequens†indicat animũ
& quid actum eſt in ceſſione demonſtrat l. quædã,
ff.de reb.dub.l.ſed Iulianus,§.proinde,ff.ad maced.
Paul.de Caſtr.conſi.247.num.5.lib.1.nam talia ſub
3 iecta†qualia predicata l.ſi defuncto,ff.de interroga.
act.l.3.ubi Barto.ff. de fund. inſtru. cap. inter dile-
ctos,§.cęterum,de fid.inſtrum.Craue.conſ.286.nu.
4 6.accedit quia cum reſignans poſt ceſſionem†amit-
tat omne ius & poſſeſſionem,Innoc.Hoſtie. Card.
Abb.Imol.& alii in cap.quod in dubiis,c.ſuper hoc
& c.admonet,de renunc.Rot.deciſ.6.in fin.de rer.
permu.in nou.Caſſad.deciſ.2.nu.3.de renun. Card.
Pariſ.conſ.39.nu.2.uol.4.Nau.in ca.accepta,opp.7.
nu.11.



* nume.11.de reſt.ſpol.&* communiter doct.ut late
adduxi de reſig.benef.lib.1.q.5.non poteſt amplius
ſe ingerere,& percipere fructus, ſicuti non poſſet q̃
libet extranea perſona,& aliter faciendo, pręſum-
ptio fraudis & renunciationis prohibitæ ſimoniacę
& confidentialis intrabit,arg.eorum quę habentur
per Doct.in c.2.de renunc.lib.6.uolunt.n.Canones
ut habentes titulum beneficij fruantur fructibus, &
non alij:Ideo &c.
Et hanc concluſionem intellige, nedum in ſim-
plici clerico reſignante ſua beneficia,ſed etiã in ha
bente dignitatem,ac etiam in Abbate, Epiſcopo,
Archiepiſcopo,& Patriarcha,vt conſtat ex illis uer
bis Eccleſiam,Monaſterium,aut beneficia, ut late
per Rebuff.ſuper concord.tit.de mand. apoſtol.§.
ſtatuimus.uerbo Monaſteria,& ſub tit.de collat.§.
1.ſub uerbo ſtatuimus,& ratione ſuadetur, quia ea-
dem uiget ratio in omnibus prędictis caſibus, arg.l.
illud,ff.ad l. Aquil.l.a Titio,ff.de uerb.oblig.& uer-
5 bum beneficia†poſitum ibi accipitur latiſſime,ut ꝑ
Io.Selu.in ſuo tract.de benef.p.1.in 1.& 2.q.
Secundo intellige hanc concluſionem procede-
re tam ſi reſignans ingerat ſe in beneficio reſigna-
to,quam in rebus ipſius beneficij, vt probatur illis
uerbis,ſeu rebus illius,& rõ eſt,quia reſignans poſt
reſignationem non ſolum amittit,& perdit benefi-
cium reſignatum,Card.Pariſ.conſ.143.num.19.uo.
4.Biſignet.deciſ.5.num.2.de renunc.Butr.in c.ſolli
6 cite nu.15.de reſt.ſpol.ſed†bona ipſius Io. Monac.
7 in c.ſi te,num.30.de renunc.li.6.&† fructus,Rot.de
ciſ.1.de renunc.in nou.Ideo receptum eſt poſt ceſ-
ſionem reſignantem non poſſe in Eccleſia ſe inge
rere,nec de rebus diſponere,nec fructus percipere,
Card.Pariſ.conſi.36.uol.4.Rebuff.conſi.22.nume.
19.Gabr.conſ.192.col.1.uol.1.Caſſad. deciſ. 4.nu.
6.de reſtit.ſpol.Sarn.de publ.q.7.& alij,quos citaui
de reſign.benef.lib.1.q.6.& ratio eſt euidens, quia
8 hæc ſunt acceſſoria†dominij,vt communiter* om-
* nes doct.concludunt,& omnibus apertum eſt,extin
9 cto igitur dominio, tanquam † principali, quod fit
mediante ceſſione,Abb.d.ca.quod in dubijs de re-
nunc.ceſſant prædicta,reg.acceſſorium,cum ibi no
tatis per Dyn.de reg.iur.lib.6. & ideo qui non eſt,
10 dominus regulariter,non poteſt fructus † accipere,
11 Pariſ.conſi.94.nu.15.uol. 2.ubi†quod veniunt ap-
pellatione bonorum l.vſufructu legato, ff.de vſufr.
l.vſuræ,ff.de uſur.
Tertio intelligenda eſt huiuſmodi concluſio, ut
habeat locum ſiue reſignans ſe ingerat,& percipiat
dictos fructus per ſe,ſiue per alium, ut probatur il-
lis uerbis per ſe,uel alium,& eſt ratio, quia qui per
12 alium facit,†per ſe facere uidetur,regul. uulgar.qui
per alium de regu.iur.libro 6.& ideo mandans deli
13 ctum committi,†eo ſequuto punitur eadem pœna,
qua principalis delinquens,Glo.magna in l.1.§.per
ſuadere,ff.de ſeru.corrupt.Bart.in l.non ſolum §. ſi
mandato num. 19.ff.de iniur.Gandin.de maleſ. tit.
de tranſact.& tit.de pœn.Iaſ.in l.ſi quis mihi bona,
§.ſed quid ſi mandauit num. 16 .ff. de acq.hęred.&
* in l.1.numer.22.C.de ſer.fug.* communis opinio,
de qua atteſtantur Gomeſ.in §.pœnales nu.10.in-
ſti.de action.Curt.iun.conſ.237.num.5.Clar.lib.5.
* recept.ſent.§.ult.q.89.in principio,ubi refert* ita
ſeruari.Et hoc exemplificatur,quoties id facit ꝑ ꝓ
curatorem,uel conſanguineos,aut alios amicos, &
quod dicitur de uno idem erit in pluribus, ut patet
ibi,aut alios,& quia eadem eſt ratio.
Quarto intelligenda erit huiuſmodi cõcluſio, ut
procedat non ſolum,quando reſignans per ſe, per
alium fructus beneficij reſignati percipiat, ſed etiã
quando ſucceſſor in eo beneficio ipſos, aut partem
aliquam ei remiſerit,ut probatur illis uerbis,aut qui
cumque ſucceſſor,&c.& hoc ex eo, quia uiget eadẽ
rõ fraudis,& ſimoniacæ ceſſionis,Verũ notãdũeſt,
14 qa regulariter quiſq; rei ſuę eſt †moderator,& arbi
ter l.in re mãdata,C.mãda.l.nemo exterus,C.de iu.
§.ꝑ traditionẽ inſti.de rer.diu.Soc.cõſ.53.n.8.li.1.
15 & cõſ.100.col.2.li.2.Dec.cõſ.419.n.3.et †abutẽdo
l.ſed,& ſi lege §.conſuluit,ff.de petit.hæred. Crau.
conſ.198.nu.15.uerſ.& ſi dicas,Roland.a Vall.cõ-
16 ſi.62.nu.23.lib.1.& quiſque poteſt de re ſua†libere
diſponere per uiam uenditionis,donationis, & alie
nationis,l.dudum,C.de contrah.empt.l.nec emere,
C.de iur.delibe.Card.Pariſ.conſ.82.in princ.uol.3.
& conſ.124.col.1.uol.4.Craue.conſ.263.col. 2.fal-
lit tamen in caſu noſtro ex ratione ſuprapoſita,Et
in his uerbis uidi fieri dubium, cur dicat quicũque
ſucceſſor, nonne ſufficiebat facere mentionem de
17 reſignatario,qui†ſucceſſor dicitur docr. *omnes in
* c.ſuſceptum de reſeru.lib.6.ſed reſpondi cum my-
ſterio Pium V. ita dixiſſe, ut comprehendat oẽm
caſum,& ſic reſignationem non ſolum,quæ fit in fa
uorem alicuius,ut ſi tunc reſignatarius, qui etiam
dicitur ſucceſſor remittat fructus reſignanti com-
mittatur confidentia ob præſumptam fraudem, &
pactum ſimoniacum,ſed etiam reſignationem ſim-
pliciter factam in manibus Ordinarij: nam ſi dicti
ordinarij conferant beneficia reſignata,& hi quib.
collata ſunt beneficia prædicta non poſſunt ꝓpriè
dici reſignatarij;ſed bene proprie dicentur ſucceſ-
ſores,ſi ergo omnes fructus, aut partem remiſerint
reſignantibus coniectura probabilis confidentię in
trabit ob præſumptam fraudem,ideo concludendũ
eſt huiuſmodi uerba fuiſſe poſita cum miſterio, &
illis conſideratis comprehẽditur caſus, qui alias nõ
comprehenderetur, quod eo magis ſuadetur, quia
18 uerba debent aliquid†operari,& debent eſſe poſita
cum effectu l.ſi quando,ff.de leg.1.l.ſi per alium,ff.
ne quis eum,c.ſi Papa de priuile.in 6.l.1.§. hæc uer
ba,ff.quod quiſque iur.c.relatum de cler.non reſid.
Bal.in rub. C.de contr.empt.q.6.Laur.Siluan.con-
ſi.30.num.10.Gomeſ.in §.ex maleficijs nu.47.inſt.
19 de action.& nullum uerbum†debet eſſe ſuperfluũ,
ſi alius intellectus ſanus dari poteſt l.1.in prin.& ibi
not.ff.quod metus cauſa l.1.in fin.cum ibi not.ff.ad
municip.l.3.§.1.ff.de iur.iur. Crau.conſ.294.nu. 3.
Quinto intelligenda erit hæc concluſio,tam ſi re
ſignans per ſe,uel alium percipiat omnes fructus be
neficij reſignati,quam ſi partem illorum percepe-
rit,Nauar.conſ.41.de ſimo.nu.1.ut patet ibi ipſos,
aut partem aliquam,&c,quæ uerba & ſi loquantur
in ſucceſſore remittente omnes,aut partem, tamen
idem erit in reſignante percipiente, cum eadem ſit
* ratio,l.illud ff.ad l.Aquil.& communis * concluſio
20 recepta ab omnibus ſit etiam†in parte delictum cõ
mitti,& expreſſe hoc probatur in eadem conſtitu-
tione in §.Quare nos uolentes,ibi aut illius fructus,
uel eorum pars,&c.
Sed primo contigit dubitare quomodo intelliga
21 tur illud uerbum ingeſſerit?reſpondeo uerificari, †
quoties reſignans poſt ceſſionem ea faciat in bene
ficio reſignato,quę ſpectant ad reſignatarium,& ip
ſe faciebat ante reſignationem,nam hoc modo di-
citur ſe ingerere,&c.vt doctores late concludunt in
l.gerit,

l.gerit,& ibi Bar.nu.18.ff.de acq.hęr.Iaſ.conſ.112.
num.2.lib.3.docto.in l.1.& 2.C.de repud.hæred.&
in l.potuit,C.de iur.delib.& ideo adiuiſſe præſumi-
22 tur† hæres ingerens ſe in bonis defuncti, Crau.conſ.
148.nume.10.Mantica in tracta.de coniect.ult. uo
lunt.lib.12.titu.11.nume.9. Anch.conſ.324. Natt.
conſ.140.nu.12.lib.1.Soc.iun.conſ.69. nu.7. uol.1.
Cæph.conſ.294.nu.19.uol.2.late Maſcar. de prob.
conclu.42.43.44.45.cum ſequenti.Ruin. conſ.168.
num.1.lib.4.Mant.conſ.34.numer.20.lib.3.Et hoc
quam malum ſit docet Sarn.de publ.q.9.nu.3. dum
ſcribit,quod aliquando reſignatur dignitas habens
iuriſdictionem temporalem,& ſpiritualem, cui ſub
diti tenentur præſtare iuramentum obedientiæ, uel
aliquid facere nam tunc intereſt ſubditorum, ne a-
lius præter titularem ſe ingerat, ne fierent fraudes,
intruſiones,& uſurpationes beneficiorum in graue
animarum periculum,& ne poſtea fructus exigātur
iuxta ea quæ dicta ſunt,&c.
23 Secundo dubitatur an illud uerbum remiſſerit†
importet donationem? Affirmatiue eſt reſponden-
dum ut probatur in l.contra,§.filius, ff.de pact. l.1.
ff.de tranſact.l.ſi mulier,& ibi Bald.ff.de condit.ob
cauſ.l.peculium la 1.& ibi Barto. ff.de pecul.l. ſicut
§.an paciſci,ff. quibus mod.pignor.uel.hipot. Glo.
in l.ſi inter,C.de ſolut.Abb.in c.ex inſinuatione de
iur.patr.Signor.cōſ.26.col.2.Ang.conſ.94.col.pen.
Anch.conſ.306.col.2.& ideo qui non poteſt dona-
24 re,non poteſt† gratis remittere,Bal.& Sal.in l. 1. C.
de pact.Paul.de Caſtr.conſ.342.col.1. in fin. lib.1.
Abb.in c.ueniens 1.in 3.not.de teſtibus Bal.in l.prę
ſes col.2.de tranſact.Alex.conſ.115.colum.1. lib.5.
Cor.conſ.274.col.2.lib.3.& ideo l.ſi unquam, C.de
don.quæ loquitur in donationibus habet etiam lo
25 cum in ſimplici remiſſione,† Corn. conſ.11. col.pe.
libr.3.Soc.Sen.conſ.20.col.ult.lib.3.Ruin. conſ.98.
col.8.lib.1.& conſ.60.num.14.lib.3.Tiraq.in d.l.ſi
unquam in uerbo donatione largitus nu. 173. Hinc
etiam non minus punitur,qui remittit debitum Ec
26 cleſiæ,quam† qui donat Io.And. in c.ſi quorundam
& ibi Ant.de Butr.col.1.de ſolut.Ex his igitur con-
cludēdum eſt ex donatione omnium fructuum, aut
partis facta a reſignatario reſignanti intrare præ-
ſumptionem confidentiæ,quod comprobatur, quia
27 tam committit ſimoniam, qui remittit, quam qui†
donat.c.ueniens , & ibi Glo.Abb. in 3.not. & alii
de teſtibus Barb.conſi.41.col.16.lib.1. cum aliis,&
per Tiraq.in d.l.ſi vnquam uerbo donatione largi-
tus nu.175.Intellige tamē hoc,quoties remiſſio,ſeu
28 donatio† fuit facta illico poſt reſignationem,ſecus ſi
poſtea aliquo tempore interiecto, vel ex aliqua cā
nam hoc caſu nulla committitur confidentia,ut fuit
* reſolutum in Rota in vna* Coſentin. Archiepiſco-
patus ſub die Lunæ 3.Februarii 1591, coram R.P.
D.Orano,& in alia Oriolen.confidentiæ 1.Februa
rii 1591.coram R.P.D. Bubalo.
Tertio dubitatur an hæc prima coniectura poſi-
ta in hac conſtitutione pij V.uerſ.ſi quis poſt ceſ-
ſam,inducat veram confidentiam? Pro affirmatiua
29 † uidi conſultum de anno.1583.dū de hoc cōtrouer
teretur in quadam Mediolanenſi, Ego autem cum
de hoc interrogatus fuiſſem contrariā ſum ſequutus
ſententiam,ſed ne meæ ſentētiæ plus æquo uiderer
acquieſcere,cum Perilluſtri,& Reuerendiſſimo Do
mino Io.Angelo Papio,qui tunc temporis omnium
I.C.celeberrimus habebatur,hac de re ſermonem
habui qui paulo ante Bononia,ubi multos annos le
gū fuerat interpres primarius,& pręcipuus,a Grego
rio XIII.Romam vocatus inter utriuſque ſignaturę
Referendarios aſcriptus eſt,vir fama præclarus, eru
ditione inſignis,pietateque nulli inferior,maximiſ-
que muneribus,& maioribus,quæ in urbe ſunt, fun-
ctus in meam uenit ſententiam nam mens Pij V.
non fuit,ueram ex hac coniectura inducere confidē
tiam ſed ex ea colligi coniecturā,& pręſumptionem
ex qua alijs concurrentibus uult delicti commiſſi
reſultare probationem,& ita poſtea fuit reſolutum
in Rota, in dicta Coſentin.prætenſæ confidentiæ,
coram Orano,die Lunæ 4.Februarij 1561.& in a-
lia Brixien.prætenſæ confidentiæ, coram Pegna 5.
Iunii eodem anno,& colligitur ex lectura, & infe-
rius latius dicetur.
Quarto dubitatur,quomodo intelligitur illud uer-
bum de facto? crederem intelligendum eſſe quoties
30 reſignans abſque† cauſa,uel nouo tit.id faceret iux-
ta ea,quæ habentur per Glo.& Io. Monach. col.1.
Gem.Franc.in c.cupientes §.cęterum de elect. libr.
6.Glo.Card.Imol.in clem.1.de vit.& honeſt.Cler.
Corn.conſ.165.col.6.lib.2.Dec.in ca. cæterum col.
31 pe.de iud.Vel melius† de facto, quia de iure id non
poterat fieri;uide gl.& dd.in cap.1.de presbvt.non
ord.Nunc autē pro declaratione huius notabilis,&
practicabilis coniecturæ aliquæ limitationes ſunt
ponendæ quas notaui in diſputationibus diuerſarū
cauſarum,& quotidie poſſunt occurrere.
Primo igitur limitanda eſt huiuſmodi concluſio
ut non procedat,quoties reſignans poſt reſignatio-
32 nem percepit† fructus beneficii reſignati ex aliqua
cauſa,nam hoc caſu nulla oritur præſumptio confi-
dentiæ,& ceſſat dicta cōiectura,ita in terminis, Ga
briel.conſ.172.num.8.uer.1.lib.2.& fuit reſolutum
in Rota in d.Coſent.prætenſę confidentiæ ſub die
Lunę 4.Februarii 1591.coram Orano,& in alia Bri
xien.prætenſe confidentiæ 5.Iunii eo. anno coram
Pegna,in qua fuit dictum,quod non omnis perce-
ptio fructuum inducit confidentiam, ſed animus &
conuentio hoc faciendi ab initio.
33 Et ratio eſt, quia potuit ex cauſa ſuperueniente†
facere reſignans,quod ſibi erat prohibitum l.ſi ho
minem cum ibi not.ff.mand.Dec.in c. cum ſit Ro-
mana nu.13.de appell.
34 Quo ſtante† pręſumptio cedit veritati vel fortio
ri pręſumptioni l.ult.in princ.ff.quod met.cau.l. do
mus,ff.de in integr.reſt.c.litteras de præſ.l.diuus,ff.
de in integr.reſt.l.1.in fi.ff.qui,& aduerſus, &c.l.nō
ſolum,ff.de rit.nupt.c.accedens de falſ.Bal. in l.ſiue
poſſidetis,circa finē,C.de probat.Crauet.conſ.313.
ſub nu.3.uerſ.4.& ſub nu.5.uerſ.undecimo, Rolan.
conſ. 16.nu.26.lib.1.
Et hæc limitatio poteſt exemplificari pluribus
modis.
35 Primo quotieſcumque† recepiſſet fructus poſt re
ſignationem ex conuentione facta cum reſignata-
rio conſenſu Papę interueniente,nam hoc caſu nul-
lam oriri præſumptionem confidentiæ fuit reſolu-
* tum in d.* Coſent.prætenſę confidentiæ coram R.
P.D.Orano.facit quod ſcribit Nauar.conſ.41.num.
1.de ſimon.& ratio eſt,quia auctoritas Papæ facit
36 ceſſare† vitium ſimoniæ,& confidentiæ,Abb. in ca.
cum pridem in fi.de pact.Caſſad.deciſ.2.de ſimon.
& deciſ.3.nu.4.de renunc.Card.Pariſ.conſi. 30.nu.
3.uol.4.nam ibi Archiepiſcopus Coſentinus perce-
pit fructus Archiepiſcopatus poſt ceſſionem de cō
ſenſu Fel.Rec. Sixti V. ut atteſtatus fuit Sereniſſi-
mus



mus magnus Dux Etruriæ,cui tanquam de re a ſe
in pręſentia Principis geſta( dum eſſet Cardinalis)
37 fuit† adhibita fides,c.nobiliſſimus diſt.92.Alex.cōſ.
106.nu.19.lib.2.Put.deciſ.2.num.4.lib.1.Caputaq;.
deciſ.95.p.1.cum aliis,ut per Gabr.de probat. con-
* clu.3.nu.14.& communiter* dd.& etiam depoſue-
rūt duo alii teſtes de auditu a bo.mem.Donato Car
dinalis de Ceſis,qui pro admiſſione dictę ceſſionis
cum prædicto Sereniſſimo apud Papā interceſſerat
& pro ueriſimili etiam ſcientia Papę adducebatur
dilatio penſionis reſeruatæ in ceſſione d.Archiepi-
ſcopatus de menſe Maij 1585. in annum ſequentē
ut ex ſcedula conciſtoriali conſtabat, ex quibus,& a
liis, Rota cenſuit non adeſſe confidentiam neque
præſumptionem.Et comprobatur hęc concluſio ex
notabili argumento conſiderato per Rotam in d.
cauſa,quia cum perceptio fructuum fit cum licentia
Papæ,non poteſt dici fieri de facto. deficiente igi-
tur qualitate illa de facto conſiderata, & requiſita a
38 Pio V.in allegatis uerbis non intrabit † extrauagan-
tis diſpoſitio,Bart.in l.1.ne quid in flum.pub. Alex.
conſ.161.in princ.lib.5.Quod etiam poſſet conſide
rari,quoties tēpore reſignationis fructus eſſent, vel
maturi,vel eſſet inceptum exigi,uel retardaretur ex
peditio,& his caſibus,& aliis poſſunt de Papæ licen
tia exigi illi fructus abſque vitio confidentiæ, nam
* per ſcientiam Papę ceſſat iux.communem* opinio
nem ſupra relatam,& de huiuſmodi ſcientia Papæ,
89 & gratia conſtabit,etiam per teſtes, † iuxta ſtylum
* *Rotæ,ut per Soc.conſ.60.nu.14.lib.1. & quanquā
alii tenuerint contrarium,tamen ita fuit reſolutum
in d.Cuſent.4.Feb.1591.coram Orano.Et hęc ſunt
notanda quia ſepę eueniunt,& pluries de hoc con-
trouertitur.
Secundum exemplum erit quoties reſignans per
40 cipit fructus beneficii reſignati, quia reſignatarius†
donauit poſt reſignationem,in extinctionem debi-
ti antiqui,uel penſionis decurſę, aut decurrendæ ex
* alia ſimili cauſa,ut fuit* reſolutum in d.Cuſent.4.Fe
br.1591.coram R.P.D.Orano.Cum enim conſtat
de cauſa perceptionis fructuum ceſſat coniectura
confidentię,ut fuit concluſum in vna Imolen. confi
dentię.24.Feb.1592. coram Pamphilio.
Tertium exemplum, quoties reſignatarius illos
gratis donaret,& antea non fuit de hoc conuentum
* ut fuit reſolutum* in ead.Cuſentin.nam non omnis
perceptio fructuum poſt renunciationem factam a
reſignante,ut poſt præſentationem,eſt confidentia
ſed ea quæ præcedente pacto,& cōuentione, ut fuit
reſolutum in una Imolen.Lunę 24.Februarii 1592.
coram Pamphilio.
41 Quartum exemplum,in Epiſcopo collatore, † qui
abſque ſcrupulo confidentiæ poteſt fructus benefi-
cii collati percipere pro decimis,ſeminario, & repa
ratione Eccleſię,& illos percipiēs ex hac cauſa nul
lam committit confidentiam,ut in terminis, conſu-
luit Gabr. conſ.172.nu.9.cum ſeq.uol.2.
Secundo limitatur huiuſmodi concluſio ut reſi-
gnans percipiens fructus beneficii reſignati cōmit-
tat confidentiam,ſeu oriatur ex hoc pręſumptio cō
fidentiæ,ſi huiuſmodi perceptio fuit facta poſt per-
fectam reſignationem poſt captam per ſucceſſorē
poſſeſſionem,& factam publicationem, ut fuit re-
* ſolutum* in d.Cuſent.prætenſæ confidentiæ die Lu
nę 4.Febr.1591.coram R.P.D.Orano,& hanc opi
nionem conſulendo uidetur firmare, Nauar. conſi.
28.nu.2.de ſim.& conſi.26.ante num.1.eo. tit.& p
batur in uerbis allegatis conſt.Pij V.ubi poſt ceſſam
&c.publicatam,&c.captamque a ſucceſſore poſſeſ-
ſionem,& de hoc dicetur infra.
Tertio limitatur ut non committatur confiden-
tia ex parte reſignatarii,quoties reſignans poſt reſi-
42 gnationem ſe† ingerit,& fructus percipit ignorante
ipſo reſignatario,ita in terminis limitat Gabr.cōſ.
172.nu.10.in fi.& num.13.lib.2. quam opinionem
puto eſſe ſequendam in iudicando, & conſulendo.
Et ratio eſt,quia ſi ignorat Reſignatarius fructuū
perceptionem,quę fit a reſignante poſt ceſſionem,
43 † quomodo ei nocere debet,Craue.conſ.171.nu.18.
conſ.201.num.36.& conſ.203.num.5.factum enim
44 alterius poſt ius plene quæſitum,impoſſibile eſt, †
ut noceat præſertim ignoranti c.Matthæus,ca.ſicut
iuris,ubi dd.de.ſimon.Anch.conſ.271.col.pe. Ideo
ne iniquitatem huiuſmodi Conſtitutio Pii V. con-
tineat,interpretanda erit in perceptione fructuum,
quæ permittente,& ſciente beneficiato fit,cū igno
rans non delinquat.
Accedit,quia ratio dictę coniecturæ,ut præſuma
tur confidentia,quoties reſignans percipit fructus
poſt reſignationem fundatur in eo,quia actus ſub-
ſequens,indicat animū & pactionem præcedentem
l.quædam.ff.de reb.dub.quæ ratio prorſus ceſſat in
ignorante Crau.conſ.203. nu.5. Ideo &c.
Quarto limitatur huiuſmodi concluſio ut non ſit
confidentia ex parte reſignatarii quoties reſignans
percipit fructus poſt ceſſionem,eo tamen ſciente,&
nolente,ita declarat in terminis,Gabr.d. conſ.172.
num.10,in fi.& nu.13.lib.2.hoc poteſt exemplifica
ri quoties uis infertur,aut ſimilij modo.
Et ratio eſt quia hoc caſu ceſſat ratio coniecturæ,
45 ideo debet ceſſare† diſpoſitio c.cum ceſſante,de ap
pel.& regulare eſt ut pręſumptio fraudis,& doli ceſ
46 ſet quoties† fit actus ex neceſſitate, Ange.in l.ſi quis
poſt num.3.C.d ebon.proſcrip.quem commendat
Paul. de Monte Pico in l.poſt contractum, nu.79.
ff.de donat.dum concludit,quod qui facit actum ex
neceſſitate in quo alias dolus & fraus præſumere-
tur,ceſſat talis præſumptio,arg.l.quoties.§. qui do-
lo.ff.de prob.Maſcard.de proba.concl.531.ubi plu
res in terminis citat.
Accedit quia alias ſequeretur quod eſſet in po-
teſtate reſignantis vel conferentis uim inferendo re
ctori facere ut beneficium ille amittat, quod eſt
abſurdum.
Et hæc diſtinctio ex parte recipientis & dantis
in hac materia eſt trita, Abb.in c.cum in Eccleſiæ
in fi.ubi Anan.de ſim.Ang.in uerbo ſimo.2.nu.15.

## SVMMARIVM

1 *Præſumitur Cōfidentia in Reſignatione,ſi reſignata
rius conſtituat reſignantem Procuratorem,uel Cō
ſanguineos.*
2 *Actus ſubſequens indicat animum.*
3 *Ex cauſa ius præſumit.*
4 *Ex facto lex colligit mentem.*
5 *Præſumptio Iuris dicitur neceſſaria.*
6 *Ex coniecturis ſtatuitur aliquid.*
7 *Reſignaus amittit omne Ius.*
8 *Reſignans non poteſt percipere fructus.*
9 *Ex datione fructuum facta uēditori arguitur fraus*
10 *Ex coniunctione ſanguinis arguitur fraus.*
11 *Dictio ſi,exponitur pro quando.*
12 *Dictio ſi,denotat conditionem.*

13 *Dictio*

13 *Dictio ſi, capitur multis modis.*
14 *Verba generalia generaliter accipiuntur.*
15 *Locutio generalis nihil relinquit intactum.*
16 *A proprietate uerborum non eſt recedendum.*
17 *Conſtituens Procuratorem collatorem ad percipiẽdum fructus ex hoc non præſumitur confidentia.*
18 *In claris non cadit dubium.*
19 *Coniecturæ ceſſant ubi eſt veritas.*
20 *Vnius incluſio eſt alterius excluſio.*
21 *In pœnalibus ſtricta fit Interpretatio.*
22 *Verba generalia reſtringuntur ad ſpecificata.*
23 *Verba generalia recipiunt reſtrictionem a ſequentibus.*
24 *Vna pars legis declarat aliam.*
25 *Poſteriora declarant priora.*
26 *Verbis & ratione comprehẽditur aliquid in lege.*
27 *In lege fit expreſſio exemplariter, & non reſtrictiue.*
28 *Exempla non reſtringunt regulam.*
29 *Ratio diſponit ſicut lex.*
30 *Plus attenditur ratio quam lex.*
31 *Ratio extendit legem.*
32 *Regula de incluſione unius non hẽt quando in excluſis militat eadem ratio.*
33 *Experientia eſt rerum magiſtra.*
34 *Vnius incluſio non eſt alterius excluſio quando aliquid includitur ratione maioris frequentiæ.*
35 *Verbum Beneficium eſt generale.*
36 *Fauorabile eſt ut puniantur delicta.*
37 *Verba ſequentia intelliguntur continuatiue.*
38 *Dictio vel, ſtat alternatiue.*
39 *Donatio facta coniunctæ perſonæ præſumitur fraudulenta.*
40 *Dictio aut diſiungit.*
41 *Sub uerbo parentes, intelliguntur utriuſque ſexus.*
42 *Verbum parentes, quid ſignificat.*
43 *Verbũ parentela, refertur ad Agnatos & Cognatos.*
44 *Propinqui qui ſint.*
45 *Affines an ſint propinqui.*
46 *Procurator poteſt conſtitui Inſtrumento & per literas.*
47 *Paria ſunt habere de præſenti & de futuro.*
48 *Habens obligationem uidetur habere rem.*
49 *Aſſaſſinus dicitur ex promiſſione & datione.*
50 *Locatio quid ſit.*
51 *Vbi eadem ratio ibi idem ius.*
52 *Beneficiatus poteſt expendere fructus beneficiorum conſeruando patrimonium.*
53 *In re ſua quiſque eſt moderator & arbiter.*
54 *Rei ſuæ poteſt quis eam legem apponere quã uult.*
55 *Beneficiatus non poteſt diſponere de fructibus benef. pro re illicita.*
56 *Neque pro re profana.*
57 *Alias peccaret mortifere.*
58 *Et teneretur ad reſtitutionem.*
59 *Donatio non præſumitur.*
60 *Capitur præſumptio pro non donatione.*
61 *Malitiis eſt occurrendum.*
62 *Radix mala amputanda.*
63 *Fraus colligitur quando emptor daret fructus venditori.*
64 *Dictio, &, coniungit.*
65 *Dictio, &, includit principium & finem.*
66 *Dictio, &, continuat.*
67 *Argumentum a ueriſimili ualidum.*
68 *Dictio & copulat etiam diuerſa.*
69 *Coniectura huius quæſtionis non inducit ueram confidentiam.*

## QVAESTIO XXXII.

DE confidentia, quę committitur quando prouiſus conſtituit procuratorem dimittentem, uel eius parentes.

SEcunda coniectura, & præſumptio ex qua proba
tur confidentia eſt, quoties prouiſus de beneficio
1 conſtituit procuratorem ad percipiendum, † uel lo-
cãdum fructus illius beneficij dimittẽtẽ uel illius pa
rentes propinquoſque, & illi uel illis donauerit hu-
iuſmodi fructus perceptos, uel percipiendos ut dici-
tur in §. ſi recipiens beneficium conſtituerit dimittẽ
tem, uel eius parentes, aut propinquos, procuratores
ad percipiendum, uel locãdum fructus beneficij di-
miſſi, & illo, uel illis de fructibus perceptis, aut perci
piendis donationem fecerit, & ſequuntur Maiol. de
irreg. lib. 5. c. 45. ſub num. 5. uer. idem eſt ſi prouiſus.
Maſcar. de proba. concl. 1306. num. 29. 30. & 31. &
cauſa committendi hanc confidentiam ponitur in
§. multi, uerſ. pleriſque. Et ratio eſt, quia huiuſmodi
2 actus† ſubſequens indicat animum prauum ipſorum
& quid actum fuerit demonſtrat, l. quædam, ff. de
rebus dub. l. ſed Iulianus, §. proinde, ff. ad Macedon.
Paul. de Caſtr. conſ. 247. num. 5. lib. 1. cum aliis ut ꝑ
3 Crau. conſ. 284. num. 6. Et ex †cauſa ius pręſumere
colligitur ex l. in fundo in princ. ff. de rei uend. & ex
l. ult. in fi. ff. de action. & oblig. Menoch. de pręſum.
4 q. 17. num. 2. & etiam ex facto, legem colligere, †mẽ
tem animumque agentis conſtat, ex l. Paulus, ff. rem
rat. hab. l. ſi tamẽ §. ei qui ff. de ędil. edict. §. pauonũ
ubi Gl. inſt. de rer. diuiſ. late Meno. de præſ. q. 19. n.
1. Dec. cõſ. 421. n. 13. Crau. cõ. 87. n. 10. Alc. de pręſ.
reg. 2. præſu. 26. & reg. 3. præſumpt. 33. & ideo præ-
5 ſumptio iuris† neceſſaria dicitur Spec. tit. de præſu.
§. ſpecies num. 5. Menoch. d. tract. de pręſum. qu. 3.
col. 1. & iuſta ratione potuit hic Pius V. ex huiuſmo
di conſtitutione procuratorum, & donatione fru-
6 ctuum ſtatuere confidentiam ex† coniecturis, & in-
diciis humana lege, & ratione probatis, Bal. in rub.
C. de probat. nu. 6. uerſ. exemplum, Idem Bal. in l. ea
quidem nu. 5. C. de accuſ. Alc. de præſum. in prælud.
par. 3. in princ. maxime in dimittente, qui poſt reſi-
gnationem, nõ poteſt ſe in beneficio reſignato am
plius intromittere, & ingerere, cum amiſerit omne
7 †ius, Inn. Hoſt. Abb. & alii omnes in ca. quod in du-
biis de renunc. Rot. deciſ. 6. in fin. de rer. permut. in
nou. Caſſad. deciſ. 2. num. 3. de renunc. & communi
* ter*alii, ut probaui latiſſime de reſign. benef. libr. 1.
8 quæſt. 4. & 5. neque aliquos fructus †percipere ut la
te etiam dixi d. lib. 1. de reſignat. benef. quæſt. 6. Ex
hac ergo conſtitututione, & mandato procuratorio
& donatione fructuum arguitur fraus iuxta ea, quæ
dicuntur in ca. 2. de renu. in 6. in l. dolum C. de dol.
Gl. in l. apud Celſum, in princ. ff. de dol. mal. Bart. in
l. poſt. contractũ, ff. de don. Dec. cõſ. 235. in prin. Pa
riſ. conſ. 97. num. 17. uol. 3. Grat. conſ. 81. nume. 42.
9 lib. 2. Et propterea† ex datione fructuum facta uen
ditori arguitur fraus, Bart. in l. poſt contractum nu.
4. Io. Annibal. nume. 135. ff. de don. cum aliis, ut per
Maſcar. de probat. concluſ. 815. nu. 48. Et de paren-
tibus, & propinquis ſtatuitur ea ratione, namque
10 ex coniunctione † ſanguinis deprehenditur fraus,
Bar. in l. non ſolum, nu. 1. ff. de rit. nupt. Are. conſ. 2.
poſt nu. 5. & conſ. 17. poſt n. 7. Caſtrenſ. conſi. 337.
nu. 16. cum ſequ. uol. 1. Rom. in l. poſt contractum,
num. 4. & ibi Io. de Annibal. nu. 62. ff. de don. Card.
Pariſ.



Pariſ. conſ. 143. nu. 22. uol. 4. Dec. conſ. 235. col. 2.
& conſ. 629. nu. 2. Gozad. conſ. 1. poſt nu. 34. Grat.
conſ. 53. nu. 68. uol. 1. Crau. conſ. 82. nu. 5. Et ideo in
§. ſuperiori incip. ad probandum ſtatuit, ut legitima
ſit coniectura, ſi reſignans ſe ingerat poſt reſigna-
tionem beneficio reſignato, uel fructus percipiat
per ſe, uel alium, & ibi explicaui cauſam, & adduxi
concordantia.
11 Et ex uerbis poſitis in hoc §. primo nota, quod†
dictio ſi, exponitur pro quando, ut per Bartol. in l.
12 hæc uerba num. 4. ff. de leg. 1. & denotat† conditio-
nem, ut ſit confidentia, quando quod ſubdit, inter-
uenerit, Bar. in l. ſi ita quis promiſit nu. 1. ff. de uerb.
oblig. & in l. muto. §. ſub conditione, nu. 2. ff. de tut.
13 & †capitur aliis modis ut per, Iaſ. in l. 1. nu. 69. ff. de
off. eius cui mand. eſt Iuriſd.
Secundo nota, quod verbum recipiens poſitũ in
hoc §. poſſet ex ſui generalitate uerificari in recipiẽ
te beneficium vacans quocumque modo ſiue per o-
bitum, ſiue per renunciationem iuxta ea quæ ſcribit
14 †Bal. in l. in fraudem, in fi. ff. de mili. teſtam. & conſ.
15 191. lib. 1. locutio enim† generalis nihil relinquit in
tactum. Bal. conſ. 205. lib. 1. Craue. conſ. 118. nu. 14.
& conſ. 113. nume. 5. & conſ. 308. nume. 3. eo magis
cum id uerbi proprietas ſuadeat. l. non aliter, ff. de le
16 ga. 3. a qua non †eſt recedendum, l. ſi alij, ff. uſufruc.
leg. Crau. conſ. 188. col. 2. Bal. conſ. 452. ſtatuto col.
ult. lib. 1. Decian. reſp. 47. nu. 8. uol. 3. Menoch. conſ.
97. nu. 40. uol. 1. & conſ. 215. nu. 9. & 11.
Et hoc modo accipiendo eſſet ſenſus, ut commit
tatur confidentia ſi recipiens beneficium conſti-
tuerit procuratorem ad percipiendum uel locandũ
reſignantem, collatorem, & præſentantem, & ita
uidetur intelligere hũc tex. Maiol. d. lib. 5. de irreg.
c. 45. ſub num. 5. col. ult. uerſ. Idem eſt ſi eſſe confidẽ
tiam ſi prouiſus conſtituat procuratorem ad perci-
piendum fructus uel locandum, reſignantem, proui
ſorem uel propinquum reſignantis prouiſoris, aut
præſentantis, ſequitur eiſdem uerbis, Maſcar. d. con
cl. 1306. num. 29. & 30. & hæc concluſio poſſet cõ-
probari ratione quia ratio quæ militat inter reſignã
tem & reſignatarium, militat inter conferentem &
prouiſum, inter præſentantem, & præſentatum, ele-
ctorem & electum, ergo idem ius debet ſtatui uulg.
l. a Titio, ff. de uerb. oblig. l. illud. ff. ad l. Aquil.
Sed his non obſtantibus pro contraria opinione
alias in facti contingentia reſpondi, ut hic §. debeat
intelligi duntaxat in eo prouiſo qui conſtituit renũ
cientem procuratorem, ad percipiendum & locan-
dum fructus illius beneficii, & non in eo qui conſti
17 tuit† collatorem, præſentantem & electorem, & mo
uebar primo: Quia id expreſſe exprimitur in eodem
§. ibi conſtituerit dimittentem, uel eius parentes, &
18 c. ergo nullum cadit† dubium, l. ancillæ. C. de furt.
Corn. conſ. 109. lib. 1. Dec. conſ. 484. nu. 1. Rolan. a
Vall. conſ. 77. num. 5. lib. 1. unde ceſſant coniecturæ
19 & †argumenta, l. continuus, §. cum ita, ff. de uerbo.
obliga. Soc. iun. conſi. 12. num. 2. libr. 2. Ceſal. conſi.
138. nu. 20. vol. 1.
Secundo, quia in hac parte conſtitutionis dum a
git Pius de præſumptionibus, & coniecturis ſufficiẽ
tibus ad arguendam & probandam confidentiam
a §. ad probandum uſque ad §. ſi uel ſola, loquitur
de reſignatione ut patet ibi ſi quis poſt ceſſam, &
ibi publicatam reſignationem, ergo non debent in-
cludi ordinarii pręſentantes & electores, cum unius
20 incluſio ſit excluſio† alterius, l. cum prętor, ubi Glo.
& alii, ff. de iud. Fel. in c. non ne. de pręſump. Iaſo. in
l. 1. col. 4. ff. ſolut. matr.
21 Tertio, quia hæc eſt materia† pœnalis, & admodũ
odioſa, & ideo ſtricte intelligenda, & quantum ſo-
nat, Din. in regul. odia, ff. de regul. iur. cap. 15. qui de
ſent. excom. lib. 6.
Ad contrarium reſpondebam, quod generalitas il
lius uerbi recipiens debet reſtringi ex uerbo ſubſe-
quenti dimittentem, quod excludit aliam uacatio-
nem quam reſignationis ut ſupra dixi, & regulare
22 eſt, ut uerba† generalia reſtringantur ad ſpecificata
l. ſi de certa, C. de tranſac. l. ſi ex maiore, C. de ex-
cep. Crau. conſ. 308. ſub num. 5. col. pe. uerſ. inde ui-
23 demus & ex† ſequentibus, Glo. in auth. offeratur, C.
de lit. conteſt. & in l. ſciendum, in prin. ff. qui ſatiſd.
cog. Dec. conſ. 179. col. ult. uerſ. nec obſtat, & regula
24 re eſt ut una pars legis declaret † aliam l. non eſt
nouum, l. nam & poſteriores, ff. de legibus. l. utrum,
25 ff. de pet. hęr. l. qui filiab. ff. de legat. 1. & poſteriora†
declarant priora, Crauet. conſ. 86. nume. 5. & conſ.
221. nume. 15.
Et hanc opinionem exiſtimo eſſe ueriorem, in pũ
cto iuris uero, a contraria non recederem in iudicã
do ex identitate rationis, ut ſi prouiſus conſtituat ꝓ
curatorẽ, collatorẽ ꝑſentantẽ, illiſq; donet fructus ꝑ
ceptos, & percipiendos, ut colligatur coniectura cõ-
fidentiæ, nam eadem uiget ratio, & pacti præſum-
pti, Ideo præſens caſus uidetur incluſus, quamuis nõ
26 exprimatur uerbis, quod non eſt †neceſſarium cum
comprehendatur ratione, l. his ſolis, C. de reuoc. do-
nat. Pariſ. conſi. 83. num. 21. uol. 3. & conſ. 69. nume.
3. uol. 4. Dec. conſ. 284. col. 2. & conſ. 301. col. etiam
2. & receptum eſt ut ſi ratio legis comprehendit plu
27 res caſus ſi de uno in ea fit mentio uidetur† factum
exemplariter non reſtrictiue, Tiraq. in l. ſi unquam,
uerb. libertis nu. 37. C. de reuoc. dona. & de utr. retr.
28 Lignag. §. 28. nu. 2. & 3. nam exempla† non reſtrin-
gunt regulam, l. regula §. ult. ff. de iur. & fact. ignor.
l. ſcire oportet §. penult. ff. de excuſ. tut. Bal. in l. 1. in
1. lect. ſub num. 1. ff. de iuſt. & iur. Ex quo uidetur re
ſponſum ad argumentum primum, quod adducebã
conſulendo de uerbo dimittentem cum exempla nõ
29 reſtringãt regulam, & ratio† diſponat, ſicut lex, Bal.
in c. dilectus filius col. 1. de reſcr. Dec. conſ. 284. col.
2. Crau. conſ. 183. col. 2. Dec. etiam in ca. 2. requiris
num. 2. de appella. & in c. at ſi clerici, §. de adulteriis
30 num. 18. de iudic. imo plus† eſt attendenda ratio le-
gis, quam lex l. 1. C. quæ ſit longa conſuet. c. conſue-
tudo prima diſt. Gemin. in cap. ubi periculum num.
1. de elect. libr. 6.
Ad ſecundum reſpondeo quod licet uerba §. ad ꝓ
bãdum ſonent in reſignatione, tamen uerba huius
31 §. ſi recipiens, ex ratione habent hanc† extenſionem
l. cum pater §. dulciſſimis, ff. de leg. 2. Are. conſ. 143.
col. 4. & 5. Gemin. conſ. 39. col. 1. & conſ. 40. col. 2. o
ptime Bar. in l. pater filium §. fundum in fine, ff. de
leg. 3. Glo. in clem. 1. de elect. Non obſtat argumen
32 tum de incluſione, quia reſpondeo regulam † illam
* *communem non habere locum, quoties in exclu-
ſis militat eadem ratio, quæ incluſis, Glo. in di. l. cum
prætor, ff. de iud. Fel. in c. nonne in 4. lim. de præſu.
Gerard. de petraſancta ſingu. 7. Riminal. ſen. conſi.
251. num. 44. & conſi. 529. num. 25. Dec. in l. 1. in 3.
lect. nume. 84. ff. ſi cert. petat. Card. Pariſ. conſi. 111.
num. 39. uol. 1. Menoch. de arbit. iud. caſ. 64. nu. 18.
Eoque magis, quia poteſt dici, quod id, quod dici-
tur hic de reſignatione exprimitur ratione frequen
tioris

tioris contingentiæ,nam re uera frequentius poteſt
33 accidere,& experientia docet,†quę eſt rerum magi
ſtra §.ſed hodie inſtit.de ſatiſd.cap. quam ſit de ele
ctio.lib.6.Pariſ.in rub.ff.ſol.matr.nu.6. & commu-
* niter* eſt receptum,ut unius incluſio nō ſit alterius
34 excluſio , quando id quod†exprimitur,deciditur ra
tione maioris frequentię, & contingentię Gl.not.in
cle. 1.uerbo præſidentes in fine de reſcr.&ibi illam
not. Ant.de Butr.& Imol.Iaſ.in l.1.numer.33.ff.ſo-
lut.matrimo. & in l.2.numer.12.ff.de uulga. & pu-
pill.Fel.in c.nonne in 5.limit. dę præſumpt. Bellon.
conſ.52.num.10.

Ideo concluſio huius tex.ſiue §. intelligenda erit
ut non ſolum ſit confidentia quando reſignatarius
conſtituit procuratorem reſignantem,uel eius pro-
pinquum ad percipiendum,vel locandum fructus il-
lius beneficii reſignati,illiſque donando dictos fru
ctus ſed etiam quando prouiſus,præſentatus,nomi-
natus,electus,id facit conſtituendo collatorem præ
ſentantem,nominantem,& eligentes,eiſque donã-
do fructus,nam ex hoc colligitur confidentia.

Tertio intellige hanc concluſionem in quocum-
que beneficio tam ſimplici,quam requirente reſidē
tiam,& curato , ac habente dignitatem quamtu-
muis maximam,quod probat,tum generalitas dicti
35 †uerbi beneficium,Gem.in c.quamuis el 1.de pręb.
lib.6.Anan.quem refert,& ſequitur Caccial.de pēſ.
q.30.num.6.Barbat.in clem.cauſam . quod ſi for-
ſan,num.28.& 29.ac 30.de elect.& colligitur ex his
quę ſcribit Ioannes Selua de benef.part.1.2. & 3.&
late tradidimus de reſig.benef.lib.2.quę.1.ubi expli
cauimus omnia genera beneficiorum , tum etiam
ratio,quæ militat in omni beneficio,& dignitate,vt
cenſeatur punibilis,& prohibita confidentia ibi cō
miſſa.Accedit tertio,quia fauorabile eſt ut puniã-
36 tur†delicta,& ſit lata interpretatio,l.ſi quis ingenuũ
§.in ciuilibus,ff.de capt .& poſtli.l.ſi ita uulneratus
ff.ad l. Aquil.Bart.in l.quemadmodum,C.de agric.
& cenſ.lib.11.Blanc.in prax.crim.§.datis defenſio-
nibus nume.49.

Quarto quia in §.pręcedenti incip. ad probandũ
iam expreſſerat Eccleſiam,aut Monaſteriũ,& aliud
beneficium unde hic non erat neceſſarium id repe-
tere,cum eadem ſit materia,& continuet,ac intelli-
37 gatur,†quod hic dicitur iuxta terminos præcedētis
orationis de Epiſcopatibus,Abbatijs,& reliquis ſa-
cerdotijs,Bal.in l.domum col.1.in fine,C.de rei uē-
dic.Iaſ.conſ.215.col.2.lib.2.& conſ.5. col.3. libr.3.
Soc.Sen.conſi.15.num.17.libr.1.Craue.conſi.313.
num.5.& in principio iam expreſſerat de omnibus
perſonis,etiam S.R.E.Cardinalibus,de quibus po-
terat fieri dubium.

Quarto intellige hanc concluſionem, colligi con
fidentiam ſiue prouiſus cōſtituerit procuratorem re
ſignantem,ſiue eius parentes, aut conſanguineos,
nam hęc parificantur,ut probant expreſſe illa uerba
conſtituerit dimittentem,uel eius parentes aut pro-
pinquos procuratores,l.ſi hæredi plures,ff.de cond.
38 & demon.Dictio enim,uel operatur,ut†ſufficiat v-
nam partem eſſe ueram ad effectum,ut ex hoc oria
tur coniectura confidentiæ,tam ſi fuerit conſtitutus
procurator reſignans quam ſi fuerint conſtituti pro
pinqui uel parentes,Corn.conſ.237.colum.4. lib.4.
Ang.de Gam.de teſtam.nu.2.& in hoc nullum ca-
dit dubium,quia uerba ſunt clara l.continuus, §.cũ
ita,ff.de uerb.oblig.& rationem ſupra deduximus,
quare æquiparentur hi duo caſus,nam eo quia ſunt
conſtituti procuratores,parentes,& propinqui,uide
tur conſtitutus ipſe reſignans ob coniunctionē ſan
guinis,quæ inter illos adeſt,& merito arguitur con
iectura fraudis,Rom.in l.poſt contractum nu.4.ff.
de donat.ubi Io.Annib.nu.62.uerſ.nec obſtat,Are.
conſi.2.nu5..Calcan.conſi.25.col.12.in princ. cum
aliis,ut per Maſcard.de probat.concl.815. nu.10.&
39 ideo donatio†facta coniunctę perſonę præſumitur
fraudulenta,ac ſimulata,& non uera,ut eſt tex.opti
mus in l.data opera,C.de don.l.pe.in prin.ff.de bo.
libert.Bar.in l.non ſolum in prin.ff.de rit.nupt.Bal.
conſ.438.lib.5.Cuman.conſ.155.colum.2. Petr.de
Anch.conſ.251.Dec.conſ.235.num.2.uerſ.ſecunda
pręſumptio,Card.Pariſ.conſ.143.num.22. uol.4.&
faciunt notata in c.2.de renunc. lib.6. & quod dici-
tur de parentibus,aut propinquis dimittentis bene-
ficium,ut ſit coniectura confidentiæ ſi conſtituan-
tur procuratores a reſignatario illiſque donētur fru
ctu,intellige diſiunctiue,nam nō requiritur, ut ſint
conſtituti parentes , & propinqui; ſufficit enim,
quod alter eorum fuerit conſtitutus,ut colligitur ex
40 dictione aut,quę ponitur inter prædictos quæ diſiũ
git,& operatur,ut unum ſufficiat,Bar.in l.is qui du-
centa §.utrum num.2.ff.de reb.dub.Bal.in l.cũ quæ
dam nu.6.C.de uerb.ſignif.ubi dicit quod ſi dictum
fuerit,uolo pecuniam deponi in manibus Titij aut
Sempronij,videtur tacite procuratoris officium cui
libet de per ſe inſolidum eſſe commiſſum idem uo
luit Bar.in auth.ſi quando,C.de conſt.pecu. Et dũ
Pius V.nominat in hac coniectura parentes, uide-
41 tur intelligere de parentibus†utriuſque ſexus,Glo.
in l.appelatione parentis,ff.de uerb.ſign.& ibi Alc.
Gl.& Bal.in l.quiſquis,C.ad l.Iul.Maieſt.Et quam
42 uis proprie pater,& mater†ſignificetur, cũ ueniat a
uerbo pario,tamen apud Iuriſconſultos teſte Feſto
etiam auus & proauus,& alij ſuperiores utriuſq; ſe
xus uſq; ad tritauos & tritauias intelligũtur,& ultra
hos maiores appellãtur,ut tradit Paul.I.C.de grad.
affinit.l.Iuriſconſ.Caius in d.l. parentis appellatio-
ne,ff.de uerb.ſign.& optime intrat hmōi coniectu-
ra,quoties fuit conſtitutus procurator,Pater, Auus,
tam paternus,quam maternus reſignantis, ut præſu
matur confidentia ex pręſumpta fraude uel intelli-
ge latius,nam parentũ uocabulum ad quoſlibet con
ſanguineos extenſum inuenimus,ut Plin.lib.18.cap.
1.Cic.1.de Ora.& 2.de Finib.& li.9.ad Atti.Ouid.
1.Metam.& alii tradunt relati a Calepin.in Dictio
nario uerbo parẽs,& ſequitur Iac.Spieg.in dictiona
rio in eodem uerbo parens,uerſ.at latius hodie utri
uſq;,Iaſ.in l.in ius uocari §.p̄tor n.8.ff.de in ius uoc.
43 Affl.deciſ.178.nu.2.Hinc verbũ†parentela adapta
tur ad Agnatos,& Cognatos,Corn.conſ.133.col.1.
lib.2.Card.in clem.1.§.ult.de iur.iur.& omnes col-
laterales,Abb.in c.fraternitatis,de uſuris,Bal. conſ.
334.nu.5.lib.3.Ang.conſ.289.Butr.conſ.9.Ancha.
conſ.239.col.4.Alex.conſ.160.lib.2.

44 Dũ aũt nominat propinquos†ur intelligere de cō
ſanguineis,& ſic de oĩbus ſanguine coniunctis cum
reſignante,Cic.ad Cæl.lib.2.epiſt.& habetur ex Di
ctionario in uerbo propinquus,Bar.in l.ult.nu.4.C.
45 de uerb.ſign.An affines dicãtur†propinqui,Idē Bar
to.in l.1.C.unde ui.& ux.& in l.cui eorum §.affinita
tis,ff.de poſt.Bal.in l.ul.C.de ind.vid.

Quinto hãc concluſionē intellige, ſiue p̄dicti cō
ſtituantur procuratores per inſtr̄m,ſiue per literas;
46 nam utroque mō poſſe†conſtitui tradit Card.Pariſ.
conſ.47.nu.14.uol.1.cum aliis adductis a me de re





ſign.benef.lib.9.q.6.col.1.& eadem ratio uiget in
vtroque caſu,Ant.de But.in c.2.nu.4.de renunc. li.
6.ergo idem ius,l.illud,ff.ad l.Aquil.& hoc nullum
habet dubium.

Sexto hanc concluſionem intellige,vt committa
tur confidentia tali caſu,ſiue fuerint a reſignatario
conſtituti procuratores,parentes,aut propinqui re-
ſignantis ad percipiēdum fructus beneficij reſigna-
ti,ſiue ad locandum fructus percipiendos, vt patet
illis uerbis *ad percipiendum, vel locandum fructus
beneficij dimiſſi*.hi enim caſus ęquiparantur, & rō
eſt,quia paria ſunt quod quis percipiat fructus de
47 pręſenti, † vel habeat promiſſionem illos conſe-
quendi infra certum tempus,ut dicit Salic. in l. non
ideo minus,in fine,C.de accuſ.Gramma.Vot.9.col.
1.qui enim habet obligationem, & promiſſionem
48 uidetur habere †rem ipſam,Curt.Sen.conſ. 20.col.
18.uerſ.omitto poſtremo,Aret.conſ.164.col.11.&
ſequ.Paris de Put.in tract.de ſynd.fol.57.nu.14. Et
49 ideo aſſaſſinus dicitur tam†ex datione, quã ex pro-
miſſione,Archid.in c.pro humani col.1.in fine,Ge
min.in §.cum igitur in primo not.Petr.de Anch.in
6.not.de homic.lib.6.Dec.conſ.327.in prin. Corn.
conſ.249.col.1.uol.4.Carrer.in prax. crimin.in tit.
e de homic.§.circa tertium in princ.ubi atteſtatur *
de communi,quam promiſſionem uidetur habere
50 ex locatione facta,cum locatio†ſit ad rei uſum con
ceſſio pro mercede,vel pecunia numeranda conuē-
ta,Azo in princ.loc.in ſum.Gl.Bar.& Salic.in l. ex-
* cepto ff.loc.Doct.*communiter in rubri.ff.& C.ac
Inſtit.loc.Et hoc intellige, quoties iſte procurator
locauit fructus dicti beneficij paciſcendo,ut ſibi re-
ſpondeatur de pecunia , nam hanc uidetur habere
mentem Pius V.quia ſi pecunia erit ſoluenda domi
no beneficij,cęſſat omnis fraus,cum nullam utilita-
tem habeat ipſe procurator.

Septimo intellige hanc concluſionem procede-
re quoties fuerint conſtituti procuratores dicti pa-
rentes,uel propinqui ad locandum , uel percipiēdũ
fructus beneficij dimiſſi,nam ita declarat tex.ibi *be
neficij dimiſsi*,& eſt ratio,quia tunc pōt ex eo præ-
ſumi fraus conuentionis illicitę iam factæ, vt ſupra
dictum eſt,ergo ſecus erit,ſi fuerint conſtituti p̄di-
cti procuratores ad percipiendum, uel locandũ fru
ctus alterius beneficij non dimiſſi , quia huic caſui
uerba tex.non applicantur l.4.§.toties,ff.de damn.
infect.Si autem conſtat pecunias uerſas ad utilita-
tem reſignantis,inficiari non poteſt,quin ex illa p-
ceptione fructuum non arguatur ad actum illicitũ,
& ad præſumptionem confidentiæ,quoties uere cō
ſtat fructus illos uerti in utilitatem illius, & actum
eſſe correſpectiuum iuxta ea,quæ ſcribit Pariſ. cōſ.
143.num.21.uol.4.cum aliis,ut per Maſcard.de p
bat.concl.815.num.4.& fraudulētum, nam dicitur
in §.quare nos uolentes,& in §.itidem,ſiue per ſe,ſi
ue per alium,&c.

Octauo intellige,ſiue huiuſmodi fructus benefi-
cij dimiſſi fuerint dati reſignanti,ſiue prædictis p-
curatoribus,nam hos duos caſus æquiparat Pius V.
illis uerbis,& illi,uel illis donationem fecerit, & ra-
tio eſt, quia utroque caſu poteſt fraus deprehendi
iuxta ea,quę ſupra deduximus latiſſime.

Nono intellige hanc concluſionem in fructibus
tam perceptis,quã percipiendis, ut patet ibi *de fru-
ctibus perceptis,aut percipiendis*,& ratio eſt, quia
eadem viget rō in utroque caſu,nãque eadem fraus
51 deprehenditur.ergo idem ius † debet ſtatui l.illud,
ff.ad l.Aquil.l.a Titio,ff.de uerb.obliga. Et ſufficit
alterutrum,ut patet ex dictione illa,aut,Bart. in l.ſi
is,qui ducenta §.vtrum nu.2.ff.de reb.dub.Bald. in
* l.cum quædam num.6.C.de uerb.oblig.&*commu
niter Doct.ſequuntur.

Decimo nota caſum,in quo quis non poteſt di-
ſponere de fructibus beneficij abſque periculo com
mittendi confidentiam, cum regulariter clericus
beneficiatus poſſit expendere fructus beneficij,quo
52 modocumque uoluerit†etiam bona propria cōſer-
uando,Innoc.in c.Epiſcopum de præb.& ibi Abb.
& alij Card.Zab.& Abb.in c.poſtulaſti de reſcrip.
vbi Fel.nu.6.Soc.Sen.conſ.91.uol.3.Caiet.2.2.quę.
* 185.art.7. reſp.ad 3.communis * opin.teſte Feli.in
d.c.Epiſcopus,& comprobat late Couarr.in cap.1.
col.3.de teſtam.ſub nu.2.cum ſint domini, & in re
53 ſua quiſque ſit moderator,†& Arbiter l.in re man-
data,C.mand.l.nemo exterus, C.de iudic.§. per tra
ditionem,inſtit.de rer.diuiſ.Soc.Sen.conſ.53.num.
54 8.lib.1.rei ſuæ poteſt,quis eam legem†apponere, q̈
voluerit,cap.uerum,de cond.appoſit.c.1.de mona-
chis,de pręb.c.cum Bertoldus de re iudic.l.quoties,
C.de don.quæ ſub mod.l.ob res §.1.ff.de pact.do-
tal.l.legem,C.de pact.Bald.in l.hac edictali in prin
ci.col.5.C.de ſecur.ſtab.Card.Pariſ.conſ.72.in prĩ.
uol.1.& conſ.24.nu.24.uol.2.

Et ratio huius concluſionis eſt, quia non poteſt
55 clericus fructus beneficij expendere pro re †illicita,
Archiep.Florent.in 3.par.ſumm.tit.15.c.1.§.19.&
in 2.par.tit.2.c.2.§.ult.Silueſtr.in uer.clericus 4.An
ge.in uerb.clericus 4.§.4.Palud.in 4.ſent.diſt.24.q.
56 3.art.3.& pro†re profana,Riccard.in 4.ſent.diſtin.
15.art.3.q.1.ad 1.Caiet.2.2.q.185.art.7.alias pecca
57 ret†mortifere,Archid.& Gem.in princ.diſt.44.Ab
ba.in c.cum ſecundum de præb.Fel.in c.poſtulaſti
nu.6.de reſcr.Dec.in c.Epiſcopus de pręb.& ſecũ-
58 dum unam opinionem†tenetur ad illorum reſtitu-
tionem,ut late tradunt Aluarot.Pelagius de plan-
ctu Eccleſię lib.2.c.28.col.8.Maior in 4.diſt.24.q.
* 17.& communiter,*ut atteſtatur Nauar. qui hanc
opinionem pluribus rationibus,& auctoritatib. de
fendit in tract.de reddit.Eccl.q.2.in 7.monit.fo.mi
hi 179.colum.4.

Vndecimo intellige,ſiue hmōi donatio facta fue
rit ſcriptura,ſiue abſq.ſcriptura,nã utroq; caſu exi-
ſtimo colligi ex hoc cōfidētiã,qđ probo,Primo ex
gn̄alitate huius uerbi apti cōprehendere utrũq; ca-
ſum,Bal.in l.in fraude,in fin.ff.de mil.teſta.l.1.§.ge
neraliter,ff de le.p̄ſt.Scđo,qa in §. itidē dr̄ ſcripto,
vel uerbo ſignificauerit,& ibi late dixi.Tertio,quia
eadem eſt rō,ut patet,ergo idem ius utroque caſu,
l.illud,ff.ad l.Aquil.Quarto,qa mens Pij V. nō eſt
loqui de donatioue formali,q̄ prouenit ex mera li-
beralitate,de qua in l.donari,ff.de don.& in l.dona
ri,ff.de reg.iu.Hoſt.in ſum.tit.de dona. ſed de ea,q̄
ſit fraudulēter p conſequēdo bn̄ficio,vt verba oſtē
dũt,l.Labeo in fi.ff.de ſupel.le.Dec.in l.ſemp in ſti
pulationib.nu.4.ff.de reg.iu.Crau.cōſ.20.n.2.& cō
59 ſi.290.in fi.& regulariter donatio non†p̄ſumit, cũ
pōt capi alia cōiectura,vel cōſtat de cã,l.cũ de inde
bito,ff.de probat.l.ſi cũ aurũ,ff.de ſolu.Ale. in le.ſi
is qui quadringenta,§.dos legata.nu.4.ff. ad l. falci.
Corn.conſ.64.nu.2.uol.2.Goz.conſ.94. n.28. Imo
60 in dubio†capitur alia pręſumptio datum ob aliam
cauſam,Bal.in l.generaliter col..4C.de nō nu. pec.
61 Iaſ.in l.ſi a ſubſtit.§.vlt.in fi.ff.de le.1.Malitijs†n.
occurrendum eſt,l.cũ hi,§.ſi cũ lis de dol.ff.de tran

act.l.magis,§.ſi pupillus,ff.de reb.cor.& omnis ra-
62 dix†mala amputanda,l.in fundo de rei uend.l.quæ-
ſtionis in fi.C.de fideico.Ang.de maleſ.in uerbo fa
ma publica ſub nu.118.in fine.
* Hinc communiter*receptum eſt, fraudem præ-
ſumi,quando poſſeſſor uenditor reſponderet de fru
63 ctibus emptori,†vel e contra,Bart.in l.poſt contra-
ctum poſt num.4.uerſ.reſpondeo,non puto ſuffice-
re,ff.de donat.Crot.conſ.141.Bart.in l.ſicut,§.ſup-
uacaneum in fine,ff.quibus modis pign. uel hypot.
ſolu.Maſcard.de probat.concl.815.num.55. Ita pa
ri ratione fraus debet deprehendi ex datione fru-
ctuum beneficij,quam facit reſignatarius reſignāti.
Sed dubium cadit, an hęc debeant coniungi, ut
ſcilicet requiratur ad effectum, vt hæc coniectura
confidentię intret,quod recipiens beneficium con-
ſtituerit procuratorem reſignantem, uel eius paren
tes,& propinquos ad percipiendum, vel locandum
fructus beneficij dimiſſi,& illi,uel illis de prædictis
fructibus donationem fecerit,vel alterutrum ſuffi-
ciat,ut ex conſtitutione ſola arguatur confidentia,
& ex donatione ſola?Mihi uidetur alterutrum non
ſufficere,ut habeat locum hæc coniectura poſita in
hoc §.ſi recipiens,ſed coniunctim requiri conſtitu-
tionem procuratoris ad percipiendum & locandū
fructus,& illorum donationem reſignanti, uel eius
propinquis,& parentibus. Quod probo,quia copu-
64 la,&,†quæ ponitur inter hęc duo,coniungit,l.ſi hę-
redi,ff.de cond.inſt.vbi Glo.& alij latiſſime,Fel.in
c.ex par.1.nu.21.de reſcri.Et operatur, ut requirat
verificatio utriuſque requiſiti,Iaſ.in l. fluminib.nu.
64.ff.de flum.Fel.loc.cit.Imol.in clem.in pleriſque
in 8.col.de elect.Bart.in l.ſi is,qui ducenta,§.proin
de,de reb.dub.& in d.l.qui hęredi, Adeo,quod quo
65 ties ponitur inter†principium,& finem habet inclu
dere medium,Hoſt.in c.licet cauſam, Fel.num.10.
uerſ.tertia cauſa de probat.Bald.in l.1.num.4.C.de
iur.emphyt.Abb.conſ.11.num.26. ſub eadem qua
litate,l.nam,quod liquide,ff.de pœn.leg.le. Seię,§.
caio,ff.de fund.inſtr.l.ſi quis Titio,ff.de vſufruc. ac
creſc.Pauin.de poteſt.cap.ſed.vacant.in præl. 3.nu.
66 3.cum ſeq.Et eius natura†eſt,vt continuet præcedē
tia,Bar.in l.1.in fine,ff.de his, qui not.infam. & in
l.Seie,§.Caio nu.3.ff.de fund.inſtr.Roman. conſil.
104.nu.4.Alex.conſ.101.num.8.lib.3.Corne.con-
ſi.129.in fine lib.2.
Eoque magis,cum materia ſit connexa, & poſi-
ta in eodem §.Soc.Sen.conſ.53.nu.9.lib.1.Pariſ.cō
ſi.38.num.25.lib.2.Curt,iun.in le.1.§.ult. nu.27.ff.
ſi cert.pet.Dec.conſ.324.col.pen.Anchar.in clem.
in pleriſque,col.vlt.de elect.
67 Quod comprobat etiam ueriſimilitudo, † cuius
argumentum ualidiſſimum eſt Bal.conſ.180.lib.3.
Oldr.conſ.13.Crau.conſ.297.nu.6.19. Hæc enim
68 dictio,Et,copulat omnino†diuerſa,vt vtrumque co
pulatum ueniat principaliter,Gl.in rub.ff.de iur. &
fact.ignor.Bar.in l.ſi finita §.ſi eleganter,ff.de dā.
infect.Archid.in c.cupientes in princ.de elect. Eo-
que magis,cum utrumque eſt neceſſarium . Petr.de
Anch.in c.preſentium,§.teſtes,de teſtibus li.6.Bar.
& alii in l.diuus,ff.de re iudic.Gemin.in ca. quoties
in fine 2.q.1.Roman.conſ.369.in antepe,col. cum
alijs,ut per Felin.d.c.ex parte num.23. & excludit,
quæ non narrantur.Lud.Rom.conſ. 146. uiſo, col.
3.late Fel.d.c.ex parte nu.22.de reſcr.
Rurſus contigit dubitare,an hæc coniectura præ
ſentis §.inducat ueram confidentiam ? prima facie
uideretur dicendum,quod ſic,ex uerbis poſitis in ſu
periori §.ad probandum,ad probandum uero ple-
ne confidentiarum abuſum inter alias, etiam præ-
ſumptiones,& coniecturæ habeantur legitimæ,&c.
69 In contrarium tamen eſt veritas, vt †huiuſmodi
præſumptio non inducat ueram confidentiam, ſed
* * tātum præſumptionem,*ut fuit reſolutum in una *
Coſentin.prætenſæ confidētiæ coram R.P.D.Ora
no 4.Febr.1591.& probatur expreſſe in §.teſtes ea
ratione,qa aliud eſt pręſumptio,aliud ueritas. Nec
obſtant uerba ſupra poſita ex §.ad probandum, qa
ſolum probant,ut huiuſmodi præſumptio,& conie
ctura ſit legitima inter alias,non autem quod ſit ve
ritas .
70 Poſtremo dubitatur, quid † ſi reſignatarius poſt
plures annos poſt reſignationem donet reſignanti
aliquam quantitatem pecuniarum,an ex hoc argua
tur confidentia,cum hic caſus proponeretur in Ro
ta a bo.mem.D.Bubalo in una Oriolen.1.Februa-
rij 1591.de ordine fel.rec.Gregorij XIIII.fuit reſo
lutum ab omnibus negatiue,ſcilicet, quod donatio
facta poſt multos annos poſt reſignationem nō ar
guat ſimoniam,neque confidentiam, niſi probetur
præceſsiſſe pretium illicitum ſuper huiuſmodi do-
natione facienda in ipſa reſignatione,c.artaldus,ibi
antequam eligeretur 8.q.3.Ioan.Andr.Abb.Fel.&
Dec.in c.veniens,el 1.de teſtib.Abb.in cap. cū M.
nu.24.de conſt.Dec.conſ.118.num.4.Moed.deciſ.
116.Put.deciſ.171.numer.9.lib. 2. Caputaq.deciſ.
239.num.7.par.3.

*SVMMARIVM*

1 *Reſignans expendens pecuniam pro literis Reſi gnatarij committit confidentiam.*
2 *Ex ſolutione pecuniæ intrat fraus.*
3 *Ex facto ad quod quis non tenetur,oritur fraus.*
4 *Ex facto inſolito intrat fraus.*
5 *Inſolita venditio facit præſumere fraudem.*
6 *Fraus ex coniecturis.*
7 *Actus præſumitur factus ad inſtantiam,illius in cu ius vtilitatem vertitur.*
8 *Citatio præſumitur facta ad inſtantiam partis.*
9 *Mutuum præſumitur factum gratia recipientis.*
10 *Contractus ſimulatus ſi impenſa quæ debet fieri per uenditorem,fiat ab emptore.*
11 *Impenſæ inſtrumentorum fiunt ab emptore.*
12 *Reſignatarius expendens in litteris Reſignantis cō- mittit confidentiam.*
13 *Caſus non expreſſus non includitur in lege.*
14 *In pœnalibus fit ſtricta interpretatio.*
15 *Cauſa principalis quæ.*
16 *Impenſa probatur per dictum Procuratoris.*
17 *De facto proprio quis poteſt teſtificari.*
18 *Dictum vnius non probat.*
19 *Libris menſariorum creditur.*
20 *In habentibus officium publicum, non cadit ſuſpi cio.*
21 *Libri ſcripti auctoritate priuata non probant.*
22 *Intereſt Reipublicæ vt delicta puniantur.*
23 *Regula,Vnius incluſio,fallit pluribus modis.*
24 *Expenſę probantur pluribus modis.*
25 *Expenſæ probantur ex coniecturis, arbitrio Iudi- cis.*
26 *Expenſæ præſumuntur factæ animo repetendi.*
27 *Dictio ſimulque coniungit.*
28 *Dictio vna coniungit.*





29 *Vbi verba ſunt clara, nullum cadit dubium.*
30 *Dum duo requiruntur vnum non ſufficit.*
31 *Capienda interpretatio pro non delicto.*
32 *Sine pecunijs non fit expeditio.*
33 *Ingerit ſe in hæreditate qui ſoluit ęs alienum.*
34 *Sub titulo beneficij includuntur annexa.*
35 *Fideiubens reſignans pro Reſignatario non commit tit confidentiam.*
36 *Qualitas legis debet in primis verificari.*
37 *Actus fideiuſſionis non eſt prohibitus.*
38 *Dictio ſi,venit continuatiue.*
39 *Sequentia declarantur ex præcedentibus.*
40 *Lex generalis comprehendit omnes caſus, & per- ſonas.*
41 *Actus attribuitur mandanti.*
42 *Mandans & Mandatarius puniuntur.*
43 *Ex coniectura huius quæſtionis non oritur vera cō fidentia.*
44 *Scientia Papæ facit ceſſare omne vitium.*

## QVAESTIO XXXIII.

DE confidentia, quæ committitur ex expeditione
litterarum.

TRIGESIMOTERTIO quęro,&c. Tertia cō
iectura,& præſumptio ex qua probatur con
1 fidentia†colligitur ex totali expeditione litterarum
reſignationis pro reſignatario facta a reſignāte de
ſuis proprijs pecunijs,ut patet in §. ſi uel ſola procu
ratoris depoſitione, vel libris rationalibus menſa-
riorum ex parte dimittentis expeditio,quę perſonā
recipientis concernit,proſecuta ſit, ſimulque expē
ſę pro ea neceſſarię ab illo factæ fuerint. & cauſa id
faciēdi ponitur in §.multi, de qua dixi. Et ratio eſt,
quia quoties reſignatur beneficium in fauorem ali-
cuius fit ſupplicatio,qua ſignata,datata, ac regiſtra
ta,ac præſtito conſenſu, litterę expediuntur ut late
tradidi de reſign.benef.lib.8.& ſi in illa reſignatio-
ne aliquid reſeruatur reſignanti, ſcilicet penſio,uel
fructus,ipſe expedit ſuas bullas reſeruationis pēſio-
nis,aut fructuum,& ſoluit de ſuo cōpoſitionem, &
alia neceſſaria, quæ expenduntur pro expeditione
dictæ reſeruationis penſionis,aut fructuum,ut reſi-
gnatarius expediat ſuas litteras reſignationis, ſcili-
cet prouiſionis factæ per S.D.N in perſonam ſuā,
ſoluendo de ſuo annatam,& alia neceſſaria in Ca-
mera,vel Cancellaria expendi, & dari ſolita,ac in
plumbo,& ita ſeruat ſtylus*vulgaris Curię omnib.
notiſſimus,& de eo etiam atteſtatur Nauar,conſ.5.
nu.1.uerſ.reſpondeo,de Simon. Si ergo reſignās ſe
ingerit in expeditione, quę pertinet ad reſignata-
2 rium, expendatque pro illa † pecunias proprias,ex
hoc oritur præſumptio fraudis iuxta ea, quæ ponit
Io.Annib.in l.poſt contractum num.138.uer. item
fraus,tamen pręſumitur,& nu.140.ff. de donat.per
Glo.primam in l.ſi quis ſub conditione, de condit.
3 & inſt.Et regulare eſt ut oriatur†cōiectura fraudis,
quoties fiunt ea,ad quæ quis non tenetur, Paul.de
Caſtr.in d.l.ſi quis ſub conditione poſt numerū pri
mum ex l.unde propter,ff.de cond.& demon. Cra-
uet.conſ.321.num.3.uerſ.præſumitur contra eum,
4 & quoties quis facit†inſolita,Guid.Pap.de præſum
ptionib.nu.51.uerſ.ex cautelis.Crau.conſ.44.nu.5.
5 Maſcard.de probat.concl.815.nu.40.Hinc†inſoli-
ta uenditio facit pſumere fraudē contractus,Bal.in
d.l.ſi quis ſub conditione,Io.Annib.d.l.poſt contra
ctum nu.139.Craue.conſ.100.Titius poſt n.5.uer.
6 itaque ex actu.Fraus enim coniecturis†deducitur c.
* 2.de renun.in 6.ubi*oēs dd.Glo.in l.apud Celſum
in princ.ff.de dol.mal.Pariſ.conſ.97.nu.17.uolu. 3.
Crau.conſ.10.nu.3. Grat.conſ.81.nu.42.li.2. Dec.
conſ.235.in princ.& conſ.659.ēt in princ.Et huiuſ
modi fraus poteſt hac de cauſa,& ratione, interue-
nire,ut reſignans deponat illud beneficium penes
reſignatarium ex una undecim,uel duodecim cauſa
rum poſitarum in eadem Conſtitutione Pij V.in §.
multi,ut quia non poteſt retinere illud beneficium,
uel ne cogatur ad ſacros ordines, aut ad reſidentiā,
uel ad incedendum in habitu clericali, uel ut poſſit
proficiſci ad bellum,aut inimicum occidere, uel ut
alieno nomine lites agat,& defendat, uel ob crimē
cum ſit inhabilis,quęrat purgationē, vel abſolutio-
nem,aut ut uxorem capiat,non recitet horas cano
nicas.his enim de cauſis,& ſimilibus,pōt uerificari
hæc concluſio noſtra,ut ex aliqua ipſarum quærat
reſignans deponere beneficium penes aliquem, ad
effectum,ut poſtea illud poſſit conſequi ad ſuū be-
neplacitum,& ideo facit expeditionem, & expēdit
pro reſignāte, cum reſignatio reſpiciat potius com
modum,& intereſſe ſuum,quā reſignatarij, qui eſt
ſuppoſitus,& propterea non mirum,ſi non curatur
expedire litteras ſuę reſignationis in ſui fauorem,&
in illis expendere,ad not.in l.pupillus §.ſed & ſi per
interpoſitam.ff.de auct.tut. Et ex hoc oriri fraudē
euidentem colligitur ex his,quæ ſcribit Guid. Pap.
tract.de pręſumpt.nu.47.Calca.conſ.35.col.1.uerſ.
& fraus,Crau.conſ.122.nu.10.Ruin.conſ. 130. nu.
2.uol.2.& non mirum eſt ſi reſignans eſt tam dili-
gens,& proſequitur,ac facit expeditionem, quę nō
ſpectat ad ipſum, ſed ad reſignatarium,cum res ſua
agatur,& de ſuo intereſſe,faciunt not.per Abba. &
alios in c.conſtitutus de teſtibus,per Bart.in l.de pu
pillo §.ſi quis ipſi pretori nu.19.ff.de ope.nou.nun.
vbi dicit actum pręſumi factum de uoluntate,& ad
7 inſtantiam illius,ad cuius fauorem,& vtilitatem †
verſatur,hoc idem uolunt Roman. conſ. 68.col.1.
& conſ.152.col.ult.Ale.conſ.69.nu.5.li.2.Rui.con
ſi.47.nu.12.lib.2.Menoch.de pręſumpt.lib.2.q.23.
* nu.7.& eſt*communis omnium doctorum ſenten-
tia,ut per eundem Menoch.de recupe.poſſ.rem.1.
8 nu.58. Et hac ratione citatio pręſumitur facta ad†
partis inſtantiam, Abb.in c.1.de iud.vbi Rip.n.20.
* dicit hanc*eſſe communem,Franc.in c. cum parati
col.3.de appe.Fel.in c.ſicut nu.15.de re iudi.Capic.
deciſ.4.nu.20.Soc.Iun.conſ.97.nu.14.lib.2. & ſimi
9 li actione mutuum ſub vſuris†pręſumitur factū cau
ſa,& gratia recipientis,qui habet commodū, Gl.1.
in l.ſi quis,nec cauſam,ff.ſi cert. petatur,& ibi Dec.
* col.1.atteſtatur*de communi,Menoc.de pręſump.
lib.3.præſumpt.70.Optima igitur ratione Summ.
Pont.ex hoc oriri coniecturam confidentiæ hic ſta
tuit.Ita in ſimili contractus ſimulatus deprehendi-
10 tur,ſi impenſa,quæ†ſpectat ad emptorem, fiat a uē
ditore,Abba.conſil.76.in præſenti colum.2.uerſic.
quarta coniectura libr.1.Alex.conſ.54.nume.2.lib.
6.Card.Pariſ.conſ.55.num.56.uol.1.Bertrand.con
si.186.in fine,& conſ.287.etiam in fin.lib.2.par.1.
Natt.conſ.198.num.13.lib.1.Roland.a Vall.conſ.
40.num.33.lib.2.Cepoll.tract.de ſimulat.contract.
nu.41.uerſ.ſexta præſumptio,Io.Baptiſta Lupus in
l.2.in 2.par.§.1.n.45.C.de pac.Ber.conſ.165.n.14.
lib.1.Tiraq. in tract.de retr.conuent.§.6.gl. 2.in fi.
* & eſt*communis omnium doct.ſententia,& ibi aſſi

gnant rationem,nam cum de ſtylo emptor debeat
11 ſoluere impenſam†inſtrumentorum, ſi a uendito-
re,ad quem non pertinet,fiat,arguitur, quod eme-
re noluerit,ſed potius pignori recipere, Alberic.in
l.eos in fine,C.de vſur.& in l.diſſolute, C.de cond.
ex lege,Menoch.de præſumpt.preſump.122.n.58.
Eadem ratione præſumetur,quod ille noluerit reſi
gnare,& quod actus fuerit ſimulatus.faciunt, q̃ ſcri
bunt Dec.conſ.543.nu.18.Afflict.in ca.1.in princ.
nu.13.tit.de feud.dat. in uicem legis Commiſſ.

Ex his igitur colligit̃ concluſio, quod ſi reſignãs
beneficium in fauorem alicuius,ſcilicet Titij,proſe
quutus fuerit expeditionem illius,& expenſas neceſ
ſarias pro ea expẽderit,ex hoc probatur confidẽtia.

Dubium tamen eſt,quid ecõtra, ſi reſignatarius
fecerit omnes expenſas etiam pertinentes ad reſi-
gnantem ratione reſeruationis fructuum,aut pen-
12 ſionis,an itidem ſit confidentia? Et quidẽ quoties†
conſtat de pacto, abſque dubio eſt confidentia, ut
in facti contingentia reſpondit Nauarr.in conſ.5.&
conſ.46.in princ.tit.de ſim.arg.not. in c.quam pio
1.q.2.c.ult.de pact.c.quæſitum de rerum permuta.
Si uero non conſtat de huiuſmodi pacto,controuer
ſum eſt,an ex hoc colligatur coniectura confiden-
tiæ? Quidam uoluerunt,quod non.Primo, Quia cõ-
ſtitutio exprimit tantum expenſas factas a reſignã-
13 te pro litteris reſignatarij,ergo præſens caſus † non
includitur l.in præuaricationis §.ult.ff.de præuaric.
l.diſſentientem,C.de diuor.ſi uoluiſſet expreſſiſſet,
l.illam,C.de coll.ca.ad audientiam de decim. c.illa
ne Sed.vac.Oldr.conſ.202. Vnius enim incluſio eſt
alterius excluſio,l.cum prætor,ff.de iudic. Secundo
quia ſumus in materia pẹnali,ergo ſtricta debet fie
14 ri†interpretatio,Docto.in l.ſi uero §.de uiro,ff.ſol.
matrimon.& in le.conſtante,ff.eod.Dyn.in regul.
odia,de reg.iur.lib.6.

His non obſtantibus,contrariam exiſtimo opi-
nionem ueram,ut ex expenſis factis a reſignatario
in litteris penſionis reſeruatæ reſignanti arguatur
confidentia,quam opinionem probo, Primo, quia
hoc caſu eadem adeſt ratio fraudis,ergo idem ius,l.
illud,ff.ad l.Aquil.l.his ſolis,C.de reuoc. donat. Et
* cum fraus coniecturis probetur, communiter* dd.
per illum tex.in c.2.de renunc.lib.6. Bart.in l.poſt
contractum col.1.& 2.ff.de donat.Dec.conſi.235.
col.1.quæ coniectura erit ualidior iſta? cum faciat
eam impenſam,ad quam non tenetur,ut in contra-
ctu ſimulato argumentantur Abb.conſi.76.col.2.li
br.1.Cepol.tractat.de ſimulat.contract.nu.41.Ro-
land.conſ.40.num.33.lib.2.Quare præſumitur, ita
actum,& conuentum,ut omnis impenſa fiat per re-
ſignatarium,iuxta ea,quæ ſcribit Pariſ.conſ.55.nu.
56.uol.1.Tiraq.in tract.de retra.conuent.§.6.gl.2.
in fi.Natt.conſ.198.nu.13.li.1.& colligitur hãc fuiſ
ſe cauſam principalem,quaſi ſine ea non fieret reſi
gnatio,Bar.in l.2.§.ult.ff.de donat.Nauar.in c.cum
miniſter nu.39.23.q.5.& conſ.50.nu.5.tit.de ſimo.
namque multi,ut tota die experimur, non renun-
ciant beneficia pro recompenſa propoſita propter
pecunias expendendas in reſeruatione penſionum,
ſi ergo reſignatarius pro facilitanda,& obtinẽda re
ſignatione illius beneficij,quod deſiderat,dicat uel
le facere omnem expenſam,etiã ad ipſum reſignan
tem pertinentem,utique ex hoc committitur con-
fidentia,quia ſine hmõi conuentione non fieret re-
15 ſignatio,& id†eſt cauſa principalis,Nauar. cõſ.50.
& 51.tit.de ſim.& competit definitio ſimoniȩ, Gl.
in ſum.1.q.1.D.Tho.2.2.q.100.art.1.& per conſe
quens ex hoc oritur coniectura cõfidentiæ, & in cõ
trarium allegata ex hoc tolluntur.

Concludendum eſt igitur eſſe cõfidentiam,ſi ex
pacto reſignatarius faciat impenſam pertinentem
ad reſignantem,& ſi non conſtat de pacto ex impẽ
ſa facta oriri confidentiam.Hanc autem concluſio-
nem poſteriorem intellige,quoties fecit totalẽ im-
penſam;nam reſignatarius de ſtylo,quando expe-
dit ſuas litteras, expendit etiam aliquid neceſſario
pro reſeruatione reſignantis,quod ſolet retinere in
primo termino ſolutionis penſionis, & ſi non reti-
net id,uel fecit omnem impenſam, cum illa non ſo
leat fieri,etiam vt retineatur,& non conſtat ex alia
cauſa feciſſe,uel habuiſſe pecuniam, oritur conie-
ctura confidentiæ,ut ſupra dictum,& cõcluſum eſt,
& ita uidi alias reſpondere per doctiſſimum uirũ.

Amplia,prȩdictas concluſiones etiam in foro Po
li procedere,ita Nauar.d.conſ.5.de ſimon.& com-
* muniter*ſequuntur Doctores.

Amplia ſecundo, etiam ſi reſignatarius uelit id
gratuito dono donare reſignanti,& ſic ſoluere pro
eo compoſitionem,& alias expenſas neceſſarias,uel
cauſa eleuandæ paupertatis id facere,nam nihilomi
nus eſt confidentia,ita Nauarr.d. conſ.5.de ſimon.
nam inquit,id non faceret,ſi ille renunciaret in fa-
uorem alterius,ergo non ſolum uult ſoluere illi ꝑ ꝑ
gratitudinem,& paupertatem,ſed etiam ex eo, qđ
reſignat beneficium in fauorem ſuum.

Sed poterat oriri dubium,quomodo probetur re
ſignantem expendiſſe pro litteris reſignatarij? Ideo
hoc declarat probari ex depoſitione ſola procurato
ris,uel ex libris rationalibus menſariorum, ut patet
illis uerbis,ſi uel ſola procuratoris depoſitione, uel
libris rationalibus menſariorum. ex quibus uerbis
duæ colliguntur concluſiones,Prima per ſolam de-
16 poſitionem procuratoris probari, per quem†fuerit
facta impenſa neceſſaria in litteris reſignationis, &
quis dederit pecunias,& ratio eſt,quia ipſa pecunia
deuenit ad ipſum,& expenditur per ipſum,ideo po
terit de hoc teſtificari tanquam de facto proprio,
17 †iuxta ea,quæ ſcribunt Abb. in c.cum in ſua,quem
omnes ſequuntur de ſponſal.& in c.ult.nu. 9.de ꝑ-
ſcrip.Bar.in l.quæ tutores,C.de adminiſtr.tut. An-
ge.in l.ſciẽdum.col.1.C.de vſur. Quis enim melius
poterit id ſcire? Ale.conſ.24.col.4.li.2.Salic.in l.ul.
C.de ſic. Vnum autem eſt notandũ, quod eſt cõtra
regulas iuris communis. nam uult, ut dictum illius
ſufficiat,ut probatur ibi,uel ſola, regulariter enim
18 dictum unius†non probat c.licet,c.ueniens, c.iuſiu-
randi de teſtib.c.admonere 33.q.2.Iaſ.in l.ſi quan-
do n.11.C.unde ui.& hoc ob atrocitatem criminis,
uel ob difficilem probationem,Doct.in l.1.§.ult.ff.
de uerb.oblig.Marſil.in l.ſi quis,ne quæſtio col.32.
ff.de quæſtio.

Scđa cõcluſio,ꝑ libros rõnales mẽſariorũ, i. ar-
gentariorũ probari pecunias expenſas in litteris,cu
ius fuerit,quod hẽt rõnem,quia libris prædictorũ
19 plene creditur,†ut uoluit Menoc.de arbit.iudic.caſ.
91.nu.15.uerſ.uera itaque,Maſcard.de probat.con
clu.973.nu.87.Iaſ.in l.admonẽdi nu. 19.ff. de iure
* iur.& ita cõſuetudine*receptũ eſt,Caſtr.in d.l. ad-
monendi nu.42.Iaſ.nu.120.Fede.de Sen.cõſi.118.
Boer.deciſ.105.Couar.lib.prac.q.c.22. nam ꝑ ꝑ eo
20 rum officiũ†publicũ non cadit ſuſpicio, Fel. in c.2.
nu.21.de fid.inſtr.Iaſ.cõſ.103.col.1.li.1.Rip.in d.l.
* admonendi nu.121.ff.de iur.iur.& alij*omnes.

Sed



Sed contingit dubitare,an aliæ probationes ſint
ſublatæ, vt hoc non poſſit alio modo probari? aliq.
tenent, quod ſic,quia vnius incluſio eſt alterius ex-
cluſio,l.cum prȩtor,ff.de iudic.ſed exprimuntur hæ
duȩ dumtaxat ergo,&c.l.illam C.de coll.Contrariũ
tamen exiſtimo uerum,tum quia huiuſmodi expreſ
ſio uidetur facta ad augendam probationem deli-
cti,ut ſola depoſitio procuratoris ſufficiat, & ſoli li-
bri argentariorum,primum erat dubium propter il
lam regulam generalem ſupra poſitam,quod dictũ
unius ſit nullius,ſecundum etiam habebat aliquale
dubium ex his,quȩ ſcripſere plures dd. libros con-
21 ſcriptos auctoritate priuata†nõ probare plene Bar.
in l.nuda ratio nu.7.ff.de donat.& in l. admonendi
nu.26.ff.de iur.iuran.Ant.de Butr.in c.2.& ibi Ab-
ba.nu.9.de fid.inſtr.Card.Pariſ.conſ.90.nu.1.uo.1.
Anan.conſ.53.circa principium.Ergo non dẽt ope
rari diminutionem l.legata inutiliter,ff.de leg.præ-
ſtan.Tum etiam quia,ut puniantur delicta,materia
dicitur fauorabilis,& propterea extendenda,vt plu
22 ribus modis†poſſit probari l.ita uulneratus,ff.ad le.
Aquil.& ibi notat Bal.& alij l.licitatio,§.quod illici
te,ff.de publ.l.capitalium,ff.de pœn. ca. ut famȩ,de
ſent.excom.Tertio confirmatur,quia præſentis cõ
ſtitutionis mens non eſt tollere ius commune, niſi
in his,quæ repugnant,ut ex uerisſimilitudine,& alijs
adminiculis colligitur.Et ita tenendo,ad argumen-
tum in contrarium adductum reſpondetur expreſ-
ſionem de dictis duabus probationibus eſſe factam
ad augendum,vel exempli gratia,ideo non eſſe re-
ſtringendam l.regula,§.ult.de iur.& fact.ignor.l.ſci
re oportet §.pen.ff.de excuſ.tut.Bal.in l.1.in 1.lect.
23 nu.1.ff.de iuſt.& iur.Et†vnius incluſio non eſt alte
rius excluſio,quando caſus excluſus includitur alia
uia,ſcilicet lege,uel rõne,Dec.in l.1.in 3.lect.nu.83
ff.ſi cert.pet.Card.Pariſ.conſ.111.nu.39.uol.1.Fel.
in c.nonne in 4.limit.de præſumpt.Dec.conſ.11.n.
24 18.Riminal.ſen.conſ.251.nu.44.Quare†concludẽ-
dum eſt huiuſmodi expẽſas poſſe probari alijs mo
dis.Et Primo per euidentiam rei,Barbat.conſ.46.n.
24.lib.4.Bal.in l.1.nu.26.C.de fruct.& lit.expen.&
in l.ſcimus §.computatione nu.2.C.de iur. delib.&
conſ.353.nu.2.uol.3.Secundo per teſtes etiam do-
meſticos,Feder.de Sen.conſ.119.Maſcard.de pro-
ba.concl.721.nu.1.& 2.Tertio per libros,in quibus
deſcriptæ ſunt,Barba.d.conſ.46.nu.21.cum ſeq.uo.
4.Maſcard.conclu.723.de prob. Quarto ex conie-
25 cturis†arbitrio iudicis approbandis l.ius alimento-
rum,ff.ubi pupill.educ.deb.l.ſi filium,ḷȩ.ſi ita fuerit
§.in reliquis,ff.de manumiſſ.teſt.l.ult.§.inter cæte-
ra,ff.de liber.legat.late Maſcard.de probat.conclu.
715.col.1.& 2.Qui iudex dẽt ad id aduertere, qđ
26 expenſȩ ꝓſumuntur†factæ aĩo repetendi, Maſcard.
de probat.concl.727.col.1.ubi comprobat.

Secundo contingit dubitare, quid ſi reſignans ſe
ingeſſit expeditioni litterarum ad fauorem reſigna
tarij,non autem expendit pecuniã de ſuo,an ex hoc
oriatur coniectura confidentiæ? pro affirmatiua.Pri
mo facit,quia dicit conſtitutio,Expeditio,&c. pro-
ſequuta ſit,&c.ergo ex hoc oritur prȩſumptio arg.
l.4.§.toties,ff.de damn.infect.Secundo,quia huiuſ-
modi diligentia ad ipſum non pertinens uidetur ſu
ſpecta,ut late proſequitur,Cepoll.in tract.de ſimu-
la.contrac.

His tamen non obſtantibus contrariam opinio
nem exiſtimo ueriorem,ex huiuſmodi proſequutio
ne expeditionis non oriri prȩſumptionem confidẽ
tiæ,quia Pius V.hic requirit vltra proſequutionem
expeditionis, expenſas,& in illis ſe fundat ob ratio-
nes allegatas,ergo ſola expeditio non cauſat prædi-
ctam coniecturam iuxta tradita in le.ſi domus, ubi
Bart.ff.de ſeru.urb.prȩd.l.ſi mihi in principio,ff.de
ſeru.ruſt.præd.Iaſ.in l.nec eis §.1.in 1.not. ff.de ac-
qui.hæred.Anch.conſi.391.col.3.Craue.conſ.290.
27 col.1. Et patet ex illa†dictione,ſimulque,quæ con-
iungit prȩcedentibus l.in operis,ff.loc.l.3.ff. ſi fam.
furt.feciſ.dic.c.nouimus,3.q.9.Innoc.in ca. dilectus
28 filius,de præb.ſicuti dictio†una l.vlt.C.de impube.
& alijs ſubſtit.l.ult.ad l.Aquil.dd.in l.huius §. quiſ-
que ff.de leg.2.Pauin.de poteſt.cap.ſed.uac.præl.3.
29 nu.14.Ideo†cum uerba ſint clara, nullum cadit du-
bium c.is,qui fidem,de ſponſa.l.continuus.§.cũ ita,
ff.de uerb.oblig.Oldr.conſ.258.col.2.Bal.cõſ.342.
col.etiam 2.li.1.Curt.Sen.conſ.29.col.3.Et patet re
ſponſum ad primum argumentum in contrariũ ad
ductum, quia poſt illa uerba proſequuta ſit, ſubſe-
quitur dictio illa,ſimulque,quæ coniungit, ut dictũ
eſt.non obſtat ſecũdum,quia ceſſat,cum hoc requi
rat conſtitutio iuxta not.in l.2.ff.de orig.iur.Sed ca
dit dubium,quod e contra ſi reſignans expenderit
pecunias neceſſarias pro expeditione reſignatarij,
non tamen ſe ingeſſit in expeditione? alias uidi con
ſultum pro negatiua,ex hoc non oriri præſumptio-
nem confidentiæ ex eo,quia cum conſtitutio,ut di-
30 xi duo requirat in uno nequaquam† uerificabitur l.
ubi numerus,ff.de teſt.& ut capiamus interpretatio
31 nem pro†non delicto l.merito,ff.pro ſoc. His autẽ
non obſtantibus contraria opinio mihi ſemper ui-
ſa fuit uerior, ut ex ſola impenſa facta per reſignan
tem in litteris reſignatarijs oriatur prȩſumptio con
fidentiæ,& mouet me primo ratio ualde cõcludẽs,
quia expendens de ſuis pecunijs in expeditione ſa-
tis dicitur proſequi illam,cum huiuſmodi expenſa
32 conſideretur,ut cauſa principalis,ſine qua†non fie
ret expeditio,Bar.in l.2.§.ult.ff.de dona.namq; ut
ſtylus uulgaris docet ſine pecunijs promptis non
expediuntur litteræ,ſoluitur enim officialibus con-
ſtitutis,& habentibus officia titulo oneroſo in Cã
cellaria,ſatis enim dicitur ſe ingerere in hæreditate,
33 qui ſoluit æs alienum†creditorib.Bar.in le. 2. C.de
iur.delib. Bal. in l.potuit q.9. C.eod.tit.idem Bal.
conſ.71.nu.1.lib.5.Card.Pariſ.conſ.16.nu.41. uol.
2.Corn.conſ.82.nu.2.& conſ.272.nu.6.uol.2. Soc.
Sen.conſ.45.col.2.nu.4.uol.4.Ale.conſ.32.col.1.li.
3.Natt.conſ.140.nu.12.li.1.Secundo, quia Pius V.
in hoc §.uidetur hoc præcipue habere in conſidera
tione,ut colligitur,dum uult huiuſmodi expenſas fa
ctas fuiſſe probari ex ſolo dicto procuratoris,aut li-
bris menſariorum,ergo colligitur,quod ſolæ expen
ſæ faciunt oriri coniecturã confidentiæ, cũ ſub illis
contineatur aliud ex uerisſimilitudine,& ex ratione
prȩſumpta,ac eo,quod ſolet fieri, unde non obſtat
argumentum in contrarium adductum, quod duo
requirantur,nam reſpõdetur ſub hoc includi aliud,
34 unde utrumque probatur iuxta ea,†quæ de benefi-
cio annexo alteri,ſcribunt Gemin.& Ioann. Andr.
in cap.ſuper eo,de præbend.in 6.Felin.in capitu.in
noſtra numero 30. de reſcript. Rot. deciſ. 46. de
reſcript.in antiqu.Ioan.Selu.de benefic.par.3.quȩ-
ſtio.12.num.64.

Rurſus cadit dubium, ſi reſignans fideiuſſerit
pro pecunia,quæ fuit impenſa per reſignatarium in
expeditione litterarum an ex hoc oriatur præſum
ptio confidẽtiæ,alias in facti cõtingẽtia euenit hic


caſus,

caſus,nam cedens Eccleſiam Metropolitanam de
ann.1585.fideiuſſor acceſſit pecunijs ad ſocietatẽ
officij per ceſſionarium acceptis,qui cedens poſtea
faſſus fuit prædictas pecũnias fuiſſe expenſas in ex
peditione litterarum Archiepiſcopatus , dubitabaẽ
35 an ex hoc oriatur†coniectura confidentiæ , fuit re-
* ſolutum in*Rota negatiue in d.Coſentin. prætẽſæ
confidentiæ,coram R.P.D.Orano 4.Febru. 1591.
ex eo,quod cedens nõ ſe intromiſit in expeditione,
neque ipſe impendit,ut requiritur in hoc §. quibus
36 qualitatibus ceſſantibus,†non habebit locum diſpo
ſitio ad not.in l.quicumque,C.de ſeru.fug.eo magis
37 in materia odioſa reg.odia,de reg.iur.lib.6. ſed tan
tum fideiuſſor interceſſit,qui actus de per ſe ſimpli
citer non†eſt prohibitus,ut proſequitur Archiepi-
ſcopus Florent.in tract.de vſur.

Et hanc concluſionem huius §.intellige primo,
procedere in quibuſcunque beneficijs etiam habẽ-
tibus dignitatem,quod probo,tum, quia id explica
tur in §§.præcedentib & præcipue in proximo ſu-
periore,§.ad probandum,& hic cum ueniat conti-
38 nuatiue,†ut colligitur ex dictione ſi,quę exponitur
pro quando,& continuat eandem materiam, Bart.
in l.hæc uerba nu.4.ff.de leg.1. Iac. Nouell. de Iur.
protomiſios,§.4.nu.5.& ex dictione,uel Bal.conſi.
98.nu.6.uol.1.Archid.in c.ego diſt.63. Marc. Ant.
Marſil.de Eccleſiaſt.reddit c.23.nume.59. uidetur
diſponere,cum eadem qualitate ad tradita in c.trãſ
lato de conſtit.in cap.quanto de iud.in le. nam hoc
iure,ff.de uulg.& pupi.l.quamuis,C.de impub.& a-
lijs ſubſtit.nam admodum tritum eſt,ſequentia de-
39 clarari†ex pręcedentib.l.qui filiab.ff.de le.1.l. utrũ,
ff.de petit.hærc.l.non eſt nouum,ff.de legibus tum
etiam quia viget eadem ratio fraudis cõſideratę ex
multis capitibus in hac conſtitutione in omnib.be-
neficijs,& dignitatibus,ideo idem ius debet ſtatui l.
illud,ff.ad l.Aquil.l.a Titio,ff.de uerb.oblig.Et hęc
concluſio nullum habet dubium , ut pręſens conie-
ctura intret in beneficijs ſimplicibus, in Curatis re-
quirentibus reſidẽtiam,Dignitatibus,Prioratib.Ab
batijs,Eccleſijs Cathedralibus, & Metropolitanis,
& ita uidi de ſtylo ſeruari.

Secundo intellige hanc concluſionem procedere
in quibuſcũque perſonis etiam conſtitutis in digni-
tate,etiam S.R.E.Cardinalibus , quod probo,tum
quia generaliter dicit,ex parte dimittentis, quę per
* ſonam recipientis,&c.& receptum eſt legem*gene
40 raliter loquentem comprehẽdere†omnes caſus ſpe
ciales,& perſonas priuilegiatas,Sal.in l.ult.C.de iu.
dot.Iaſ.in l.1.col.3.ff.ſol.matr.& conſil.157.col.3.
li.2.Calcan.conſ.13.col.2.Gozad.conſ.43.colũ.2.
Ruin.conſ.136.col.4.uol.3.Pariſ.conſ.17.colũ.ult.
uol.1.Cagno.in l.1.nu.16.ff.de reg.iur. Tum etiã,
qa conſtitutio exprimit in principio omnes,& quaſ
cũque perſonas,etiam Epiſcopos,Archiepiſcopos,
& Cardinales,imo cõſtitutio Pij IIII.emanauit cõ
tra Cardinales potiſſimum,ut ex procemio colligi-
tur,& hæc concluſio nullam uidetur habere difficul
tatem,attenta etiam ratione, quæ militat etiam in
predictis.

Tertio intellige hanc concluſionem procedere,
ſiue reſignans ſe intromiſerit in expeditione littera
rum pro reſignatario,& expenderit pro illa pecu-
nias per ſe,ſiue per alium,quod probo Primo , quia
dicit conſtitutio ex parte dimittentis,&c.quæ uer-
ba comprehendunt principalem,& quemlibet aliũ
nomine ſuo facientem iuxta tradita p Bar.in l.non
ſolum,§.mandato,ff.de iniur.Clar.li.5.recept. ſent.
41 §.ult.q.89.regulare enim eſt, ut actus† attribuatur
non exequenti,ſed mandanti l.item eorum §.decu-
riones,ff.quod cuiuſque uniuerſ.nomin.Barto. in l.
unum ex familia,§.ſi de Falcidia,ff.de leg.2.Craue.
conſ.314.ſub nu.2.Secũdo probo, quia id expreſſe
dr̃ in §§..pręcedentibus ibi,per ſe,ſiue per aliũ.Ter
tio,quia eadem uiget ratio,ut per Glo.in l.1.§.per-
ſuadere,ff.de ſeru.corrup.Iaſ.in l.ſi quis mihi bona,
§.ſed quid ſi mandauit nu.16.ff.de acq.hære. Quar
42 to,quia paria ſunt,quod aliquid faciat, † vel mãdet,
ut incurratur pœna impoſita circa illum actũ,Gan-
din.de malef.tit.de tranſact.& tit.de pœn. Gomeſ.
in §.pœnales nu.10.inſtitu.de action.Et neceſſario
erit hæc concluſio intelligenda etiam in alijs, quia,
vt ſtylus docet,ſolet per alios id exequi, & non per
Epiſcopos,p̃latos,& Cardinales,alias enim ſeque-
retur abſurdum,quod in paucis caſibus hoc uerifica
retur,& hac uia fieret fraus huic conſtitutioni.

Dubium tamen eſt,an hæc ſit ita ſufficiens,ut ex
ea colligatur uera confidentia?Pro affirmatiua uidi
ponderari illa uerba,ad probandum uero plene cõ
fidentiarum abuſum,inter alias etiam hę præſump
tiones,& coniecturæ habeantur legitime,&c.

Contraria tamen opinio eſt uera , & tenenda in
43 iudicando,& conſulendo,†ut ex huiuſmodi conie-
ctura non inducatur vera confidẽtia,ſed ex ea oriaẽ
pręſumptio,qua alijs concurrentibus reſultet ꝓba-
* tio commiſſi delicti,& in his terminis fuit*reſolutũ
in una Coſentin.prætenſæ confidentię coram R.P.
D.Orano die Lunæ 4.Februarij 1591.Et hæc con
cluſio põt tũ ꝓbari ex verbis poſitis in §.teſtes,ibi,
pluresq; hmõi p̃ſumptiones,& cõiecturę plenã fa-
ciant probationẽ in p̃dictis,&c. Tũ ẽt qa aliud eſt
cõiectura,& aliud ueritas,& late cõprobaui alias,&
hęc erit prima limitatio ad hũc §.& eiꝰ cõcluſionẽ.

Scd̃o limita nõ ꝓcedere,quoties expreſſum fuit
in ſupplicatione expẽſas totales reſignationis eſſe
faciẽdas p reſignantẽ, uel reſignatariũ, nã tali caſu
ceſſat cõiectura cõfidẽtię,attenta ſcĩa Papę , q̃ facit
44 ceſſare†oẽ uitiũ,Abb.in c.cũ pridẽ ĩ fi.de pact. Caſ
ſad.deciſ.2.de ſim.& deciſ.3.nu.4.de renunc.Card.
Pariſ.cõſ.30.n.3.uol.4.& id tp̃e Sixti V.cõcedebaẽ
multoties,hodie aũt tp̃e S.D.N.Clemẽtis VIII.ne
quaquã.& hoc ꝓcedit in bñficijs, q̃ expediunẽ ex-
tra Conciſtoriũ,in his uero,q̃ expediunẽ in Conci-
ſtorio,idẽ erit,ſi de ꝑmiſſione,& licẽtia Papæ fiat,
ut in ſimili de perceptione fructuum Archiepiſco-
patus ceſſi,poſt ceſſionem ex ſcientia Papę, tenuit
* Rota,*& excuſauit cedentem a confidentia in dic.
Coſentin.4.Februarij 1591.

*S V M M A R I V M.*

1 *Faciens conferri alicui beneficium,& poſtea perci piens fructus committit confidentiam.*
2 *Beneficiatus debet habere fructus beneficij.*
3 *Beneficiatus habet ius in re.*
4 *Beneficiatus eſt dominus.*
5 *Talia ſubiecta,qualia prędicata.*
6 *Animus ſoli Deo notus.*
7 *Conuentio ſecreta eſt difficilis probationis.*
8 *Animus declaratur ex facto.*
9 *Fraus probatur coniecturis.*
10 *Fraus colligitur ex præcedentibus, & ſequentibus.*
11 *Nemo præſumitur iactare proprium.*
12 *Neque donare.*
13 *Donatio præſumitur ob cauſam.*

14 *Donatio*



14 *Donatio nunquam præſumitur.*
15 *Factum refertur ad cauſam neceſſariam.*
16 *Potius error quam donatio præſumitur.*
17 *Et potius ſtultitia.*
18 *Ex inſolitis colligitur ſimulatio.*
19 *Ex actu qui non prodeſt facienti præſumitur fraus.*
20 *Venditio fraudulenta , ſi venditor percipit fructus poſt venditionem.*
21 *Ex eadem cauſa donatio præſumitur fraudulenta.*
22 *Suppoſita perſona arguit fraudem.*
23 *Dictio ſeu ſtat alternatiue.*
24 *Verbum intercedo quomodo accipiatur.*
25 *Verbum Intercedo comprehendit omnem obligationem quam quis pro alio ſuſcepit.*
26 *Interceſſores ſunt Fideiuſſores.*
27 *Verba proprie debent capi.*
28 *Verba debent capi in potentiori ſignificatu.*
29 *Verba debent aliquid operari.*
30 *Verba debent potius capi in ſpecie , quam in genere.*
31 *Ex fideiuſſione non oritur præſumptio confidentiæ.*
32 *Abſurda tollenda.*
33 *Conſtitutio Pij Quinti ſuper confidentijs non prohibet opera charitatis.*
34 *Contra legem naturalem non ſtatuitur.*
35 *Verba intelliguntur ſecundum ſubiectam materiã.*
36 *Verba non ſunt curanda , quando apparet de veritate.*
37 *Cauſa in primis eſt ſpectanda*
38 *Verba capiuntur conſueta.*
39 *Verba intelliguntur eo modo quo prolata ſunt.*
40 *Verba non interpetrantur contra Ius commune.*
41 *Sanus intellectus ſemper capiendus.*
42 *Veriſimilitudo ſpectanda.*
43 *Laicus non poteſt habere beneficium.*
44 *Criminoſus eſt incapax beneficij.*
45 *Incompatibilitas prohibetur.*
46 *Fraus colligitur ex ſequentibus , & præcedentibus.*
47 *Fructus ſpectant ad Dominum.*
48 *Dictio quoquo modo eſt generalis.*
49 *Verba ſi quis ſunt generalia.*
50 *Verbum concedo eſt generale.*
51 *Verbum concedo importat donationem.*
52 *Collatio eſt donatio.*
53 *Non debet fieri id per quod Patroni retrahuntur a fundatione.*
54 *Dictio aliquid quid importet.*
55 *Dictio etiam implicat.*
56 *Veritas facit ceſſare præſumptionem.*
57 *Percipiens abſque cauſa facit de facto.*
58 *Cauſa ſuperueniens concedit quod prius erat prohibitum.*
59 *Fortior præſumptio tollit minus fortem.*

## QVAESTIO XXXIIII.

Intercedens pro alio beneficium,& poſtea ingerens ſe in illo committit confidentiam.

TRIGESIMO QVARTO quęro,&c.Quarta
coniectura,ſeu præſumptio , ex qua probatur
Confidẽtia colligitur ex eo,quod quis interceſſerit,
ut alicui beneficium conferatur , aut alias quoquo-
modo in negocio ſe immiſcuerit,& poſtea percepe
1 rit † fructus illius bñficij,aut de eo,arbitrio ſuo fue-
rit diſpoſitum , ut dicitur in §. denique ſi quis pro
conceſſione alicui facta quacunque auctoritate de
beneficio Eccleſiaſtico per ſe, uel alium , ſeu alio
interceſſerit , uel alias in negocio conceſſionis ſeſę
immiſcuerit,quoquo modo, deinde aliquid de fru-
ctibus talis beneficij de facto,etiam per manus poſ
ſeſſoris,ac etiam ſimplicis donationis titulo perce-
perit,ſeu de illo poſtmodum ad uoluntatem inter-
ceſſoris fuerit diſpoſitum quandocunque. Et ratio
huius concluſionis eſt , quia huiuſmodi perceptio
fructuum,& diſpoſitio de beneficio quid actum ſit
in collatione,inſtitutione,confirmatione, nomina-
tione,præſentatione,& electione,oſtendit,l. quędã
mulier,ff.de rei uend.l.2.C.de acq.poſſ.c. inter dile
ctos de fid.inſtrum.quandoquidem fructus benefi-
2 cij nullus † poſſit habere,niſi beneficiatus,Ioann.
Monac.in c.rite num.30.de renunc.lib.6.Rot.deci.
1.de renunc.in nou.Card.Pariſ.conſi.39.uol. 4.Re
buff.conſi.22.num.19.Port.Imol.conſ.25. Gabrie.
conſi.192.num.1,uol.1.Caſſad.deciſ.4.nume. 6.de
3 reſtit.ſpol.†qui habet ius in re,c.cõqueſtus de vſur,
l.herennius,ff.de euict.Grat.conſi.18.num.2.lib.1.
Ruin.conſi.25.num.2.& conſ.53.nu.23.lib. 2. Ce-
phal.conſ.131.num.14.Burſat.conſ.11.num.7.uol.
1.& late comprobaui de reſign.benef.li.1.q.6. Nec
4 alter poteſt de beneficio diſponere,† quam habens
ius,& poſſidens,Rot.deciſ.5.de re iud.in antiq. per
Biſignett.Fel.in cap.in noſtra colla.37.ver. fallit 5.
de reſcrip.cum alijs,ut per Boer.deciſ. 205.num.8.
Rebuff.conſ.64.Put.deciſ.266.lib.1. Ant. Auguſt.
* deciſ.17.lib.1.& eſt*communis omnium doct.ſen-
tentia,ut dixi de reſignat.benefi.lib.3.q.1. col.1.&
col.4.Ideo ex hac perceptione fructuum,& diſpoſi
tione beneficij,quæ ſit contra naturam actus, colli-
gitur prauus animus eorum,& conuentio illicita, q̃
interceſſit in ipſa collatione arg.l.quædam,ff.de re-
bus dub.l.ſed Iulianus,§. proinde ff. ad Macedon.
5 iux.illud talia ſubiecta,†qualia prædicata,l. ſi defen
ſor,ff.de interrog.act.l.3.ubi Bar.ff.de fund. inſtr.
6 Crau.conſ.284.n.6.Animus†enim qui ſoli Deo no
tiſſimus eſt l.2.ff.de interrog.act.clem.exiui de Pa-
radiſo de verb.ſignifi.Gl.in §.alię conſtit.de actio.
7 Ang.conſ.93.& conuentio ſecreta,quæ†eſt diffici-
* lis probationis dd.*omnes per illum tex. in c. 2.de
renunc.lib.6.Ang.conſ.160.& conſ.190. & conſil.
236.& 271.Bologni.conſ.6.in princ.declaratur ex
8 †facto §.ſeruos Inſt.de rer.diuiſ.Inno.quem refert,
& ſequitur,Anchar.conſ.302.materia de qua agi-
tur col.1.Crau.conſ.150.ſub num.4.& ex ſequenti
bus geſtis,Bald.in l.quamuis,C.de fideic. Nã fraus
9 †probatur coniecturis l.dolũ,C.de dol.Bar. & om-
nes in l.poſt contractum,ff.de donat.col.1.& 2.De
ci.conſ.235.col.1.Pariſ.conſ.97.nu.17.uolu.3. cum
alijs,ut per Maſcard.de probat.concl.815.nu. 1.Et
10 propterea deprehenditur†ex pręcedentibus, & ſe-
quẽtibus doloſe geſtis,Gl.in l.apud Celſum in ver
bo cauſa de dol.excep.Caſtr.conſ.337.nu.23.uolu.
1.Crau.conſ.143.nu.9.Menoch.de arbitr. iud.caſ.
470.nu.10.Accedat propterea ad comprobationẽ,
11 quia nemo pręſumitur iactare † proprium,leg.cum
12 de indebito,ff.de donat.†nec donare le.campanus,
ff.de oper.liber.Bartol.in leg.1.nume.6.C.ad Vel-
13 ley.Iaſon conſil.53.numer.2.libro.1.quare†potius
cenſetur ob cauſam datum,Cepoll.in tracta. de ſi-
mul.contractus in 7.præſumpt.num.3.Bald.conſil.
189.lib.2.Cuman.conſi.37.in fin.Abba.conſil. 13.
14 nu.3.lib.1.& omnis alia coniectura potius, † quam
donatio,Anchar.conſ.7.col.2. Bal. in l.ſi ex Sena-
tus,C.de inceſt.nupt.Ruin.conſ.171.num.7.uol.1

H 4 Natt.

Natt.conſ.73.num.9.Ideo prædicta datio fructuũ
facta a poſſeſſore beneficij, ei qui interceſſerit pro
ipſo dictum beneficium,aut alias ſe immiſcuerit, &
diſpoſitio de dicto beneficio ad voluntatem antedi
cti interceſſoris,videtur facta ex conuentione illici-
ta,quæ emanauit in collatione,inſtitutione, confir-
matione,nominatione,præſentatione,& electione,
arg.l.1.C.de imponen.lucr.deſcript.lib.10.ca.inter
15 dilectos de fid.inſtr.& ſic ob † cauſam neceſſariam
l.ult.C.de alimen.pupill.præſt.ubi Bar. & idẽ Bart.
in l.cum ſeruus,ff.de verb.oblig.& in l.2. ff.de con-
di.& demonſt.Abb.conſ.116.ad fin.lib.2.Roman.
conſ.247.col.2,Corn.conſi.316.col.5.lib.1. Craue.
conſ.106.nu.8.& conſ.119.nu.12.& conſ. 282. nu.
16 4.Præſumitur enim†potius error, quã donatio Gl.
in l.generaliter uerbo cauſa,C.de non numer.pecu.
cum alijs,vt per Dec.conſi.177.nu.1.Gramma.66.
17 nu.3.&†potius ſtultitia,Bal.conſ.189.in fi.li.2.Car
din.Pariſ.conſ.88.nu.13.lib.3.Comprobatur, quia.
* *communiter receptum eſt ex inſolitis colligi†frau
18 dem,ſimulationemque Butr.in c.illo vos de pigno.
Anchar.conſ.257.nume.5.Cepoll. de ſimulat.con-
tract.uer.nona præſumptio num.48.Soc.Sen.conſ.
262.num.4.lib.2.Natt.conſi.198.num.12.lib.1.De
cianus conſ.2.num.37.lib.1.& conſ.105.num.18.li
bro 2.Caſſan.conſ.25.col.2.Roland.conſ.40.num.
39.lib.2.Poſtremo corroboratur huiuſmodi cõclu-
ſio,quia cum fructus beneficij collati dantur inter-
ceſſori,aut diſponitur de beneficio ad eius nutum,is
cui collatum fuit beneficium ex ipſa collatione ni-
hil acquirit,ut patet ad ſenſum, immo deterioratur
eius conſcientia,ex hoc ergo colligitur fraus,quę de
19 prehenditur ex actu,†qui nihil prodeſt faciẽti,Rui.
conſ.78.num.9.lib.3.Mantica in tract. de coniectu
ris ultim.uolunt.lib.10.tit.13.nu.5.Maſcard.de ꝓ-
bat.conclu.815.num.2. Ideo venditio præſumitur
fraudulenta,& ſimulata, quoties uenditor poſſidet
20 poſt†uenditionem,aut percipit redditus,Bar.in d.l.
poſt contract.num.4.Ioan.Annib.nu.135.& com-
* muniter*alij de donat.cum alijs,vt per Dec.conſil.
235.col.1.& 2.Craue.conſ.100.num.7.Et itidẽ do-
21 natio†præſumitur ſimulata ex eadem cauſa, Specu.
in tit.de donat.§.1.num.7.& ibi Ioan.Andr.in ad-
dit.Abb.conſ.97.num.5.Ex his ergo patet de con-
uẽtione illicita,& quod fuerit ſuppoſita perſona ip
22 ſius,quod†ſemper ſolet de per ſe arguere fraudem,
Guid.Pap.de præſumpt.nume.47.Ruin. conſ.130.
num.2.lib.2.Calcan.conſ.35.col.1.cum alijs, ut per
Maſcard.de probat.d.conclu.815.num.43.Duę col
liguntur concluſiones principales,prima,quod ſi il-
le,qui interceſſerit percipiat fructus,oritur præſum-
ptio confidentiæ,Secunda,quod ſi fuerit diſpoſitũ
de beneficio ad uoluntatem ſuam,oritur etiam con
iectura confidentiæ,& ſic ſufficit, quod unum eorũ
23 interueniat,ut probatur ex illa dictione,†ſeu, q̃ ſtat
alternatiue,Bart.in l.ſi quis ita legauerit,ff.de aur.&
arg.leg.Abb.Imol.& alij in c.inter cæteras de reſcr.
& ibi Fel.nu.29.Euerard.in ſua centur.loc.49. Alc.
in l.ſæpe,ff.de uerb.ſignifi.

Sed quæro,quomodo intelligatur illud uerbum
interceſſerit?Pro intelligentia eſt ſciendum,qđ ver
24 bum†intercedo ſumitur pro intromittere,ut Cic.li.
2.de or.& Cæſar lib.1.Comm.& alij tradunt, ut re
fert Ambroſ.Calep.in d. uerbo, & pro omnib.qui
alieno nomine aliquid procurant,not.in le. 1.ff.de
procur.tradit Io.de Graſſ.tract.de ſubſtantiali pro-
cur.in uer.interceſſores. Aliquãdo autem accipitur
pro ſpondere,fidem ſuam interponere, ſeu fide iu-
bere,Cic.ad Att.li.1.accerſiuit ad te,ꝓmiſit,inter-
ceſſit,dedit,idem Philip.2.tantum pro te interceſ-
ſiſſe dicebant,& dicit Bar.in l.2.§.omnis,ff.ad Vel-
leian.quod uerbum intercedit,comprehendit om-
25 nem†obligationem,quam quis pro alio ſuſcipit,ſe-
quitur Bertach.in uer.intercedere,addens quomo-
documque quis faciat pro alio,allegat d.l.2.§.om-
nis,ff.ad Velleia.Et inquit Io.de Graſſis loc.cit.qđ
26 proprie†interceſſores ſunt fideiuſſores. Dubium ta
men eſt,quomodo hic accipiatur,alias ego accipie-
bam ſecundo modo pro fideiuſſ.Primo,quia uerba
27 legis in dubio proprie debent†capi,l.ferri,ff.de uer
28 bo.ſign.not.in l.hoc legatum,ff.de leg.3.& in† po-
tentiori ſignificatu l.1.§.qui in perpetuum,ff.ſi ager
vectig.Secũdo,quia ſubdit, aut alias quoquomodo
ſe immiſcuerit,quę uerba includunt ſe intromitten-
29 tem,ergo præcedentia†debent aliquid operari,l.ſi
quando,ff.de leg.1.l.ſi per alium,ff.ſi quis eum,&c.
c.ſi Papa de priuileg.li.6.Bal.in rub.C. de contrah.
empt.q.9.Crau.conſ.297.num.4. Tertio, vt uerba
30 capiantur in†ſpecie,magis quam in genere. Cardi.
Par.in rub.ff.de leg.1.ſub num.12.Nunc autem his
non obſtantibus mihi placet contraria ſententia,
ut huiuſmodi uerbum interceſſerit hic poſitum ca-
piatur primo modo pro ſe intromittente, & hanc
opinionem comprobo.Primo ex §. multi eiuſdem
conſtitutionis,ubi traduntur cauſæ, ex quibus põt,
& ſolet committi confidẽtia,& prope finem in uer-
ſi.alij,aut in capaces,&c.ponitur caſus huius §.ideo
qui procurat alteri conferri beneficium,& poſtmo-
dum de illo diſponat,vel fructus capiat,a quo uerſi.
dependet pręſens §.& ſecundum illum erit intelli-
gendus,arg.l.qui filiabus,ff.de leg.1.le.utrum, ff.de
petit.hæred.

Secundo, ex eo,quia nulla oritur pręſumptio cõ
31 fidentię ex fideiuſſione facta,etiam ſi fuerit† facta
reſignatario,a reſignante, ut fuit reſolutum in una
* *Coſentin.prętenſę confidentiæ 4.Febr. 1591.co-
ram R.P.D.Orano, & conſuluit Nauarr. conſ.50.
de ſimon.& late dixi.

Tertio,quia abſurdum eſſet,vt ſi quis fideiuſſerit
pro pecunijs expendendis in litteris reſignationis,
uel pro cautione bãcheria danda pro penſione, aut
pro ſimili alia re contingente occaſione collatio-
nis,uel reſignationis committat confidentiam,qñ
quidem huiuſmodi actus uidentur permiſſi,Ioann.
Gutter.de contract.iur.c.22.nu.1.dd.in c.1. de fide
32 iuſſ.& fuit dictum in d.Coſenti.&† tamen abſurda,
& extranea ſunt ab omni diſpoſitione aliena, l. nã,
& abſurdum,ff.de bon.libert.l.furto,§.pactus,& ibi
Barto.ff.de pact.l.ſed & ſi hoc,§.liberorum,ff.de in
ius uoc.Card.Pariſ.conſ.8.nu.4.& 111.nu.35.uolu.
1.& conſ.71.num.9.uolu.4.

Quarto, quia Conſtitutiones Pij IIII. & Pij V.
33 non intendunt prohibere opera charitatis,† ut tra-
dit Nauarr.conſi.68.num.5.de ſimon.quod eſt trãſ
34 poſitum,fol.479.quia fuiſſet ſtatuere†contra legem
naturalem,quod non fit.c.ſunt quidam 25.q.1.cha-
ritas enim eſt forma omnium uirtutũ, ut tradit D.
Ambroſ.relatus a Nauar.in c.charitas eſt,nu.19.di.
2.de pœnit.& uoluit D.Tho.2.2.q.23.art.6.

Non obſtant argumenta in contrarium allega-
ta,ad primum reſpondetur ſubiectam materiã ſua-
35 deret†ita eſſe interpretandum illud uerbum,arg.no.
per Gloſ.in cap.dilecto de ſent.excom.Gemin.cõ-
ſi.29.Siluan.conſ.17.nu.19.& texturam, ac naturã
huius



huius diſpoſitionis,iuxta ea,quæ dicit Bal. conſ.67.
col.1.lib.3.Calc.conſ.1.col.15.Dec.in l.1.col.7.cir-
ca medium,C.qui admitt.Accedit quod uerba non
36 ſunt curanda,quando apparet de uoluntate,†c.cum
expediat,de uerb.ſignif.c.intelligentia eo.tit.l. om-
ne uerbum,C.com.de leg.Cæph.conſ.110. nu. 23.
& conſ.149.num.2.lib.1.Pariſ.conſ.3.num.57. uol.
3.Cur.Sen.conſ.51.col.1.Iaſ.in l.3.C.de lib.preter.
de qua hic conſta,ut colligitur ex uerſ.alij, aut inca
37 paces,§.multi,ubi referuntur cauſæ,Et cauſa† in pri
mis eſt ſpectanda,ut dixi late de reſign. benef.lib.5.
in princ.primę quæſtionis,& regulariter uerba ſunt
38 capienda,ut comprehendãt ea,†quæ moris ſunt,ar-
gu.l.pe.ff.de aur.& arg.leg.l.ſi prius,§.placuit,ff.de
aq.plu.arc.Oldr.conſ.198.col.2.Siluan.conſi. 56.n.
39 27.eo reſpectu,quo†prolata fuerunt,l.ſi quis domũ,
§.quod autem,ff.loc.l.profectitia,§.ul.ff.de iur.dot.
l.debitor §.ult.ff.ad Treb.Dec.in c.ſi pro debilita-
te,col.5.de off.deleg.& conſ.283.col.1.

Nec obſtat ſecundum argumentum, quod alias
uerba ſequentia nihil operarentur, nã reſpondetur
id eſſe falſum,ut infra dicam,cum caſus poſſit diuer
ſificari.Accedat,quia uerba non debent aliquid ope
40 rari,quando operando reſultaret intellectus † iuri
communi contrarius,Gem.in c.ſi Papa de priuileg.
lib.6.Alex.conſ.33.col.2.uerſ.item reſpondeo libr.
1.Pariſ.conſ.110.num.48.uol.1.Ruin.conſi.59. nu.
41 19.lib.3.tunc enim debent operari,cum ſanus†inte
lectus dari poteſt,l.1.in prin.& ibi no.ff.quod met.
cauſa l.1.in fi.cum ibi not.ff.de munic.l.3.§.1 .ff. de
iur.iur.cum alijs,ut per Crau.conſ.294. numer.3.&
42 cum adeſt†ueriſimilitudo,l. obligatione generali,ff.
de pign.l.ſolutum,§.ſolutum,ff.de pigno.act.l.ſi ita
quis,§.ult.ff.de teſtam.tut.

Non obſtat tertiũ, quia reſpondeo procedere in
dubio.Bar.in l.hoc legatũ,.ff.de leg.3.Sebaſt.Sapia
in l.imperium nu.15.ff.de iuriſd.omnium iud.

Vnde concludendum eſt, verbum interceſſerit ac
cipi pro ſe intromittente,& procurante: idque põt
exemplificari caſibus expreſſis in d.§.multi, uer.alii
aut incapaces,aut aliis beneficiis Eccleſiaſticis onu
ſti,aut Eccleſiaſtico ordini ſe mancipare refugien-
tes,aut mere laici beneficia Eccleſiaſtica alijs confe
renda procurant,ut de illis poſtmodum ad libitum
ſuum diſponatur,fructus etiam percipiendo illorũ,
poteſt enim euenire,quod aliquis uel ſit mere laicus
43 †& propterea non poſſit habere beneficium Eccle-
* ſiaſticum,iux.communem opinionem late cõproba
tam a me lib.4.de reſign.benef.quæ.3 aut alias inca
44 pax propter ætatem,uel crimen,†Fel.in cap.ex par-
te nume.5.de reſcr.Menoch.de arbitr. iud. caſ.202.
num.37.vel onuſtus beneficijs Eccleſiaſticis, quia
multos titulos habeat,iux.not.in c.de multa de præ
be.aut refugiẽs mãcipari ordini Eccleſiaſtico,& ideo
45 non poſſit habere beneficia†curata,& dignitates,c.
licet canon de elect.c.12.ſeſſ.24.de reform.

Quare, ſi accidat hunc habere nuntium uacatio
nis alicuius beneficij,& cum illud obtinere poſſit a
S.D.N.uel R.P.D.Datario,nolit,uel non poſſit ob
cauſas prædictas recurrit ad fraudẽ,illud interceden
do pro amico,familiari, conſanguineoque; Si ergo
poſt expeditas litteras captamque poſſeſſionem ꝑ
cipiat fructus illius,uel de eo diſponat,intrat con-
iectura confidentię,quod non charitate interceſſe-
rit,& impetrauerit illud pro amico,ſed malo animo
ac praua intentione,& quod hoc modo cõuenerint
fraus enim colligitur ex præcedentibus,& ſequenti
46 bus†doloſe geſtis,Crau.conſ.143.num.9. Menoch.
47 de arbitr.iud.caſ.470.num. 10.fructus enim† benefi
cij non poſſunt ad alium ſpectare niſi ad dominum,
ut dixi de reſign.benef.lib.1.quę.6.& proximis die-
bus quidam amicus meus V.I.D. interrogauit me,
an poſſet iuxta conſcientia procurare collationem
cuiuſdam beneficij in perſonam N. cõſanguinei ſui
cum haberet Datarium propitium,& non poſſet ex
pedire ſupplicationem in perſonam ſuam ob mul-
tos titulos,quos habet,& S.D.N.Clem. VIII.habẽ
tibus quinque titulos,non uult alia beneficia confer
re & poſtea percipere aliquã partem fructuum?E-
go reſpondi non poſſe,& non eſſe tutum in foro fo
ri,ob præſumptionem confidentię orientem ex hoc
§.qui in his terminis intelligitur.poſſe etiam exẽpli
ficari alijs ſimilibus modis,& Nauarr.conſi.62. de
ſimon.ſcribit committi ſimoniam realem, ſi laicus
procurauit,ut beneficium uacans conferatur cleri-
co cum pacto,ut ipſe haberet dimidium fructuum
Idemque erit in eo,qui interceſſerit præſentationẽ,
uel nominationem ut infra dicetur.

Secundo,quæro,quomodo intelligantur uerba ſe
quentia,uel alias in negotio cõceſſionis ſe immiſcue
rit quoquomodo?reſpondeo, eſſe capienda, ut in-
cludant non interceſſorem beneficij,de quo proxi-
me dixerat,ſed intromittẽtẽ ſe in collatione præſen
tatione,ac nominatione,ut ſi poſtea perceperit fru-
ctus illius beneficii vel de eo diſpoſuerit ad ſuum li
bitum oriatur coniectura cõfidentiæ,& poteſt exẽ-
plificari pluribus modis quando familiaris epiſcopi
uel alterius collatoris,vel præſentantis ſe ingerit in
negotio conceſſionis,& poſtea percepit fructus,uel
diſponit, de beneficio,aut alter intromittit ſe in ex-
peditione,uel in nominatione, ut infra dicam uel
48 alijs modis,ut dictio illa quoquomodo†oſtendit,ut
probant iura quæ citat Gemin.conſ.115.col.2.Sta-
fil.de lit.grat. titul.de vi.& effectu clauſularum §.
ſubſequenter num.30.

Et concluſionem huius §.primo intellige proce-
dere in quocunque ut oſtendunt illa uerba poſita in
49 principio†ſi quis,quę ſunt generalia,& apta compre
hendere omnem caſum,omneſque perſonas Bal.in
l.in fraudem ff.de mil.teſt.Iudex aũt debet cũcta ri
mari,& de hoc facere Iudicium ſecundum diuerſas
perſonas & qualitates perſonarum.

Secundo,intellige hanc cõcluſionem in quolibet
beneficio nam dicit generaliter de benef. Eccleſia-
ſtico Rebuff.in concord.tit.de mand.apoſt.§.ſtatui
mus,& ſub tit.de collat.§.1. Et ratio uiget in quo-
cunque beneficio ideo idem ius ſtatuendum, l. illud
ff.ad l.Aquil.l.a Titio ff.de uerb.oblig.

Tertio,intellige in eo qui interceſſerit tam ipſe
quam ſi alius hoc fecit nomine ipſius nam dicit per
ſe uel per alium,uel alios,& eſt ratio quia æquiparã
tur hæc duo, quod quis faciat per ſe, uel per alium
reg.qui per alium de reg.iur.lib.6.

Quarto intellige hanc concluſionem procedere
non ſolum in collatione,ſed etiam, in præſentatio-
ne,& nominatione,nam dicit generaliter pro con-
50 ceſſione, &c. Verbum enim † concedo generale
eſt uim ſumens a natura rei cui adijcitur, Bald.in l.
non ambigitur in fi.ff.de leg. Soci.ſen.conſ. 93.nu.
4.lib.primo.Iaſ.in l.quod principali nu.4.poſt Glo.
ff.de conſt.pecun.Imol.in c.primo,col.1.commod.
Abb.in c.Paſtoralis num.7.de don.Alex.in l. ſi quis
antea,n.18.ff.de acq. poſſ.& aptum comprehende-
re omnes caſus ſecundum ſubiectam materiam Bal.
in c.

in ca. 1.§. ſi titius num.primo,ſi de feud. fuerit con
tro.inter dom.& agn.Luc.de pen.in l.ult.col. ult.C.
de loc.præd.Ciuil.lib.11.Aret.conſ.159. nume.15.
Fel.in c.cum venerabilis,nu.5.de except. late Sarn.
51 in §.ſic itaque num.6.de act.Et †inducit donationē
Bar.in l.uxorem.§.in teſtamento ff.de leg.3. Sebaſt.
Medices de compenſ.quæſt.22.num.2. ſed collatio
52 †eſt donatio,& conceſſio,not.in cap.cum acceſſiſ-
ſent de conſtitut.Et etiam præſentatio, & nomi-
natio ergo, &c.

Comprobatur quia eadem uiget ratio omnibus
his caſibus ideo,&c.Poſſet enim non ſolum quis in
tercedere collationē beneficij pro amico ad effectū
fructus percipiendi, ſed etiam præſentationem ad
eundem effectum cum ſubſequatur neceſſario con-
53 firmatio,ne patroni †retrahantur a fundatione, &
dotatione Gl.in c.cum dilectus de iur.patr.Lap.Al-
leg.96.num.3.Gem.in cap.2.nume.11. de præben.
lib.6.Roch.in tract.Iur.patr.uerbo honorificū. Ac
nominationem quoties quis potens apud Pontificē
interceſſerit nominationem,ut N.nominetur ad ta-
le beneficium,uel ad dignitatem,& poſtea percipiat
fructus,cum ſubſequatur prouiſio,late Rebuf.in tra
cta.de nom.Et neceſſaria eſt prouiſio huius §.in his
qui procurant nominationes a Pontificibus,pro per
ſonis minus idoneis, ob dictum effectum.

Quinto,intellige hanc concluſionem procedere
ſiue prouiſio,conceſſio,collatio,& confirmatio fiat
per Papam,& ſedem Apoſtolicam ſiue per alios pu
ta Cardinales Archiepiſcopos, & Epiſcopos ac a-
lios Collatores inferiores,nam dicit quacumque au
ctoritate,ergo omnes prædictos includit, ut proba-
ui de reſig.benef.li.12.q.13.circa verba Regulæ de
infir.quacumque auctoritate.

Sexto,intellige hanc concluſionem procedere ſi-
ue iſte qui interceſſerit,aut ſe immiſcuerit percipiat
omnes fructus,ſiue partem,nā dicit deinde aliquid
54 vt dictio aliqd uerificet in † qualibet parte fructuū,
Gl.in clem.1.uerbo aut earūparte de for.cōpe.Alb.
in cap.paſtoralis in principio de off.deleg. Anchar.
conſ.160.præſupponitur Stafil.de lit.& grat.expec.
in nona forma nu.49.& in §.circa tertiam partem
regulæ nume.51.

Septimo,intellige hanc concluſionem procede-
re tam ſi percipiat hos fructus propria auctoritate
quam ſi per manus poſſeſſoris,nam parificat hic §.
hos caſus,cum dicat etiam per manus poſſeſſoris, &
55 dictio†etiam implicat,Gemin.conſ.120.in fi.& cōſ.
125.nam eadem ratio uiget.

Octauo,intellige hanc cōcluſionem etiam ſi hu
iuſmodi fructus interceſſori fuerunt dati titulo do-
nationis, ex quo nota caſum quem prohiberi rem
ſuam dare contra l.in re mandata C.mand. quod in
tellige cum grano ſalis, multis concurrentibus ſci-
licet breuitate temporis,actu clandeſtino, qualitate
perſonarum,& aliis ſimilib.ut colligitur,ex his quæ
ſuperius ſunt explicata in §§. præcedentibus.

Nono,intellige ſi prædictus interceſſor percepe
rit fructus,ſiue diſpoſuerit de eo beneficio ad libitū
ſuum,ut dicitur in finalibus uerbis,quod poteſt exē-
plificari quoties fecit illud reſignare ad fauorem per
ſonæ bene ſibi uiſæ, nam hi duo caſus parifican-
tur in hoc §. & faciunt quæ ſcripſimus in §. qua-
re nos volentes.

Declara tamen hanc concluſionem cum prædi-
ctis intelligentiis ſeu ampliationibus procedere dū-
modo non conſtet ex alia cauſa fuiſſe fructus perce
ptos per dictum interceſſorem,nam hoc caſu ceſſat
56 præſumptio,& coniectura † confidentiæ, ut tradit
Gabriel.conſ.172.nume.8.lib.2.Et fuit reſolutum
* in vna Coſentin.*pretenſę confidentiæ,4. Februa-
* 1591.coram R.P.D.Orano,& eſt communiter*re
ceptum in praxi in Rom.curia. Quæ concluſio pri-
mo,probatur in uerbo poſito in hoc §.de facto, qđ
uerbū declarat concluſionē intelligendā in percipiē
57 te de facto,& ſic abſque cā† & titulo,Gl.Io. Mona-
ch.Gem.Franc.in c.cupientes §.cęterum de elect.li.
6.Gl.Card.Imol.in Clem. prima, de uit.& honeſt.
clericorum.Dec.in c.cęterum col.pe.de Iud. Corn.
conſ.165.col.6.lib.2.

58 Secundo quia cauſa † ſuperueniens facit ceſſare
quod erat prohibitum, l. ſi hominem cum ibi not.
ff.mand.Dec.in c.cum ſit Romana num.13. de ap-
59 pellat.& præſumptio†cedit ueritati,& fortiori præ-
ſumptioni,l.ultim.in principio ff. quod metus cau-
ſa,l.domus ff.de in integr. reſtitut. cap. litteras de
præſumption.

Et poteſt exemplificari quoties debebat pecu-
nias ab antiquo tempore,uel fuerunt factæ expen-
ſę,aut alias,&c.

Inſuper intellige ut hæc coniectura non inducat
ueram confidentiam,nam Pius V.ex ea tantum eli-
cit pręſumptionem,& ex qua, aliis concurrentibus
uult delicti commiſſi reſultare probationem, ut fuit
* *reſolutum in d.Coſent.& ita communiter tenetur.

## SVMMARIVM

1 *Reſignans percipiens fructus antequam Reſignatarius capiat poſſeſſionem non committit confidentiam.*
2 *Præſuppoſitum legis debet in primis, verificari.*
3 *Vbi non conueniunt uerba legis neque diſpoſitio.*
4 *Qualitas legis verificanda.*
5 *Reſignans ante captam poſſeſſionem habet colorem, & ſi ſpolietur debet reſtitui.*
6 *Reſignans poteſt omnia facere donec reſignatarius capiat poſſeſſionem.*
7 *Reſignans poteſt conferre beneficia donec reſignatarius capiat poßeſſionem.*
8 *Reſignatarius non poteſt ſe ingerere in beneficio Reſignato ante captam poſſeſſionem.*
9 *Reſignatarius quando poſſit percipere fructus.*
10 *Collatio quod Ius tribuat.*
11 *Ius quod acquiritur ex collatione efficitur firmum per poſſeſſionem.*
12 *Poßeſſio corporalis eſt apprehendenda.*
13 *Poſſeſſio non transfertur per collationem.*
14 *Reſignans vſque ad quod tempus poſſit recipere fructus.*
15 *Non abdicatur ius a Reſignante ſi non acquiritur Reſignatario.*
16 *Verba intelliguntur cum effectu.*
17 *Acceptans beneficium quando poſſit uariare.*
18 *Optans quando poſſit uariare.*
19 *Habens Ius percipit fructus.*
20 *Pius V.damnat confidentiam Illicitam.*
21 *Quiſque poteſt percipere fructus ad ſe ſpectantes.*
22 *Factum permißum non punitur.*
23 *Abſque ſuperiore quis poteſt Capere rem ſuam.*
24 *Quandiu quis ſubſtinetur in officio eſt officialis.*
25 *Perfecta Reſignatio quando appellatur.*
26 *Poſt conſenſum præſtitum non datur pænitentia.*
27 *Pactum gratuitum inter Reſignantem, & Reſignatarium*



*gnatarium eſt licitum.*
28 *Pactum ſuper his quæ tacite inſunt eſt permiſſum.*
29 *Paciſci ſuper re propria eſt licitum.*
30 *Quæ ſuper abundant non vitiant.*
31 *Expreſſio eorum quæ tacite inſunt nihil operatur.*
32 *Fructus vnius anni ſunt deputati pro oneribus eiuſdem anni.*
33 *Verbum fructus Intelligitur deductis expenſis.*
34 *Siue proferatur a lege ſiue ab homine.*
35 *Dos relicta de oībus Intelligitur deducto ære alieno.*
36 *Impenſæ ſunt multiplicis differentiæ.*
37 *Impenſæ neceſſario debent fieri.*
38 *Vſufructuarius tenetur conſeruare in bono ſtatu bona ſibi conceſſa.*
39 *Beneficiarius æquiparatur Vſufructuario.*
40 *Beneficiarius tenetur reaptare & agros, & domus*
41 *Impenſæ ex cauſa alimentorum præferuntur.*
42 *Impenſæ neceſſariæ in primis retinentur.*
43 *Qui ſentit onus debet ſentire commodum.*
44 *Sequeſter eſt legitimus adminiſtrator.*
45 *Sicuti diuiduntur fructus inter Reſignantem, & Reſignatarium, Ita & Impenſæ.*
46 *Ratione temporum fit diuiſio fructuum.*
47 *Legatarius tenetur ad onera cum conſequitur rem.*
48 *Onus eſt fructuum.& non proprietatis.*
49 *Fructus beneficiati defuncti ſpectant ad hæredes pro rata ratione ſeruitii.*
50 *Nouus poßeſſor tenetur ad onera.*
51 *Nouus poſſeſſor poteſt conuenire antiquum ut contribuat ratione temporis.*
52 *Titularis & non Vicarius perpetuus tenetur ad onera viſitationis.*
53 *Fructus veniunt conſequutiui ad beneficium.*
54 *Fructus percipiuntur ex beneficio.*
55 *Ex facto permißo non committitur confidentia.*
56 *Quis tenetur reſtituere rem alienam.*
57 *Reſignatio ſimplex ſtatim abdicat ius.*
58 *Facta reſignatione libera ſtatim poteſt conferri beneficium.*
59 *Intellectus §.quare,conſtitutionis Pii V.*
60 *Verbum receperit importat factum.*
61 *Reſignatarius efficitur dominus abſque poſſeſſione.*
62 *Reſignatarius tenetur ſoluere penſionem.*
63 *Pactio firma inducit ſimoniam.*
64 *In delicto reſpicitur animus.*
65 *Dolus conſideratur in delictis.*
66 *Fructus an ſint quid temporale.*
67 *Temporale non poteſt dari pro ſpirituali.*
68 *Spirituale non poteſt dari pro ſpirituali.*
69 *Ex proœmio colligitur ratio.*
70 *Malitiis uia eſt claudenda.*
71 *Scriptura probatur pactum.*
72 *Confeſſione probatur pactum.*
73 *Quæ fiunt occulte coniecturis probantur.*
74 *Factum clam præſumitur malum.*
75 *Pactum de retrouendendo quomodo colligatur.*
76 *Qui male agit,odit lucem.*
77 *Qui odit lucem,præſumitur in mala fide.*
78 *Ex ſolitis fit coniectura mali.*
79 *Præſumitur contra ſolitum.*
80 *Delictum non præſumitur.*
81 *Semel malus,&c.*
82 *Contractus ſimulatus quomodo colligatur.*
83 *Retroceſſio coniectura mali.*
84 *Qualitas perſonæ excludit delictum.*
85 *Bona fama tollit præſumptionem delicti.*
86 *Ob paupertatem fiunt delicta.*

## QVAESTIO XXXV.

AN reſignans poſſit ſe ingerere beneficio reſigna-
to,antequam reſignatarius publicet reſignationem
& capiat poſſeſſionem.

TRigeſimo quinto quęro,an hæc conſtitutio Pij
V.habeat locum in eo,qui poſt reſignationem
ſe intromiſit aliquo modo,& fructus beneficii reſi
gnati percepit antequam reſignatarius publicaret il
lam reſignationem, & illius beneficii poſſeſſionem
caperet,ut ex hoc reſignatio iudicetur cōfidentialis.

1 Negatiua opinio†eſt verior,& tenenda in iudi-
cando,ac conſulendo,ſecundum quam pronuncia-
* uit*Rota in una Conſentin.prætenſæ confidentiæ
coram R.P.D.Orano die Lunæ 4. Februarij 1591.
& illam uidetur firmare Nauar.conſ.26.& conſ.28.
de ſimon.& expreſſius in Man.cap.25. ſub nu.116.
uerſ.noto 7.& fulcitur auctoritate,& ratione: Au-
ctoritas depromitur ex dicta conſtitutione Pij V.in
§.ad probandum illis uerbis, ſi quis poſt ceſſam ab
ſe eccleſiam,vel Monaſterium,aut beneficiū,& pu-
blicatam reſignationem, ſeu ceſſionem captamque
a ſucceſſore poſſeſſionem de facto ſe ingeſſerit, aut
fructus,&c.quę uerba requirūt, ut fructus percipiā
tur,poſtquam reſignatarius cepit poſſeſſionem, &
regulare eſt,ut lex loquens cum aliquo præſuppoſi-
to ad hoc, ut habeat locum debeat in primis
2 præſuppoſitum illud†uerificari ad not.in l.ubicum-
que,C.de ſeru.fugit.Vbi enim uerba legis non con-
3 ueniunt,† neque etiam diſpoſitio habebit locum l.
4.§.toties, ff.de damno infecto,l.ita autem in prin
cipio,ff.de adminiſt.tutelę, Crau. conſ.10. nume.7.
4 & cum qualitas†alicuius diſpoſitionis non uerifica-
tur,ceſſat illius diſpoſitio l. pater §. Tuſculanus,ff.
de leg.3.Card.Pariſ.con.49.num.19.cum ſequ.uol.
3.& ceſſante ea qualitate ceſſat ſtatutum,l.ſi uſu
fruct.ff.quibus modis uſuſf.amitt.l.tutelas in princi
pio,ff.de cap. dim.Sign.cōſ.92.co.3.in fine uer.præ
terea,Ideo reſignans percipiens fructus ante captā
poſſeſſionem per reſignatarium,non cōmittet con-
fidentiam.

* Ratio colligitur ex illa*communi, & recepta ſen
tentia, reſignantem ante captam per reſignatariū
poſſeſſionem,etiam poſt conſenſum pręſtitum per
ipſum,uel procuratorem in Camera,& Cancellaria
5 habere colorem,†cuius uigore ſi ſpolietur poſſet re
ſtitui,Sarn.de trien.9.24.numer.8. Creſcent. deciſ.
158.in fin.in recollet.manuſcr.Pontan.de ſpol.cap.
13.nu.26.& num.143.

Et comprobatur hæc ſententia ex his, quæ uolue
re Roffin.de benef. cap. 14. numer.26. & cap.23.
num.10.Rebuff.in praxi de ſimon.reſignatio.num.
27.& 31.& in tract.nomina.quæſt.14.numer.157.
ubi ſcribunt reſignantem poſt reſignationem ad-
miſſam,& etiam conſenſum pręſtitum poſſe incum
bere poſſeſſioni,& omnia pertinentia ratione illius
6 beneficii exercere,donec†reſignatarius capiat poſ-
ſeſſionem,quorum ſentētia ipſe ſum ſequutus in tra
cta.de reſign.benef.lib.1.quęſt.7.nu.9.& ibi nu.15.
poſt Rebuff.ſcripſi poſſe conferre beneficia ſpe-
7 ctantia ad collationem†illius beneficii reſignati ex
rationibus ibi deductis.

Accedit præterea efficax ratio,quæ uidetur tolle
re omnem difficultatem, quia reſignatarius nō po-
teſt ſe ingerere in beneficio reſignato ante captam
8 poſſeſſionē†Aufrer.deciſ.Tholoſana 444. Fran.de
March.

March.q.49.in 2.part.Io. Sel.de benef.p.2.q.15.&
9 alij,quos retuli d.q.7.nu.12.& minus†percipere fru
ctus,Rebuff.in prax.tit.de ſimo.reſignat. num. 31.
Abb.in c.tranſmiſſa col.3.de elec.Feder.de Sen.cõ-
ſi.234.Franc.in c.eum qui,de præben.in 6.Card.Pa
riſ.conſ.5.num.21.& 22.& conſ.39.num.7. cum ſe
* qu.uol.4.tritum enim eſt in praxi,*ius quod acqui-
10 ritur prouiſo†de benef.ex ipſa collatione c.ul.& ibi
omnes de conceſſio.præben.lib.6.Abb.in c.cum au
11 tem,& in c.ſuggeſtum de iur.patr.nõ eſſe firmum,†
& efficax antequam prouiſus capiat poſſeſſionem,
Rebuff.conſ.186.nu.19.late dixi de reſign. benefi.
12 lib.10.q.6.nu.3.Ideo poſſeſſio†corporalis in primis
eſt apprehendenda,Couar.late lib.3.uariarum reſo
lut.c.16.nu.6.Pontan.de ſpol.lib.1.ca.9.nu.94.Put.
13 deciſ.402.lib.1.quæ nequaquam†trãsfertur per col
lationem cap.cum Bertoldus de re Iudic.Rebuff.in
prax.tit.requiſita ad collat.nu.22.Ergo ne Eccleſia
remaneat deſtituta,& viduata,poterit cõtinuare re
ſignans,donec reſignatarius cœperit poſſeſſionem,
arg.l.meminiſſe,ff.de off.procõſ.§.ult.Auth.de ad-
miniſtr.extrauag.iniũctæ de elect.c.ne pro defectu
eo.tit.& hoc firmaui de reſign.benef.lib.1.q.7.nu.
* 13.& ſeruatur*in praxi.

Poſtremo huiuſmodi concluſio ſuadetur, quia
14 uidetur permiſſum reſignanti capere fructus† bene
ficij reſignati donec reſignatarius capiat poſſeſſio-
nem,ut tenet Rebuff.in tit.de publicat.gloſ.18.nu.
7.& in tract.de nominat.q.17.num.157.cuius opi-
nionem declaraui in tract.de reſign.benefi.lib.1.q.
6.nu.60.Et ius nequaquam abdicatur a reſignante,
15 niſi beneficium reſignatum † acquiratur reſignata-
rio,in cuius fauorem facta fuit ceſſio,Rebuff. conſ.
4.nu.13.& conſ.192.nu.8.Burſa.conſ.411.nu.4.&
5.uol.4.Put.deciſ.158.nu.2.lib.3.& deciſ. 523. li.2.
* Caputaq.deciſ.84.nu.5.par.3.& fuit pluries*reſolu
tum in Rota,ut late ſcripſi, & comprobaui de reſi-
gnat.benef.lib.1.q.3.nu.47.cum ſeq.quod intelligi
tur,ſi cum effectu ius fuerit acquiſitum,quod ſucce-
dit capiendo poſſeſſionem,ut ſcripſi d.lib. 1.q.7.n.
16 10.Nam uerba intelligũtur,cum†effectu l.1.§.hęc
uerba,ff.quod quiſque iur.cap.relatum de cleric.nõ
reſident,Sarn.in §.ex maleficijs num.47.Inſtitu. de
* act.Et ideo ex hac ratione * communiter tradunt
doctores habentem facultatem acceptandi aliquod
beneficium,& uigore huiuſmodi facultatis acceptã
17 tem poſſe variare,ſi talis acceptatio†non tenet,Ho
ſtienſ.in c.cum in multis nu.11.Petr.de Ancha. nu.
4.uerſ.5.quęro Gemin.nu.14.Franc. col.ult. prope
* finem,& alij omnes*de reſcr.lib. 6. late Lap.alleg.
120.Oldr.conſ.307.num.3.Gemin.conſ.103.latiſ-
ſime Roman.conſ.329.col.1.& 2.Io.Baptiſta Fer-
rettus conſ.96.nu.3.ubi alios citat, Licet contrariũ
18 uoluerit†in optione,Cald.conſ.6.in tit.de conſuetu.
Eneas de Falconibus de reſeru.benefi. in quinqua-
geſimo effectu,ex his,quæ ſcribunt dd.in ca. vlt.de
conſuet.li.6.& Cald.conſ.7.eo.tit.Ex quo ſequitur,
19 quod ſi habet†ius in beneficio licite,& lege permit
tente percipiet fructus,c.conqueſtus, de uſur.l.He-
rennius,ff.de euict.Ale.conſ.120.nu.5.uol.4.Ruin.
conſ.25.nu.2.li.2.Burſa.conſ.11.nu.7.uol.1.& quic
quid fit lege permittente, pœnam non meretur.le.
Gracchus,C.ad l.Iul.de adul.&nulla poterit colli-
gi ex hoc confidentia prohibita per conſtitutionẽ
20 hanc Pij V.quæ damnat confidentiam†illicitam, &
in iure deteſtatam, Naua.in Man.c.23.ſub nu.110.

Declara hanc concluſionem procedere, Primo
in eo caſu,quando reſignans poſt reſignationem,&
conſenſum in ea præſtitum percepit fructus ad ſe
ſpectantes,nam tali caſu nulla committitur confi-
21 dentia,cum huiuſmodi perceptio non †ſolum non
ſit prohibita,ſed permiſſa in omni iure,l.fructus,le.
in fundo,l.ex diuerſo,& l.non ſolum §. meum ff.de
vſur.l.ſi dominium C.de pignor.Ruin.conſil.25.n.
2.lib.2.Nauar.conſ.7.de ſent.excom.& regulare eſt
in hac materia,ut nulla committatur cõfidentia ex
22 facto permiſſo,&†approbato a iure ad notat. in le.
Gracchus C.ad l.Iul.de adulter. & Conſtitut iones
Pij IIII.& Pij V.emanarunt non contra omnẽ con
fidentiam,ſed dumtaxat contra illicitam. Nauar.in
Man.c.23.ſub num.109.uerſ.quod autem extraua-
gantes,& rem ſuam,uel ad ſe ſpectantem licite quis
23 capit,†etiam abſque ſuperiore,quamuis detineatur
in l.plagij C.ad leg.Flau. de plagiar.Et in l. 1. ff.de
vi,& vi arm.Bald.in l.1.§.ult.colum.penul.ff.ſi quis
ius dicent. non obtemper.Socc.Sen.conſi.45.num.
16.uolu.1.Felin.in cap.cum contingat,col.3. de re-
ſcr.non enim mutuans faceret eum obligare mediã
te Notario,minus uellet fideiuſſorem niſi haberet
animum conſequendi illas,Iux.ea quæ Paul.de Ca-
ſtr.in l.Celſus ff.de vſucap.Alex.conſ. 125. colum.
3.lib.4.Bertand. conſ.84. libr.2. Et alij uolunt: Et
releuabit probare alias mutuantem,mutuaſſe abſq;
alio,& eſſe ſolitum mutuare, & hæ præſumptiones
55 tanquam fortiores†facient ceſſare illam minus for-
tem.dd.omnes in cap.in præſentia de probat. Et ſi
mutuum fuit factum eodem die pręſtiti conſenſus
56 eodem loco†coram eiſdem perſonis,abſque dubio
actus videntur correſpectiui Bald.in l.penu. §. mu-
lier,ff.ſolu.Matr.Decius.in l.certi condictio §.ſi nũ
mos,num.14.ff.ſi certum pet. Creſ. deciſion. man.
18.Moedan. deciſion.etiam manuſcr.124.Sarn. de
ciſion.4.lib.1.Peregrin.deciſio.81.& 82.Cardi.Pa-
leott.deciſion.101.in manuſcr.alias ſecus, ut patet
per dictos,& faciunt,quę ſcribunt Cardin.in c. tua
nos de Simon.Felin.in c.ad audientiam el ſecondo,
num.3.de reſcr.Put.deciſ.271.lib.2.& in dubio ca-
pitur præſumptio, ut actus non ſint correſpectiui,
Put.deciſ.444.& 385.lib.1.
57 Circa tertiũ caput,in†mutuo facto poſt reſigna-
tionem,collationem,electionem,& præſentationẽ,
tres concluſiones ſunt firmandæ, Prima quoties
mutuũ fit incontinenti, ſcilicet eadem die poſt reſi
gnationem admiſſam per ordinarium, uel conſen-
ſum præſtitum in reſignatione coram Papa, & ea-
dem die collationis,pręſentationis ac electionis, &
coram eiſdem,& ex hoc cum actus ſint correſpecti
ui,ut ſupra proxime dictum eſt,oritur præſumptio
58 confidentiæ,uicinitas†enim actus arguit fraudem,
Bartol.in l.poſt contractum nume.8.ff.de donatio.
& ibi Anniba.numero 163.Cardin.Pariſius. conſi.
143.numer.21.uolum.4.Ruin.conſil.130.nume.2.
libro 2.Crott.conſil.13.numer.26.Limita niſi con-
trarium fuerit per argumenta,indicia, coniecturas,
vel veritatem monſtratum,iuxta ea, quæ ſupra de-
duximus.
Secunda, quoties fuit mutuata pecunia longo tẽ
pore poſt reſignationem,collationem, pręſentatio
nem,ac electionem, uerum ad executionem pacti
expreſſe uel tacite appoſiti, & conuenti inter eos
tempore collationis, reſignationis,præſentationis,
ac electionis,nã in hoc nemo negabit eſſe commiſ-
ſam Simoniam,& confidentiam, iuxta ea quæ tra-
dit Nauarr.in man.cap.23.num.107.& 110.& cõſ.
27.30.33.& 36.titu.de Simon.
Tertia concluſio,quoties fuit mutuata dicta pe-
cunia abſque pacto expreſſo,vel tacito appoſito,in
collatione,reſignatione prçſentatione,& electione,
& hoc caſu nulla committitur confidentia, neque
59 aliqua oritur præſumptio,cum quiſque teneatur †
iuuare proximum,& exercere opera charitatis, ac
officia,quæ inter amicos ſunt communia, D. Tho.
2.2.quæſtio.24.articul.6.& quæſt.81.art. & quæſt.
85.Nauarr.in cap.libenter,numer. 3. de pœnitent.
diſtinct.1.Et faciunt, quæ ſupra adduximus ex D.
Thom.2.2.quæſt.78.articu.2.Dom.Sot. de Iuſt.&
Iur.libro 6.articu.1.cum ſequent. Nauarr. in com-
ment.de Vſur.ad d.cap.ſi fœneraueris numero 17.
18.19.cum ſequent.14.quæſt.3.Et fuit pluries con
cluſum in Rota: Quod procedit etiam ſi poſt reſi-
gnationem fuit facta remiſſio illius debiti, ut conſu
luit Alciat reſpon.2.nume.27.uerſic. & iſtud, libro
primo, ubi loquitur de remiſſione facta triennio
poſt reſignationem,& concludit ex hoc nullam col
ligi ſimoniam,nam propter longinquitatem tem-
poris, non poteſt præſumi facta contemplatione
reſignationis argument.gloſſ. in §. ope.Inſtitut.de
obligat,quæ ex delict.Roman.in leg. quæ in alie-
na, §.ſi is qui putabat ff.de acquirend.hæred. & ut
uitetur delictum,iuxta le.merito ff.pro ſoc.pro quo
uitando aliquid non præſumitur factum contem-
platione actus aliquo tempore antecedentis,Bald.
in le.feliciſſima C.de his,qui a non domino: Areti.
in d.§.ſi is qui putabat. & maxime in præiudicium
tertij,argument.le.ſi partem §.primo, ff. quemad-
modum ſeruit.le.ſed Iulianus §.primo, ff. ad Ma-
cedon.Et ad vitandum delictum capitur præſum-
ptio donationis le.ſi ſeruus ſeruum §. ſi oliuam ff.
ad leg.Aquiliam,& præcipue inter amicos, ut late
per Alciat.d.reſp.2.colum.3.
In ſecundo autem caſu principali,de foro Inte-
riori ideſt foro Poli:duo capita exiſtimo eſſe facien
60 da,†Primum erit quoties pecunia fuit mutuata quo
cunque tempore,ſiue ante collationem,reſignatio-
nem, prçſentationem,& electionem, ſiue in actu,ſi
ue poſt,abſque emptione formali,uel ęquipollenti,
& abſque conuentione illicita,& abſque intẽtione
principali conſequendi beneficium,ſed verus inter
ceſſit contractus mutui, ut ſolet fieri inter ami-
cos, & in hoc capite nullam eſſe commiſſam Simo
niam,& confidentiam in foro Poli,& nullum com-
mittere



61 mittere†peccatum mortiferum mutuantem, & mu
tuatarium ſcribit Nauar.conſ.51.num.1.uerſ.in fo-
ro autem interiori,tit.de Sim.Idem conſ. 23. num.
2.eodem tit.Et ratio eſt,quia nullum pactum illici-
tum interuenit,ſed uerus cõtractus mutui,& poteſt
quis licite mutuare ad augendum,vel contrahendũ
cum mutuatario amicitiã vel ſubleuandam eius ne-
62 ceſſitatem abſque ſimonia abſque vſura,†& abſque
peccato,quamuis ſperet ab eo ſecundario gratitudi
nem D.Thom.2.2.quæſt.78.artic.2.ad tertium,Et
in corpore quęſtionis ubi late Caieta. Sot.lib.6.de
Iuſt.& Iur.quæſt.1.artic.2.Nauarr.in Man.cap.17.
num.209.Et in d.cap.ſi fœneraueris nume.19.cum
ſequen.14.quæſt.3.& Conſi.50.num.3. & Cõſ.51.
63 num.1.uerſ.tum quia de Simoni.Et in foro†interio
ri quid uere actum ſit inſpicitur D. Thom. libr.2.
ſent.diſt.42.quæſt.1.art.1.& in 3.ſent.diſt.4.quęſt.
1.art.1.& 1.2.qu.20.art.4.& 2.2.quæſt.81.art.6.ad
primum,Dom.Sot.in quolibet q.18.art.3.
Secundum caput quoties mutuum interceſſit cũ
pacto illicito,vel intentione principali conſequen.
beneficium quo caſu illi tenentur in foro Poli,ut ex
ſupradictis colligitur,& debent pęnitere,ac hoc cõ
feſſarijs confiteri,qui debent eſſe cauti pro pœnitẽ
tia iniungenda Nauar.conſ.21.numer.7. de ſimon.
quem ad hoc vide,& nota.

## *SVMMARIVM.*

1 *Ex fideiuſſione non colligitur confidentia in reſi-
gnatione.*
2 *Ceſſante diffinitione,ceſſat diffinitum.*
3 *Vbi verba non habent locum,neque diſpoſitio.*
4 *Actus fideiuſſionis eſt permiſſorius.*
5 *Qui poteſt promittere,poteſt fideiubere.*
6 *Clericus poteſt fideiubere.*
7 *Quiſque tenetur diligere proximum ſuum.*
8 *Quiſque tenetur ſubuenire in neceſſitatibus.*
9 *Vſura,qua ratione prohibetur.*
10 *Iuramentum de non fideiubendo non tenet.*
11 *Iuramentum de non mutuando non tenet.*
12 *Iuramentum de non ingrediendo Religionem nullũ.*
13 *Fideiubens non peccat.*
14 *Conſtitutio Pij V.non prohibet opera charitatis.*
15 *Quæ minus principaliter fiunt,non inducunt Simo-
niam.*
16 *Poteſt quis licite accedere ad Officia ob diſtributio
nes.*
17 *Ingratitudo a iure reprobatur.*
18 *Ingratitudo vitium deteſtabile.*
19 *Ingratitudo annullat donationes.*
20 *Ingratitudo priuat feudo vaſſallum.*
21 *Reſignatio ob fideiuſſionem confidentialiſr*
22 *Intentio emendi in Simonia conſideratur.*
23 *Cauſa principalis,quæ.*
24 *Ex fideiuſſione non licet accipere lucrum.*
25 *In foro Conſcientiæ inſpicitur quod vere actum eſt.*

## QVAESTIO XXXVII.

Quando ex fideiuſſione committatur confidentia.

TRigeſimo ſeptimo Quęro, an ex fideiuſſione
facta a reſignatario pro reſignante,a Prçſen-
tato pro præſentante,ab eo,cui fuit collatum bene-
ficium collatori colligatur cõfidentia?Negatiue eſt
1 concludendum,vt in†terminis conſuluit Nauar.cõ
* ſi.50.de ſim.& fuit reſolutum in una Coſentin.*p̃-
tenſæ Confidentię corã Orano 4. Februarij 1591.
2 Et probatur,tum quia ceſſat†diffinitio Simonię,de
qua per Gl.in ſum.1.q.1.D.Th.2.2.q.100.art.1.&
in 4.diſt.21.Nauar.in man.c.23.nu.100. Et diffini
tio confidentię de qua in 1.q.tum ẽt quia huic ca-
ſui nõ applicantur uerba conſtitutionis Pij IIII. &
Pij V.ut licet uidere,ergo ceſſante diffinitione, &
ceſſantib.uerbis conſtitutionum, dicẽdũ erit,nullã
3 eſſe†p̃ſumẽdã confidentiã DD. in l.omnis diffini-
tio ff.de reg.iu.l.4.§.toties.ff.de dam.infect.
4 Accedit,quia actus fideiuſſionis † eſt permiſſo-
rius,vt patet toto titulo C.& ff.& ext.de fideiuſſ.&
5 iõ quilibet,qui põt facere,†promiſſionem, põt pro
alio intercedere,ut proſequitur Io.Gutter.de con-
** tractib.Iurat.c.22.nu.1.ẽt Clericus ex magis ** cõi
6 opinione,†quis nõ debeat fideiuſſionib. inſeruire
c.1.ubi Abb.& alij de fideiuſſ.Iaſ.in l.1.ff.ſi quis in
7 ius uocat.non ierit,nã quilibet teneẽ diligere†proxi
mum ſuum c.charitas il 1.uerſ. proximus de pœni.
diſt.2.cum alijs,ut per Dec.in l.ut uim.nu. 13. ff.de
8 iuſt.& iur.Et ei ſubuenire†in neceſſitatib.l.non tm̃,
& ibi Gl.ff.de appe.l.ſeruus ea l.in fi. ff. de ſeru.ex-
port.c.nõ ſatis.diſt.86.& hac ratione principaliter
9 prohibetur†vſura, Abb.in rub.de uſur.D.Tho.2.2.
q.78.art.1.Scot.in 4.ſent.diſt.15.q.2.Petrus de Pa-
lud.in 3.ſent.di.37.q.2.late Conrad.de contract.q.
10 22.Et ideo iuramentum de non†fideiubendo non
tenet,ubicunque proximus indiget fideiuſſione,Ab
ba.in c.ſi uero,de iur.iur.quem refert,& ſequiẽ Syl-
ueſt.in uerb.Iuramentum 4.nu.29.Couarr.de pact.
in 1.par.relect.§.6.nu.7.Menoc.de recup.1.rem.n.
289.& cõiter alij, quicquid in contrarium ſcripſit
11 Oldr.conſ.90.ſicuti Iuramentum†de non mutuan-
do,aut non dando eleemoſynã uere indigẽti,aut de
12 non†ingrediendo religionem,& de non ſuſcipiẽdo
ordinationes ſacras,beneficia ac Epiſcopatum,& a
lia ſimilia D.Thom.2.q.89.art.7.ad 1. D. Anton.
2.par.tit.10.c.6.uerſ.tertius caſus,Caiet. in d.art.7.
ad 6.Tabien.in uerb.iurare §.10.& alij multi, quos
refert,& ſequitur Nauar.in manu.c.12.n.16. & 17.
13 Et licite poteſt quis pro†alio fideiubere ob ami
citiam,& ſpem gratitudinis iux.ea,quę ſcribit Diu.
Thom.2.2.q.78.art.2.& ibi Caiet.
Ideo concludendum eſt, nullam prçſumi ex tali
fideiuſſione confidentiam:Nam prędictę conſtitu
14 tiones Pij IIII.& Pij V.non intendunt prohibere †
opera charitatis,vt tradit Nauarr.in conſ.68. nu.5.
de Sim.quod eſt tranſpoſitum fol.799.Quia id fuiſ
ſet ſtatuere contra legem naturalem,quod non po
terant,cap.ſunt quidam.25.q.1.
Amplia hanc concluſionem procedere, ſeu fide
iuſſio fuerit facta ante reſignationẽ, & collationẽ,
uel p̃ſentationẽ,uel poſt reſignationẽ,collationẽq;,
nam hoc nõ uidetur habere dubium, ſiue fuerit fa-
cta in actu reſignationis, & collationis,& ut conſu
luit Nauarr.d.conſi.50.de Sim.ubi dicit, quod erat
ſignata ſupplicatio reſignationis, & reſignatarius
antequam eſſet extenſus conſenſus,interceſſit fide-
iuſſor pro reſignante,partim ob amicitiam, inter
eos iam diu contractam,partim,ut oſtẽdat ſe gratũ
reſignanti uolenti ei reſignare beneficium,partim,
ne diſcedat a propoſito reſignandi: Nam inquit
Nauarr.hoc non reſpicit in ſe ſpem habendi bene-
15 ficium,& quæ minus principaliter fiunt,non†indu

 cunt

cunt Simoniam,cap.ſi officia diſt.59.c.quid prode
rit.diſt.61.ubi cum gloſſ.uolunt, obſequia eorum,
qui principaliter inſeruiunt Eccleſię, & Prælatis ꝓ
pter Deum,& aliam ob cauſam,licet minus princi-
paliter ad conſequendum aliquod beneficium Ec-
cleſiaſticum,non inducere Simoniam , ſicuti patet
16 in eo,qui principaliter accedit† ad Diuina propter
Deum,& minus principaliter propter diſtributio-
nes quotidianas, iuxta gloſſ.in cap.primo,de cleric.
non reſid.lib.6.& ibi omnes ſequuntur Turrecrem.
in c.Clericus num.1.& 2.diſt.91.

17 Gratitudo enim†valde commendatur a legibus,
& hominibus,& ingratitudo omni iure reprobatur
c.Octaua diſcuſſio 12.q.2. Dec.conſ.686. num.13.
18 Et uitium deteſtabile†appellatur Io.Andr.Abb. &
alij in cap.ult.de donat.Gul.Benedict.in cap.Ray-
nutius in uerbo,in eodem teſtamento. numero 35.
de teſtam.& in quæſtione de homic.numer. 32.D.
19 Thom.2.2.q.106.Et ideo infirmat†donationem.l.
ult.C.de reuoc.donat.l.unica C. de ingratis libert.
20 §.primo,Inſtit.de donat.& d.c.ult.Et priuat†feudo
vaſallum,c.de forma circa finem 22.q. ult. cap.pri-
mo,quæ fuerit Prima cauſa benef.amitt.Afflict.de
ciſ.282.Secundo,dubio Card.pariſ.conſ.1.nu. 10.
vol.1.& alij omnes.

Limita primo,hanc concluſionem non procede
21 re†quotieſcunque fideiuſſio facta fuiſſet præceden-
te conuentione reſignandi,præſentandi, conferen-
dique beneficium,& poſtea ſoluendi illam fideiuſ-
ſionem, nã hoc caſu abſque dubio committitur Si-
monia,& confidentia,nam competit diffinitio Si-
22 moniæ,cum adſit intentio emendi,&†vendendi, ac
confidendi D.Antonin.in ſum.par.2.tit.primo,ca.
8.§.11.Nauar.in manua.d.cap.23.nu.100.D.Tho.
2.2.q.100.art.primo.Hoc enim caſu fideiuſſio, &
promiſſio ſolutionis,uidetur eſſe cauſa principalis,
23 ſine qua†non fieret reſignatio,prȩſentatio, & colla
tio Bald.in l.2.§.ult.ff.de donat.pacto enim cõmit-
ti Simoniam omnes DD.volunt in ca.cum pridem
de pact.in cap.quȩſitum de rer.permut.in c. ex par
te 1.de offic.deleg.Gl.in ſum.1.qu.1.Et confiden-
tiam,tradit Nauar.conſ.27.33.& 36.tit.de Simo.&
alij omnes,ut dixi alias.q.26.

Comprobatur itidem hæc concluſio , quia fide-
iuſſor uidetur capere lucrum,ſcilicet beneficium ex
ipſa fideiuſſione,quod nequaquam licet, nam dicit
D.Antonin.in tract.de uſu,c.2.num.74.poſt Laur.
de Rodul.quem refert,& ſequitur,quod non ſit lici
24 tum†accipere vnum,vel duos ducatos pro quolibet
Centenario ex fideiuſſione facta.

25 Limita ſecundo,ut in foro†conſcientiæ teneatur
ille fideiuſſor non ſolum in caſu ſuprapoſito, ſed ẽt
ſi quoties præſtitit illam fideiuſſionem , habuit in-
tentionem principalem id faciendi,cauſa conſequẽ
di beneficium iuxta ea,quæ ſcribit Nauarr. conſil.
26 21.de ſimon.Nam in foro†interiori quid uere actũ
ſit,inſpicitur D.Thom.in 2.ſentent.diſt.42. quæſt.
prima,art.primo,& in tertio ſentent.diſtinct.4. qu.
1.art.1.& 1.2.q.20.art.4.& 2.2.qu.81.art. 6.Dom.
Sotus.in quolibeto q.18.art.3.Et in hoc debent ad
uertere confeſſarij.

*SVMMARIVM.*

1 *An ſit confidentia ſolutio facta vigore conſuetudi-
nis,ſtatuti,conſtitutionis & c.& nu.22.*
2 *Statutum recipiendi fructus primi, & ſecundi An-
ni,an valeat.*
3 *Ratione cultus diuini multa ſpecialia ſunt intro-
ducta .*
4 *Confirmatio Papæ corroborat ius .*
5 *Natura confirmationis quæ.*
6 *Conſuetudo poteſt inducere,vt fructus vnius benefi
cij ad tempus,alteri applicentur.*
7 *Conſuetudo appellatur ius non ſcriptum.*
8 *Conſuetudo loci ſemper attenditur.*
9 *Actus recipit interpretationem a conſuetudine.*
10 *Ex conſuetudine permittitur actus.*
11 *Conſuetudo facit licitum,quod erat illicitum.*
12 *Conſuetudo excuſat a pœna,& a peccato.*
13 *Conſuetudo immemorabilis habet vim priuilegij.*
14 *Immemorabilis comparatur priuilegio.*
15 *Immemorabilis inducit iuſtam cauſam.*
16 *Ex priuilegio poßunt percipi fructus beneficij .*
17 *Argumentum de conſuetudine ad priuilegiũ valet.*
18 *Quæ ſunt ſolita,non debent mutari.*
19 *Populi poßunt cogi ad ſeruandam conſuetudinem
de dando quid in exequijs mortuorum.*
20 *Conſuetudo contra canones valet.*
21 *Valet conſuetudo de dando candelas de cera alba.*
23 *Simoniaca datio pro electione , collatione, & præ-
ſentatione.*
24 *Conſtitutio Pij IIII.& Pij V.de confidentijs tollit
conſuetudinem.*
25 *Clauſula non obſtantibus quid importet.*
26 *Textus Concilij Tridentini habent decretum irri-
tans.*
27 *Vbi lex eſt clara,nulla difficultas.*
28 *Deductiones fructuum beneficiorum pro vſibus pijs
permiſſȩ.*
29 *Conſuetudo,vt Canonicus nouus ſoluat primos fru
ctus pro anniuerſario improbatur.*
30 *Collator non poteſt aliquid ſibi retinere ex fructi-
bus beneficiorum.*
31 *Notarius pro collatione beneficij non poteſt recipe
re pluſquam aureum.*
32 *Epiſcopus non poteſt quicquam recipere ex colla-
tione .*
33 *Iura tollentia Simoniam, non tolluntur ex non vſu.*
34 *Quadraginta anni ad præſcribendum contra legẽ.*
35 *Secretarius Epiſcopi non poteſt recipere vnũ ſcu-
tum pro ſigillo in collatione beneficij.*
36 *Nihil recipiendum pro introducendis presbyteris
in Eccleſia.*
37 *Conſuetudo non excuſat delictum , ſed illud aggra-
uat .*
38 *Archidiaconus non poteſt recipere aliquid pro in-
ueſtitura.*
39 *Pro conſecratione Epiſcoporum , & benedictione
Abbatum non poteſt recipi aliquid.*
40 *Reuocatum cenſetur ac ſi non eſſet.*
41 *Statutum in electione Abbatis, quod ſit triennalis,
an ſimoniacum.*
42 *Statutum factum ſede vacante abſque neceſſitate
nullum.*
43 *Ex inualido ſtatuto non committitur Simonia.*
44 *Onus impoſitum præbendȩ vacanti , quando Simo-
niacum.*
45 *Capitula Conclauis non ſunt Simoniaca.*
46 *Ex diuerſis non infertur.*

## QVAESTIO XXXVIII.

Confidentia eſt ſoluere aliquid pro collatione, & p̄
ſentatione,etiam uigore ſtatuti, & conſuetudinis.

Trigeſimo



TRIGESIMOOCTAVO Quæro, an ſit con
fidentia ſeu ſimonia ſolutio omnium,uel par
tis fructuum facta collatori electori,Præſentanti,&
ſimilib.uigore ſtatuti,conſtitutionis etiam Apoſto
lica auctoritate confirmatæ,vel conſuetudinis, etiã
immemorabilis pro electione, prȩſentatione , No-
minatione, Inſtitutione, confirmatione , Collatio-
ne,vel alia prouiſione beneficij Eccleſiaſtici, aut di
gnitatis?

1 Negatiuam,opinionem uidetur†firmare Nauar.
conſ.1.de ſim.per totum,& præcipue nu.2.& 3.
Et mouetur ex Extrauag.ſuſcepti, quæ eſt pri-
ma,ſub tit.ne ſede uacante aliquid innouetur,in ex
trauag.com.ubi Io.XXII.improbat Priuilegia , &
2 Conſuetudines,ac ſtatuta recipiendi†fructus benefi
cij collati in Primo,& Secundo ac ſequẽtibus annis
ne cultus diuinus minuatur,& ideo illa reſtringit ad
partem aliquam fructuum , vt reliqua remaneat ei,
cui collatum eſt beneficium,his uerbis ſuſcepti Re
giminis cura nos ſollicitat, ut quæ in Eccleſijs non
abſque diſpendio miniſtrorum,& Cultus detrimẽ-
to diuini ſeruari uideamus per appoſitionem con-
grui moderaminis in melius reformemus.Cum ita-
que in nonnullis Eccleſijs obſeruetur, qđ fructus
primi,uel ſecundi,aut alterius cuiuſque alterius an-
ni beneficiorum uacẽtium in eiſdem defuncto, vel
fabricæ,aut Eccleſijs,uel perſonis habentibus anna
lia de Conſuetudine Priuilegio,uel ſtatuto applicẽ
tur in totum.Ita quod illis,qui huiuſmodi beneficia
canonice obtinent,& ad quos alias de iure fructus
ipſi ſpectare deberent,nihil inde percipiunt &c.ſe-
quitur uſque ad uerſ.Niſi forſan.

Et ibi Ienſelin.dicit cauſam finalem reſtrinctio
nis eſſe fauorem cultus diuini pro quo multa ſpecia
3 lia†ſunt inducta c.ex parte de Coſt.ca.quia per am-
bitioſam de reſcr.lib.6.

Comprobatur hæc concluſio conſiderando ſta-
tuta,& conſtitutiones Eccleſiarum id permitten-
tes ad not.per Bartol.in leg.omnes populi ff.de iu
ſti.& iur.& in le.Philippus Barbarius ff.de offic.prȩ
ſidis maxime cum ſint a ſede Apoſtolica confir-
4 matæ,quȩ corroborat † ius Alexand. conſil. 122.
uiſo puucto colum.penul.le.4.Bald.in l. falſus co-
lum.2.C.de furt.Idem Bald.in l.Nominationis cir-
5 ca finem C.de appellat.nam hæc eſt Natura†Con-
firmationis vt addat rei confirmatæ,Bald.in le.ad-
uerſus, in fine C.ſi aduerſ.rem iudic.Cuma.cõſ.97.
Corn.conſ.278.lib.1.cum alijs,vt per Dec.in rubr.
de confirmat.util.vel inutil.nume.3.cum ſeq.

Accedat conſuetudo prȩſuppoſita,quæ poteſt in
6 ducere,ut fructus vnius beneficij ad tempus † alij
applicentur,uel dentur,ut dicit Zen.de caſſado.ex-
trauagan.prima,uerbo de conſuetudine,ne ſed.uac.
allegat not.in cap.cum non deceat de elect.libro 6.
7 conſuetudo enim ius non † ſcriptum appellatur §.
conſtat,& §.ex non ſcripto de iur.natur.gent.& ci
uil.Inſtitut.cap.conſuetudo §.cum itaque diſt. pri-
ma. Dec. in rub. de conſuetudine colum. prima,&
ideo attenditur in unoquoque loco conſuetudo il-
8 lius†loci l.ſi fundus ff.de Euic.l.ſemper in ſtipulatio
bib. ff.de reg.iur.Bald.in l.cunctos populos col.11.
C.de ſum.trin.& fid.cath.cum alijs,& per Gabr.cõ.
9 concl.de conſuetudine concl.2.col.1.& ab ea†reci-
pit interpretationem actus l.quod ſi nolit.§. quia aſ
ſidua.ff.de ædil.edict. Ioann.Andr.in reg.quod fa-
cit circa finem de regu.iur.Bar.in l.nemo.colum.1.
ff.de duobus reis.Abb.in c.cum M.col.2.de conſti.
10 Aret.conſi.11.col.ult.& ex ea†infertur ad permiſ-
ſionem actus,Roman.conſi.114.colum.2. Ale.con
ſi.107.col.penul.lib.2.Imol.in cap.potuit,locat.Ia-
ſon in l.ut liberis col.3.C.de collat.Bertand.conſil.
126.lib.1.Ruin.conſi.74.colum.1.uol.1. & conſil.
104.col.prima,vol.5.Cardin.Pariſ.conſi. 13.col.3.
uolu.primo,cum alijs,vt per Tiraquell.de retract.li
gniag.§.primo.glo.18.num.79. Conſuetudo enim
11 facit†licitum,quod alias erat illicitum.Auth.de con
ſu.ciui.§.quia uero.Archid.in cap.quia ſan.diſt.63.
& econtra facit delictum quod alias minime erat l.
ſalutari §.ſunt quidam ff.de extr.ord. crim. & ideo
* communiter*receptum eſt conſuetudinem excu-
ſare a pœna Glo.in c.uenerabilis de conſuet.Rom.
ſing.19. & ideo dicit D.Thom.2.2.q.100. ad ſecũ
12 dum quod † conſuetudo facit ut non ſit peccatum,
quod erat alias.

13 Eoque magis cum ſit†immemorabilis , ut p̄ſup-
ponitur,quȩ habet uim priuilegij cap.ſuper quibuſ
dam §.prȩterea,& ibi glo.de uerb.ſignifi. Gemin.
in ca.Catholica.in fine diſt.11.Ale. conſ.6.colum.
prima lib.primo.Cuman.conſ.83.circa finem,Dec.
conſi.368.num.1.& 496.nu.5.Aret.conſi.15.colũ.
ult.cum infinitis adductis per Gabr.com.conclu.de
14 prȩſcript.conclu.1.num.1.& † comparetur priuile-
gio,Barbat.conſi.35.col.4.lib.2.Alex.conſ. 70.col.
2.lib.4.Anchar.conſ.142.colum.1. Oldrad.conſil.
72.colum.prima.Bald.conſi.49.lib.primo & indu-
15 cat†iuſtam cauſam le.hoc iure §.ductus aquæ ff.de
aq.ȩſt.& quot.Bart.in l. quominus in 2.q.ff. de flu-
min.& in l.ſi publicanus §.in uectigalibus ff.de pu-
blic.Soc.Sen.cõſ.7.num.4. lib.3.Guid.Pap.cõſ.65.
in princ.Loffr.conſ.40.num.48.Grat. conſ. 61.nu.
21.uol.1.Ballamer.conſ.27.col.prima.Signorol. cõ
ſi.249.col.4.Card.conſ.38.col.1.

16 Accedat prȩterea quia hoc poteſt†concedi priui
legio ut firmat Nauar.d.conſ.primo num. 2. uerſi.
at palam,& tit.de ſim.& prius hoc tenuit Zenſelin.
de Caſſan.in d.extrautg. prima uerbo priuilegio.
ne ſed.uacant.ex tex.in c.ſi Papa de priuileg. c.tua.
17 de uerbor.ſignific.& ex alijs ut ibi:ergo,&†conſue-
tudine immemorabili.Affl.ſuper conſtit.regn.titu.
de probat.per Inſtr.nu.11.& tit.de præſcript.num.
19.Abb.in c.2.num.11.de immu.Eccl. Io. Prob.in
addit.ad Io.Monach.in ca.primo num.23.de præ-
ſcr.lib.6.Card.Paris.in ca.cum uobis num.4.de præ
ſcr.& conſ.101.num.6.uol.1.Franc.in c.primo in ſe
cundo not.de conſuetudine li.6.Anchar.conſ.142.
col.1.Felin.in cap.ſi diligenti colum.pen.de præſc.
& communiter Doct.

Comprobatur ex l.Priuilegia in fine. C. de ſacr.
ſan.Eccl.ubi habetur,quod ea quæ ab antiquo ſunt
18 ſolita†in Eccleſijs,ſeu Monaſterijs non debent ali-
quomodo immutari,& ibi Bar.& alij,Abb.ĩ c.abo-
lendæ de ſepult.facit c.nec numerus 10.q.3.ubi mã
dat ſeruari,quæ de conſuetudine ſeruantur in Eccle
ſijs:Hinc dicit glo.in c.ſuam. de ſim. quod poſſunt
19 †cogi populi ad ſeruandam conſuetudinem de dan
do quid ſacerdoti in Exequijs mortuorũ,& faciunt
c.quæſitum,prima qu.3.c.agatoſa diſt.63.cap. con-
20 queſtus 9.q.3.& conſuetudo†etiam contra Cano-
nes valet,Abb.in c.ult.de conſuet.Ac Doct.in c.ad
Apoſtolicam de ſim.ſcribunt ualere conſuetudinẽ
21 †ut a clericis dẽtur quolibet anno candelæ de cera
alba.Abb.in c.cum ab omni.col.4.de uit.& honeſt.
cler.Arch.in c.ſi quis.diſt.41.Feder.de ſen.cõſ.250.
Redoan.de ſim.p.1.c.4.nu.4.cum ſeq.

* His tamen non †obſtantibus cõtrariam opinio-
22 nem exiſtimo ueriorem,& receptam in*Praxi,ut ſit
confidentia,& ſimonia,ſolutio fructuum facta col-
latori,electori,& præſentãti,pro collatione electio
ne,& prçſentatione uigore ſtatuti,conſtitutionis ẽt
iuratç, & a ſede Apoſtolica confirmatæ , ac etiam
conſuetudinis etiam immemorabilis. Et moueor
23 primo quia datio,uel promiſſio†pro Electione prç
ſentatione aut collatione eſt confidentia, ut dicitur
expreſſe in d.conſt.Pij V.in §.Itidem,in cuius inter
pretatione deduxi rationes, & corroborationes,e-
ritque etiam hçc confidentia non obſtantibus ſta-
tutis iuratis,& confirmatis,ac conſuetudinib.etiam
immemorabilibus,nam prædicta ſunt ſublata qua-
24 tenus repugnant,†crimini confidentiæ,vt dicitur in
Conſtitutione Pij IIII.109.incipient. Romanum,
contra confidentiarios edita,ut patet ibi,non obſtã
tibus &c.ac alijs conſtitutionibus, nec non collegij
prçfati iuramento cõfirmatione apoſtolica,uel qua
uis firmitate alia roboratis,ſtatutis, & conſuetudini
bus contrarijs quibuſcunque &c.& in d.conſtitutio
25 ne Pij V.ibi non † obſtantibus, & faciunt quæ ſcri-
bunt Riminal.iunior conſ.23.num.177.& ſequen.
volu.1.Burſ. conſ.79.nu.19.uol.1.& conſ.349. nu.
23.uolum.4.Cephal.conſil.133.num.94. & Goza.
conſi.5.num.16.
Secundo & fortius ex decreto Conc.Trident.ca.
14.ſeſſ.24.de reformat.ubi hoc expreſſe dicitur per
hçc uerba.In pluribus Eccleſijs, & ea quæ ſequun-
26 tur,quod Decretum,habet decretum †irritans,ut a-
lia omnia,ex conſtitutione Pij IIII.ſuper eius con-
* firmatione,vt omnes tenent,& fuit reſolutum * in
Rot.in vna Segnin.unionis coram Blanchetto pri
ma Iulij 1592. pro cuius decreti comprobatione,
maiorique obſeruantia,& ampliatione , ſanc.men.
Pius Quintus edidit conſtitutionem anno 5. Ponti
ficatus incipien. durum nimis,quæ in Bullario repe
ritur in ordin.106.fol.1081.
Ex prædictis decreto Concilij, & conſtitutione
Pij V.ſatis expreſſe præſens quæſtio deciditur, ut
27 nulla remaneat†difficultas.leg.Ancillæ C. de furt.
Namque prohibentur ſolutiones,promiſſiones,cõ
ditiones,& deductiones ex fructibus, compenſatio
nes,& alia huius generis, pro Electione Præſenta-
tione Nominatione Inſtitutione Confirmatione
Collatione uel alia Prouiſione uel Admiſſione ad
poſſeſſionem,etiam ſi fuerint introductæ huiuſmo
di ſolutiones pro ſoluendis Eccleſiæ debitis,uel ꝑ
ſupportandis oneribus illarum, aut alijs etiam vr-
gentiſſimis cauſis,non obſtantibus,quibuſcunq; ſta
tutis,conſtitutionibus,& conſuetudinibus etiam im
memorabilibus etiam Apoſtolica auctoritate con-
firmatis,quas etiam cum Priuilegijs conceſſis, etiã
multiplicatis uicibus,innouatis, reuocat, & abolet
Pius V.per ampliſſima uerba ſub pœna excommu-
nicationis,& alijs pœnis contra ſimoniacos: Et ea
dumtaxat conſuetudo uidetur permiſſa, quæ uult
28 vt huiuſmodi ſolutiones conuertãtur †in uſus pios,
ut dicitur d.decreto Concilij,ibi ut quæcunque hu-
iuſmodi in uſus pios non conuertuntur &c.Et alias
cenſuit ſacra Congregatio Concilij, dummodo nõ
petantur pro pretio ut declarat Nauarr.conſ.66.nu
mero 2.de ſim.quæ Congregatio alias dãnauit con
29 ſuetudinem Eccleſiæ Vtinens:ſoluendi integros †
fructus vnius anni Canonicatus pro anniuerſario
celebrando,vt uidi ex litteris ſubdat.23. Auguſti
1591.ſubſcriptis ab Illuſtriſſimo Cardi. Matthæo,

* Et hodie receptum*eſt collatorem non poſſe †ali-
30 quid ſibi retinere ex fructibus beneficij,ut etiam re
ſpondit ſacra Congregatio. Et ideo recol. memor.
Greg. XIII. ex ſententia ꝑdictæ ſacræ Cõgregatio
31 nis concilij cenſuit Notarium†pro collatione bene-
ficiorum & inſtitutione nihil aliud recipere poſſe,
quam aureum ubi aliunde ſalarium non habet, ita
tamen ut de eo nihil participet Epiſcopus , idque
iuxta diſtinctionem quæ fit in ca.primo ſeſſ.21. de
reformat. in eo quod debet Notarius recipere ex
collatione ordinum,& ideo conſuluit Nauar.conſi.
13.tit.de ſim.illicite, & non abſque labe Simoniæ
32 N. Epiſcopum pro † collatione beneficij percipere
tertiam partem fructuum illius,cum nihil ſit dan-
dum pro collationibus,ut late oſtendit Coſm.in gl.
Concilij Bitturicen.tit.de annat.in princ.Nauar.in
man. ca.23.num.103.& 111.ex not.in ca.primo de
Simo.& improbat allegationem de non uſu d. de-
creti Concilij,cum iura Simoniacam labem uetan-
33 tia non poſſint tolli†per non uſum, quia ſunt cõfor
mia iuri diuino, & naturali, contra quæ præſcribi
non poteſt,ut late dicitur in c.ult.de conſuetu.eoq;
34 magis cum nõ ſint elapſi 40.anni,† ut requiritur ad
perſcribendum contra legem Canonicam, ut late
probat Fel.in c.primo nu.7.de treg.& pace.& alias
recte conſuluit idem Nauar.conſ.7.de Sim.Secreta
rium Epiſcopi Archiepiſcopi,vel Cardinalis, non
poſſe cum conſcientia accipere vnum ſcutũ pro ſub
ſcriptione,& regiſtratura bullæ prouiſionis benefi-
cij,in qua nullum alium laborẽ habuit,& pro appẽ-
35 ſione†ſygilli in eadem bulla alterum ſcutum,nõ ob
ſtante conſuetudine præſuppoſita,ex eodem c. 14.
ſeſſ.24.de reform.c.ex multis 1.q.3.c.inſtituatur,&
c.cum in Eccleſiæ, & c.Iacobus de Sim.ubi dicitur
nihil poſſe accipi a quopiam pro collationibus be-
neficij,& Concilium innouat Canones,qui iã abie
rant in deſuetudinem,ſcilicet c.primum, de Simo.
c.ſicut Epiſcopum prima,q.2.& Concilium ſubſtu
lit conſuetudines,quod nota,quia multi decipiunt.
Hinc dicitur in ca.cum Eccleſia de Simon.quod
nihil recipiendum eſt pro introducendis presbyte-
36 ris†in Eccleſiam,& c.non ſatis eo.tit.ubi Abb.dicit
37 conſuetudinem non excuſare,†ſed aggrauare deli-
ctum,& peccatum,& Sum.Pont.in ca. non tantum
eo.titu.mandat de ea Prouincia abolendam quan-
dam Conſuetudinem recipiendi ab Archidiacono
38 marcham argenti†pro Inueſtitura,& ca. ſicut pro
certo,eo.tolluntur conſuetudines exigendi pro Cõ
39 ſecrationibus†Epiſcoporum,Benedictionibus Ab
batum,& ordinibus,& in cap.pen.de ſepult.abole-
tur conſuetudo ſoluendi aliquid pro ſepultura cap.
quæſta 13.q.3.
Non obſtant contraria, nam ad ea breuiter re-
ſpondetur eſſe derogata per huiuſmodi decretum
Concilij,& dictam coſtitutionem,nam ſunt ſubla-
tu ſtatuta,& conſtitutiones etiam iuratæ,& confir-
matç a ſede Apoſtolica,& conſuetudines etiam im
memorabiles.Ideo ſuper eis non poteſt fieri conſi-
40 deratio , & iudicantur, † ac ſi non eſſent iuxta ea,
quæ ſcribunt Dec.conſil.469.numero octauo.Car-
din.Pariſ.conſil. 104.num.69.uolu.primo,& conſi.
105.num.8.uol.4.Cephal.conſi.136.num. 18.libr.
1.Ruin.conſ.13.num.27.lib.2.
Nec huic concluſioni obſtat deciſ.344.Achil.de
Gra.in impreſ. nam loquitur in diuerſis terminis,
nam ibi uacante Abbatia per obitum Abbatis, fuit
41 factum ſtatutum, quod † Abbas eligendus eſſet
triennalis



triennalis,qui prius erat perpetuus,Item quod bona
quæ erant Abbatis,eſſent totius Conuentus,quære-
batur an electio ſubſequuta eſſet Simoniaca, & Ro
* ta in*illa Ciuitaten.coram Fabio tenuit negatiuam
ex duobus,primo quia huiuſmodi ſtatutum factum
42 ſede uacante abſque aliqua neceſſitate†fuit nullum
Lap.alleg.20.Doct.in c.primo,ne ſed.uacant. aliq.
in nou.Pauin.de poteſt.c.ſed.uac.par. prima quæ.7.
num.8.par.2.q.8.num.7.Card.Pariſ.conſ.90. nu.3.
43 & 26.uol.4.& ex inualido ſtatuto†non committi-
tur Simonia.Abb.poſt Inn.in c.cum M.nu. 24.uer.
in fin.glo.de Conſt.
Secundo,quia quando per uiam ſtatuti imponi-
44 tur † onus præbendæ uacanti non dicitur ſimonia
c.ſignificatum,ubi Abb.de præb.Bellam.in c.ſigni-
ficaſti col.2.uer.de ſtatuto,ubi Henr. Boich.uerſi.ſi
per modum de elect.Idque comprobat ipſe Achil.
ex dicto Gammar.in extrauag.Iulij.2.in gl.ſuper Si
45 monia ubi uult,capitula cõclauis non†eſſe Simonia-
ca ut ſit differentia inter dantem , & recipientem.
In caſu illius deciſionis nemini fuit datum,uel ꝓ
miſſum,ut ibi in fine Achi.tradit. Quod ſecus eſt in
caſu quçſtionis noſtræ.Ideo ex diuerſis non infer-
46 tur†uulg.l.Papinianus ff.de minor. Et primo anno
quo veni Romam ſcilicet 1580.ita vidi conſultum
per plures Doctiſſimos uiros.

*S V M M A R I V M.*

1 *Affectus punitur etiam non ſequuto effectu.*
2 *Maxime in atrociſſimis.*
3 *Aſſaſſinus punitur etiam ſi non perfecerit.*
4 *Simoniacus punitur non ſequuto effectu.*
5 *Confidentia eſt ſpecies Simoniæ.*
6 *Tractatus ſuper Confidentia,ea non ſequuta non punitur.*
7 *De generali conſuetudine conatus non punitur.*
8 *Concluſio attenditur,& non tractatus.*
9 *Concluſio dicitur contractus,& actus.*
10 *Multa tractantur,quæ non fiunt.*
11 *Multa dicuntur,quæ non fiunt.*
12 *Teſtes deponentes de tractatu non probant actum.*
13 *Ex tractatu nullum quæritur Ius.*
14 *Conſuetudo ſeruanda.*
15 *In Simonia mentali ſufficit ſola mens.*
16 *Tractantes de Simonia poſſunt recedere.*
17 *Pœnitentia excuſat a delicto.*
18 *Scriptura fit ad probationem.*
19 *Vt ſit Simonia, debet compleri quod tratactum fuit.*

## QVAESTIO XXXIX

Quando tractatus illicitus ante renunciationem ſit
punibilis.

TRigeſimo nono Quæro,an Tractatus de renũ-
ciando beneficium ſub confidentia, ſit punibi
lis per has Coſtitutiones Pij IV.& Pij V. non ſequu
ta reſignatione?
Pro Affirmatiua primo facit, quia de iure com-
1 muni † punitur affectus , & conatus ad delin-
* quendum,etiam ſi non ſequatur delictum * Com-
munis opinio,teſte Io.de Lignano conſi. 20.nu.15.
inter conſilia criminalia diuerſ.lib.primo, & maxi-
2 me in† atrociſſimis,in quibus regulariter punitur af
fectus, etiam non ſequuto effectu,glo.in l.prima §.

hæc autem uerba in uerſiculo putamus ff.quod quiſ
* que iur.*communis opinio teſte Fel.in cap. primo,
poſt nu.9.uerſ.limita 2.de off. delega. Igneus in l.
prima,§.occiſorum.num.41.ff.ad Sillan. refert etiã
* Papo lib.23.tit.10.per totum, & ideo* communis
3 opinio eſt in†aſſaſſinio puniri affectum etiam nõ ſe
quuto effectu.Angel.in conſ.14.Affl. ſuper prima,
par.conſtit.regu.rubr.12.num.11.Grammat.uot.9.
Clar.lib.5.recept.ſent.§.Aſſaſſinium.uerſ.ſcias etiã.
Et in homicidio l.is qui cum telo ff.ad l. Corn.de
ſicar.Clarus §.homicidium uerſ.ult.quæro, & tamẽ
hoc delictum eſt atrociſſimũ,iuxta ea quç dixi alias.
4 Secundo,quia in crimine†Simoniæ punitur affe-
* ctus non ſequuto effectu,* communis opinio teſte
Boer.de ſeditioſis in ſeptimo præſuppoſito nu.42.
Igneus d.l. prima §.occiſorum nu.41. ff.ad Sillan.
Ergo & in crimine confidentiç,cum confidentia ſit
5 ſpecies Simoniç,iuxta†communem*opinionem.
His tamen non obſtantibus,contrariam opinio-
nem exiſtimo de iure ueriorem & tenendam in iu-
6 dicando,& conſulendo,ut tractatus†ſuper confiden
tia, ea non commiſſa realiter non ſit punibilis.quod
uidetur expreſſe firmare Nauar.conſ.48. de ſimon.
Et hanc ſententiam probo,Primo ex eo,quia Con-
ſtitutiones prædictæ Pij IV.& Pij V. loquuntur in
caſibus,in quibus fuerit confectus actus,puta colla-
tio renunciatio,perceptio fructuum,ut ex eorum le
ctura licet uidere. Ergo cum non puniant expreſſe
7 conatum,ſtandum erit generali conſuetudini, † ita
expreſſe Clar.§.ult.q.92.uerſ.ſciat. Vt etiam in atrõ
ciſſimis non puniatur affectus, non ſequuto effectu
* pro ut de hac generali*conſuetudine atteſtatur Spe
cul.in tit.de accuſ.§.primo,num.7.in fi.quem refert
Alex.conſ.15.nu.2.lib.1.& conſi.140.num.2. lib.2.
Iaſ.in l.prima,§.ult.in fi.ff.quod quiſque iur. Boer.
deciſ.316.num.3.Bal.conſ.361.in fi.lib.1. & conſi.
443 num.3.lib.3.Fulgoſ.conſ.149.poſt nu.4.Gram
mat.deciſ.2.nu.8.Marſ.conſ.51.nu.14.Mantua cõſ.
31.nu.2.lib.2.Barb.conſ.33.lib.2. Grammat. conſ.
8.num.15.& ita pluries fuiſſe iudicatum atteſtatur
Clar.d.q.92.col.prima,2.& 3.
Secundo quia regulariter ſemper attenditur con
8 cluſio,†ac effectus,& non tractatus l.ſi uoluntate C.
9 de reſc.uend.ſola.n.concluſio dicitur† contractus,&
actus,Bal.in l.contractus per illum tex.C.de fid. in
ſtr. Bal. in l.in præſcriptione in fi. C. ſi contra ius
Io.Andr.& alij in cap.ſuper literis de reſcript. nam
10 multa†tractantur inter partes, quæ non ueniunt ad
concluſionem nec effectum l.ſi ex cauſa §. nec uidẽ
dum in fi.ff.de minor.c.dudum de reb. Eccl.non a-
11 lienand.& multa†dicuntur,quæ non fiunt l.ſciendũ
§.primo,ff.de ædil.Edic.Bal.in l.multum per illum
text.C.ſi quis alteri,uel ſibi.Dec.conſ.11.col.prima
12 & ideo teſtes deponentes de tractatu , † contractus
non ſufficiunt,& non probant contractum,Iaſ.cõſi.
22.in quæſtione,in fine,& conſ.24.in cauſa, col.3.
13 libr.3.Hinc ex tractatu†nullum quæritur ius parti
donec fuerit res firmata,c.tua,de his quæ fiunt a ꝑl.
reſpondit Alex.conſ.28.col.1.lib.1.
Non obſtant contraria,nam ad Primum reſpon
detur,de generali conſuetudine diu obſeruata per
* totum fere orbem * non puniri affectum,non ſequu
14 to effectu,teſte Clar.d.q.92.in principio, quæ† con-
ſuetudo potius quam ius erit ſeruanda,ad not.in ca.
ult.de conſuetudin.
Ad ſecundum reſpondetur,id procedere in Simo-
15 nia mentali,in qua†ſola mens,& uoluntas ſufficit,c.
ult.

ult.de Sim.gl.& dd.in c.conſulere,Io,And.& Abb.
in c.tua nos,eo.tit.c.reperiuntur,& ibi gl,c.quæcum
que,& ibi gl.1.q.1.Arch.in c.eos 1.q.1.& latiſſime
comprobat,Guliel.Redoan.de Sim.parte, 1.c.5.6.
7.cum ſequen.
16 Amplia,primo,hanc cõcluſionem†procedere etiã
ſi ſequuta,ſit renunciatio,ſed non eo modo, ut fuit
tractatum,ita Nauar.conſ.48.de Simon.ubi reſpon
det nullam fuiſſe commiſſam Simoniam,& confidẽ
tiam ex tractatu illicito facto antea de reſeruandis
quibuſdam,a quibus fuit receſſum aduertentes pa-
ctionem eſſe illicitam.

Amplia ſecundo, hanc concluſionem procede-
re etiam ſi poſt tractatum illicitum reſignatarius,
uel alius pro eo tradidiſſet reſignanti chirogra-
phum continens promiſſionem illicitorum, nam
ſi receſſerũt ab huiuſmodi pactionibus illicitis, nul
la committitur confidentia, ita reſpondet Nauarr.
d.conſ.48.de Simon.
17 Et Regulare eſt,ut penitentia,ante patratum †
delictum excuſet in delictis,Io.Andr.in c.cum lai-
ci,de iur.patr.Aug.ad Angel.de malef.in uerbo, &
ueſtem celeſtem,nu.39.

Nec ex datione illius ſcripturę uidetur conſuma-
ta confidentia,cum id fecerit,ut dicit Nauar.nu.3.
ad probationem promiſſorum,ſed tradere ſcriptu-
ram pro probatione promiſſi,nõ eſt implere partẽ
promiſi,Nauar.in man.c.23.nu.106.ergo.

Et ad Comprobationem prædictarum cõcluſio
num adducitur,quod ſcribit Rebuff.conſ.63.n.13.
ut non ſit Simoniaca reſignatio,ſi reſignatarius nõ
compleuit,& non peruenit ad faciendum, quod in
pactum deduxit,quã opinionem dixi ueram, de re-
ſign.benef.lib.14.q.7.nu.72.

Et hanc etiam ſententiam uidetur firmare, Na-
uar.conſi.42.de Simon.ubi firmauit non eſſe Simo
19 niam admiſſam,ſi non fuit†completum,id quod de
ductum fuit in pactum.

*S V M M A R I V M*

1 *An in ſupplicatione ſit exprimendus Papæ Tracta-tus illicitus & nu.* 10.
2 *Papæ modus facti narrandus.*
3 *Reſcriptum nullum tacendo modum.*
4 *Ex generalitate poteſt quis circunueniri.*
5 *Ignorans non confirmat.*
6 *Papa non diſpenſat ſuper uitio ignorato.*
7 *Flagitioſi ſunt indigni beneficiis.*
8 *Ignorantia præſumitur niſi ſcientia probetur.*
9 *Diſpenſatio ſtricte interpretatur quatenus ſonat.*
11 *Auctoritas Papæ excuſat etiam ſi ſubſequatur.*
12 *Pactio firma eſt ſimoniaca.*
13 *Tractare eſt in medio ponere.*
14 *Tractatus poſſunt fieri circa beneficia.*
15 *Ex ſcientia in genere Papa uidetur approbare.*
16 *Certa ſcientia Papæ importat diſpenſationem.*
17 *Promouens inhabilem ex certa ſcientia, videtur diſpenſare.*
18 *Ex certa ſcientia Papæ conſtat, quando eſt expreſſum.*
19 *Ex narratis conſtat ex certa ſcientia.*
20 *Ex uerbis ſupplicationis colligitur ſcientia.*
21 *Ex tenore conceſſionis certa ſcientia.*
22 *In dubio præſumitur facere Princeps ex certa ſcientia.*
23 *Certa ſcientia probatur coniecturis.*
24 *Ita etiam ſcientia alicuius.*
25 *Habens præ manibus ſcripturã, uidetur habere ſciẽtiam illius.*
26 *Scientia poteſt probari teſtibus.*
27 *Papa reſeruat penſionem in reſignatione, & non partes.*
28 *Reſcriptum nullum, cum non narrantur quæ debent.*
29 *Quod colligitur ex vi uerborum cenſetur expreſſum*
30 *Quod eſt veriſimile eſt attendendum.*
31 *Ceſſat præſumptio ignorantiæ probata ſcientia.*
32 *Non præſumitur ignorantia in his quæ ſpectant ad aliquem ratione officii.*
33 *A ſtilo non eſt recedendum.*
34 *Reſignans poteſt licite tractare de reſeruatione fructuum.*
35 *Pactum de ſoluendo certam penſiouem, quando Simoniacum.*
36 *Beneficia abſque diminutione danda.*
37 *Et abſque pactione.*
38 *Reſignans poteſt tractare de penſione ſoluenda.*
39 *Permutatio reciproca quando licita.*
40 *Et quando coram Ordinarijs.*
41 *Cedens Epiſcopatum ob recompenſam non committit Simoniam.*
42 *Non omnis correſpectiuitas inducit confideutiam.*
43 *Auctoritas Papæ tollit Simoniam prohibitam.*
44 *Actus attribuitur concedenti.*
45 *Bonum eſt in tractatu remittere negotium Sanctiſſimo.*
46 *Scriptura ſuper tractatu reſignationis non iuducit Simon.*
47 *Actus ſubſequens oſtendit animum præcedentem.*
48 *In actu cenſetur præſeruata authoritas ſuperioris.*
49 *Pactum de ſoluendo pluſquã Papa ordinat, eſt Simoniacum. & num.* 53.
50 *In foro Conſcientiæ, quis non tenetur ex actu conceſſo a ſuperiori.*
51 *Ex tractatu non committitur nec etiam Simonia mẽtalis.*
52 *Conſumantes tractatum ante conceſſionem Papæ committunt Simouiam.*
54 *Narrãs falſam cauſam pro obtinenda cõceſſicne Papæ non excuſatur a Simonia.*
55 *Ex falſa cauſa litteræ ſunt ipſo iure nullæ.*
56 *Diſpenſatio obtenta ex falſa cauſa nullum producit effectum.*
57 *Faciens illicitum ex licentia inualida non excuſatur a pœna.*
58 *Coniecturæ quæ probeut fraudem.*
59 *Beneplacitum non obtentum non excuſat.*
60 *Ceſſio uigore concordiæ quando Simoniaca.*

## QVAESTIO XXXX.

Tractatus inter Reſignantem, & Reſignatarium quando ſint exprimendi,& quomodo in ſupplicatione.

QVadrageſimo Quero,an reſignans, & reſigna
tarius debeant exprimere ſummo Põtifici,tra
ctatus Simoniacos,& cõfidentiales initos an-
te reſignationem inter ipſos,ut excuſentur a confi-
dentia,& pœnis pro ea impoſitis,uel ſufficiat Papã
de eo tractatu habere ſcientiam in genere.
1 Et eſſet†Papę narrandum factum explicite,& om
nem conuentionem,ac pactionem illicitam firma-
tam inter partes exprimendam in ſupplicatione, ut
excu-



excuſentur reſignans,& reſignatarius a Simonia,&
confidentia,uidetur firmare Caccial. poſt Glo.quã
citat in c.cum pridem,in tract.de penſ.q.19.nu.20.
* in fine,ubi dicit,illam*communiter approbatam,&
Oldr.quem refert,& ſequitur Card.Pariſ. cõſ.143.
nu.25.uol.4.Et hæc ſententia,Primo probatur, qa
2 regulare eſt, ut Papæ etiam modus†facti narretur,
Gl.Inno.& Abb.& alij in c.dilectus filius,de reſcr.
3 Et ideo vitiatur†reſcriptum non ſolum tacendo id
quod eſt factum,ſed etiam tacendo, quo modo, &
ex qua cauſa,gl.per illum tex in d.c.dilectus filius,&
ibi Fel.ſingulariter,nu.8.ubi dicit,quod Rom.extol
lit hanc concluſionem.Card.Zabar.conſ,141.

Secundo comprobatur,quia ex generalitate, quæ
4 †obſcuritatem parit,poteſt Princeps facile circũue-
niri,l.ult.ad fi.ibi falſo ſermone ſe iactat.C.de dot.
promiſſ.facit,c.cum olim de re iud.

Tertio accedat quia pactio confidentialis, & Si-
5 moniaca,non poteſt a Papa†hoc ignorante confir-
mari,l.ſeruus in princip.ff.de bon. poſſ.l.bonorum,
6 C.qui admitt.Princeps enim non diſpenſat ſuper †
uitio ignorato,arg.l.ſed ſi hac §.patronum,ff. de in
ius vocan.quam in hoc Bal.allegat.in c.ſuper literis
7 de reſcr.Imo Summus Pontifex exiſtimabat† flagi-
tioſos indignos beneficio c.cum in cunctis, cum ibi
not.de elect.arg.l.lucius,§.lucius Titius ff. de leg.2.
dixi late de reſig.benef.lib.4.q.1.cum ſeq.
8 Quarto Cõfirmatur,qa†regulare eſt,ut ignoran
tia pręſumatur niſi ſciẽtia probetur ca. pręſumitur,
de reg.iur.l.uerius in prin.& ibi Gl.ff.de prob. Bar.
in l.is pốt n.18.ff.de acq.hær.Bal.in l.1.nu. 7. C.ad
Macedo.Card.Pariſ.conſi.65.in fin.uol.3.Bella.de
ciſ.562.num.1.
9 Quinto, quia diſpen ſatio ſtricte† interpretatur,
quatenus ſonat,& exprimit ca.1.de fil.presb.libr.6.
Cald.conſ.1.de conſang.& affin.Doct.in c.at ſi cle
rici §.de adulteriis,de Iud.

Sexto faciunt rationes deductæ per Cald.conſi.
* 8.de reſcr.ubi nu.4.dicit*ſeruari de ſtylo, & Burſa,
idem uult.conſ.393.num.15.uol.4.& late Gabr. de
pręſum.concl.7.nu.6.
10 His tamen non obſtantibus†contrariam opinio
nem exiſtimo ueriorem,& tenendam in iudicando
& conſulendo,ſcilicet ſufficere habere Papam ſcien
tiam in genere,& non requiri,ut tractatus Simonia
cus,& confidentialis exprimatur punctualiter ei, q̃
ſententiam uidentur firmare Fel.in c. ad audientiã,
2.nu.3.de reſeru,Sarn.de trien.q.12,col.3.Redo.de
Sim.par.2.c.16.num.32,& 43.Nauar.in man.c.23.
ſub nu.107.& alii quos retuli in tract.de reſign.be-
nef.lib.14.q.5.col.pe.& ult.Card.Pariſ.conſ.30.nu.
11 5.uol.4.ubi conſuluit authoritatem Papæ†non ſolũ
ſi pręcedat excuſare,ſed etiam ſi ſubſequatur, Gloſ.
Imol.& alij omnes in c.cum pridem de pact,& in c.
ex diligenti,de Simon.Fel.in c.de cętero, col.ult. de
* re iud.Dec.conſ.141.num.2,& 4.& de ſtylo * atte-
ſtatur Redoan.d.tract.de Simon.part.2.c.13.nu.4.
& nu.7,dicit,quod ſi non ſufficeret,& redderet tu-
tos reſignantem,& reſignatarium huiuſmodi ſcien
tia Papę ſaltem in genere,immineret laqueus ualde
uniuerſalis,& hanc opinionem,ego etiam tenui de
reſign.benef.lib.6.q.2.num.71.ubi dixi ita ſeruari,
* & teneri de ſtylo*antiquiſſimo,& nu.69. & 75. Et
12 primo facit,quia pactio firma eſt illa,quæ eſt†Simo
niaca,& confidentialis,d.c.cum pridem,& c. cum u
niuerſorum de rer.perm.Doct.in c.ex parte primo
de off.deleg.ſed tractatus nullam includit pactio-
13 nem firmam,cum tractare,nihil aliud ſit, † quam in
medio ponere,l.cum hic ſtatus,§.ambo,& ibi Glo.
in uerb.tractare,ff.de don.inter.uir.& uxor.l. natu-
ralis,§.ſed ſi facio,ff.de præſcr.uer.Ideo non mirum
14 ſi huiuſmodi tractatus,in Curia,de ſtylo ſunt † rece
pti,ut ſcripſi,d.l.14.q.5.nu.9.& poſſunt abſque ſcru
pulo tractare reſignans,& reſignatarius,dummodo
non compleant conuentionem,ante conceſſionem
Papę,Nauar.conſ.48.num.3.de Simon.& ſufficiet
habere ſignatam ſupplicationem cum modis conuẽ
tis abſque quo exprimatur,nam ex præſumpta men
te,& communi conſuetudine, cenſetur expreſſum,
& approbatum.

Secundo facit,quia eo ipſo,quod Papa habuit no
titiam renunciationis factæ ſub modo,& forma ex-
preſſis,ſecundum quam extitit ſupplicatum a reſi-
gnante,& reſignatario admittẽdo,& ſignando ſup-
plicationem,uidetur purgare omne uitium præce-
15 dens,& etiam approbare,quod † fuit tractatum, ita
Caccialup.de penſ.q.19.nu.17.ex gl.& tex.in c.niſi
eſſent,de pręben.& quod habetur, 1.qu.prima, ca.ſi
quis,& numer.18.dicit Papam uideri diſpenſare ex
certa ſcientia,argu.not.in ca.ueniens de fil. presb.&
* comminiter eſt receptum,*certam†ſcientiam Papæ
16 importare diſpenſationem,Gloſſ.ult.in Clem. Et ſi
principalis,de reſcr.& in clem.prima,de elect.Abb.
& Fel.in c.ſi quando de reſc.Gemin.in di.c. ueniens
17 Et ideo promouẽs†aliquem inhabilem ex certa ſciẽ
tia,uidetur ſecum diſpenſare,l.quidam conſulebant
in fi.ff.de re Iudic.& ibi Bar.in 2.not.& Imol.col.2.
l.imperiales,§.ſimiles,& ibi Bal.C.de nupt.Gem.in
c.ſi eo tempore,col.prima,de reſcr.libr.6.Io. Andr.
in c.ult.col.2.de Iud.lib.6.Old.conſ.329.col.1. Fel.
in c.præterea,col.5.de teſtibus cogend. Bellam. de-
ciſ.698.col.2.& deciſ.346.Card.Parii. conſ. 44.nu.
15.& ſeq.uol.4.

Ex quo ſequitur tertium argumentum,quia ſi ſuf
ficit certa ſcientia Papæ,ut illa tollat omne vitium
Simoniæ,ut etiam in hac materia latiſſime per Car.
* Pariſ.conſ.30.col.2.nu.3.& 4.uol.4. & alii omnes*
communiter,Ergo cum in caſu noſtro de ea conſtet
aliud non eſt exigendum,& id probo,quia de certa
18 ſcientia Papæ conſtat,non ſolum quando†id eſt ex-
preſſum,Gl.ult.in clem.& ſi principalis,de reſcrip.
Abb.in c.examinata in fine,de confir.util. uel inuti.
Alex.conſi.39.lib.4.quod dicit eſſe clarum, Deci.
in c.cum inter,n.19.de except.Pariſ.conſ. 3.n.55.&
57.uol.4.& conſ.19.n.13.uol.1.Alex.cõſ.122.n.23.
19 li.4.ſed ẽt qñ colligitur ex†narratis,Abb.in d. c.cum
inter,ubi allegat Innoc.in c.ſtatutum,de reſcr.lib.6.
Imol.in cle.2.in fi.eo.tit.Abb.in c.ad hæc in fi.& in
c.nonnulli,eo.tit.Arch.in c.ſeruatis,25.q.2. Ant.de
Butr.in c.porrecta,col.2.de confirmat.util.uel inut.
Aret.conſ.77.col.4.Bellam.deciſ.363.& 698.Rot.
deciſ.22.de refer.in nou.Zabar.conſ.11.Fran. Cur.
conſ.1.conſ.13.& conſ.35.Affl.deciſ.235.cum aliis
quæ ad hoc congerit egregie more ſuo Fel.in c.cũ
inter,colu.prima,& 2.ubi tandem,uerſ.multi, dicit
non eſſe recedendum ab hac opinione Rotæ, & ſe-
quacium,& reſpondet contrarijs,& ibidem Dec.n.
20.comprobat hanc ſententiam,& Pariſ.nu.9.dicit
eam ueriorem & tenendam,& in propoſito tradit
alios allegando Io.Selu.de benef.part.3.q.8.nu.41.
cum ſequen.puta,quia de ea apparet ex uerbis poſi-
20 tis†in ſupplicatione,Glo.in c.paſtoralis,§. præterea
uerb.ex certa ſcientia,de off.de leg.& in clem.1.de
Iud.Io.Andr.in c.nonnulli,de reſcr.& ibi Abb.col.
2.Alex.

21 2.Alex.conſi.59.num.8.lib.1.uel ex tenore†conceſ-
ſionis,licet illa non fuerit expreſſa.Aret. conſil. 15.
num.5.& conſ.58.n.etiam,5.vel quia expreſſit om-
nem tractatum iux.c.pen.de confirm.util.uel inut.
Are.conſ.8.col.2.Pariſ.conſ.3. num.48.uol.4. Dec.
in c.porrecta,nume.15.de confirm.util.uel inut.Et
22 in dubio,ut ſuſtineatur actus,& vitetur pœna,†præ
ſumitur Princeps facere ex certa ſcientia.Alex.cõſi.
1.num.35.lib.5.Aret.conſ.8.num.2.Abb. conſ.65.
num.40.Dec.in l.more,nu.21.ff.de iuriſd. om.Iud.
Et dicit ſignanter Pariſ.in cap.cum inter, numer.9.
23 quod † probatur cõiecturis,ac*communiter traditũ
24 eſt a Doct.ſcientiam alicuius†rei probari coniectu-
ris,Alex.conſ.187.nume.3.lib.2.Corn. conſ.85.nu.
12.lib.3.Pariſ.conſ.91.num.47.uol.2.Craue. conſi.
193.num.6.Soc.iun.conſi.116.num.42.lib.1.& in-
ter alias coniecturas approbatas a Doctoribus,& re
latas a Maſcard.de proba.concl. 1293.illa eſt rece-
25 pta,ut colligatur quoties quis habuit prę manibus†
ſcripturam,ut præſumatur habere ſcientiam de con
tentis in illa.Paul.de Caſtr.conſ.59.in 3.dubio,libr.
primo,Crau.conſi.193.nume.7.Alex.conſi.39. col.
2.lib.2.Card.Pariſ.conſi.100.nume.87. libr.primo,
Dec.conſ.328.lib.3.Anch.conſi.170.col.2.& ſecun
26 dum aliquos huiuſmodi ſcientia†poteſt probari Te
ſtibus,Bellam.deciſ.746.Rot.deciſ. 332. nu.primo,
in nou.Fran.in c.ſi motu,col.prima,de præb. Fel.in
c.prçterea colu.pen.de teſt.cog.Roman.conſi.327.
nu.8.Affl.deciſ.253.n.8.Sarn.in c. ſtatutum nu.11.
de reſcr.lib.6.Soc.iun.conſ.65.nu.54.uol.1.

Accedat communis obſeruantia,quod huiuſmo-
di tractatus non perficiuntur a partibus ſed remit-
tuntur S.D.N.qui ſi concedit,& ſignat ſupplicatio-
27 nem,uidetur ipſe reſeruare penſionem,† uel fructus
& non partes,Caſſad.deciſ.4.loc.Gig. de penſ.q.1.
& quæſt.83.nu.9.

Non obſtant contraria,nam ad Primum reſpon-
28 detur procedere in his, quæ quis tenetur narrare†
in reſcripto,ut docet,Felin.in cap. dilectus filius, el
1.num.8.de reſc.

Ad ſecundum reſpondetur,ceſſare fraudem, cũ
colligatur quod actum eſt ex ui uerborum, unde
29 expreſſum†cenſetur,Bart.in l.uxorem,§. agri plag.
ff.de lega.3.& in l.fideiuſſor,§.meminiſſe ff.de leg.
primo, Cæph.conſi.133.nume.8.& conſi. 135.nu.
primo,uol.primo,Et ex aliis,Bartol.in l.prætor, ait
in princip.ff.de oper.nou.nunciat.Crau. conſi. 162.
num.2.in fi.

Ad tertium reſpondetur, negando ignorantiam
ut ex prędictis apparet,& eo maxime, quia de con-
ſuetudine inueterata præſumitur ſcire,& eſt uериſi-
30 mile,unde hoc† attendendum,Bal.conſi.180. lib.3.
Oldr.conſi.13.in fi.

Ad quartum reſpondetur,argumentum de præ-
ſumptione ignorantiæ ceſſare probato aliquo , ex
31 quo†ſcientia præſumitur, ut ſupra fuit deductum,
Bar. in l.is poteſt,n.18.ff.de acq.hær.Bal.in l.1.nu.
11.C.de cad.toll.Bellam.deciſ.659.Fel. in ca. quoſ-
dam de præſumpt.Menoch.de arbitr. Iud. caſ.185.
32 num.1.Et quod ſit de his,† quæ ſpectant ad eum ra
tione officij,Doct.in c.Innotuit,de elect. Io.Andr.
in reg.quod quis mandato,nu.3.de reg.iur.li.6. Ro-
ma.conſ.481.nu.8.Grat.conſ.12.nu.39. lib.2.

Ad quintum reſpondetur, huiuſmodi ſcientiam æ
quipollere diſpenſationi ex ſtylo inueterato Ro-
man.Curiæ.

Ad ſextum,dicitur Conſilium Cald. 8. de reſcri.
& quæ ibi dicit non tranſire abſque difficultate, nã
contrarium tenuerunt infiniti Doc. quos citat Ga-
briel.communi,concluſ.tit.de preſum.concl.8.nu.1.
uel etiam reſpondetur,non procedere in caſu no-
33 ſtro ob ſtylum contrarium,a†quo minime erit rece
dendum,ut dixi de reſignat.benenef.lib. primo,qu.
2.num.8.& lib.10.quæſt.2.nu.15.

Concludendum eſt igitur, ſufficere ſcientiam Pa
pæ in genere,ſcilicet,ut colligatur ex narratis, & po
ſitis in ſupplicatione,ut reſignans , & reſignatarius
excuſentur a Simoniaco, & confidentiali tractatu
inito, inter eos ante reſignationem.

Ex qua concluſione aliquæ deducendæ erunt illa
tiones,ut omnes caſus particulares includamus.Qua
rum Prima erit,quod licite poteſt reſignans tracta-
34 re de reſeruatione omnium,†uel partis fructuum ſu
per beneficio reſignato,& poſtea facere conficere
ſupplicationem,cum narratiua tamẽ, quod reſignat
ex certis cauſis,& ſupplicat pro huiuſmodi reſerua
tione,iuxta formam,quam poſui de reſigna. benef.
lib.8.quæſt.7.num.76.abſque alia expreſſione tra-
ctatus,& ipſe ac reſignatarius excuſabitur a Simo-
nia,& confidentia,ut etiam ſcripſi de reſign.benef.
* lib.6.q.prima,nu.25.Et ita communiter * ſeruatur
de ſtylo antiquiſſimo,ut per Nauarr.in man.ca.23.
num.107.uerſ.ad ſecundum,ut atteſtatus ſum libr.
6.de reſign.benef.quæſt.2.num.69.71.& 75. uerſi.
Et quicquid,quod eſt notandum , quia pactio de
* fructibus retinendis a reſignante eſt Simoniaca*cõ
munis,ut dixi lib.14.d.tract.q.5.nu.1.

35 Secundo infertur,quod quamuis pactum†de ſol-
uenda certa penſione,occaſione reſignationis ſit Si-
moniacum,de iure communi Gl.& Doc.in c.ex par
te,de off.deleg.Abb.in c.non ſatis,num.8.de Simo.
Cald.conſ.1.de uſur.Pariſ.conſ.143. nume. 12.cum
36 ſequ.uol.4.cum beneficia†ſint abſque diminutione
37 danda.c.1.ut Eccleſ.benef.ſim.dimin.& abſque†pa
ctione,cap.pio 1.quæſt.2.ca. cum pridem de pactis,
c.quæſitum de rer.permut.nihilominus poterit reſi
gnans tractare ante reſignationem cum reſignata-
38 rio,de imponenda penſione† ſuper beneficio reſi-
gnato, & poſtea facere conficere ſupplicationem,
in qua non requiritur,ut exprimatur dicta conuen-
tio,ſed ſufficit in genere renuntiare,& ſupplicare ꝓ
penſione tractata,& ſignata ſupplicatione erunt tu
ti reſignans,& reſignatarius,& nulla poteſt ei oppo
ni Simonia,vel confidentia,Fel.d.c.ad audientiam,
2.nume.21.de reſcr.Arch.Flor.in 2.par.ſuæ ſummę
tit.primo,c.6.Gammar.de auth.leg.a lat.tit. de pẽſ.
num.116.cum aliis relatis a me d.lib.6.de reſignat.
benef.quæſt.2.num.70.ubi atteſtatus ſum de com
** muni*&*recepto ſtylo.

Tertio infertur idem eſſe in tractatu inito in-
ter reſignantem , & reſignatarium de imponenda
penſione ſuper alio beneficio reſignatarij , occaſio-
ne illius reſignationis,nam ſignata ſupplicatione a
Papa erit purgatum omne vitium Simoniæ,& confi
* dentiæ,Gig.de penſ.q.4.& eſt communis,* & rece-
* pta etiam a ſtylo*antiquiſſimo,ut dixi d.lib.6.quæ.
7.num.70.cum ſeq.& magis in ſpecie hanc tertiam
illationem probaui in eod.tract.de reſignat. benef.
lib.14.queſt.5.nu.4.

Quarto infertur,idem eſſe in tractatu facto de re
ſeruando regreſſu,acceſſu,& ingreſſu, iuxta ea,quæ
ſcripſi de reſign.benef.lib.6.q.5.

Quinto infertur,tractatum initum inter Titium,
& Meuium,quod Titius reſignabit tale beneficium
Meuio,



Meuio,ſi ipſe Meuius ei reſignet aliud beneficium
39 quod poſſidet,non eſſe Simoniacum,†neque confi
dentialem,ſi poſtea porrexerunt ſupplicationẽ Pa-
pæ,in qua erat facta huiuſmodi permutatio abſque
alia expreſſione tractatus antea facti, & ita cõmu-
* niter*practicatur,& quotidie ſeruatur,ut colligitur
ex Doct.allegatis a me de reſign.benef.d.lib. 6. qu.
2.num,70.Et omnes Curiales ſciunt,quod intelligo
40 etiam ſi permutatio fiat coram ordinarijs,†nam i-
* ta uſus*obtinuit.

Sexto infertur,cedentem Archiepiſcopatum,uel
Epiſcopatum in manibus ſanctiſſimi,ut prouidea-
tur in perſonam N.qui ei promiſit cedere quandã
Abbatiam,& illam iam ceſſit,& fuit facta prouiſio
Eccleſię,in Conſiſtorio,& ſignata Supplicatio ceſ-
ſionis a Papa abſque narratiua dicti tractatus,nõ cõ
mittere aliquam Simoniam uel cõfidentiam, ut fuit
* reſolutum in vna*Coſentin. prętenſæ confidentiæ,
4.Februarij.1591.in qua inter alia hoc opponeba
tur a Fiſco Archiepiſcopo cedenti Archie,piſcopa-
41 tum ob recompenſam†cuiuſdam prioratus nam ita
paſſim fiunt renunciationes beneficiorum,quæ dan
tur tota die in recompenſam,& quia de ſtylo ſuffi-
cit ſcientia Papæ in genere,de qua etiam ibi conſta
bat per derogationem regulæ de vacaturis; Et non
omnis correſpectiuitas inducit prçſumptionem cõ
42 fidentiæ,& maxime quia non fuit facta†incontinen
ti,Bal.in l.pen.§.Mulier,circa finem,ff.ſol.Matrim.
Dec.in l.certi condictio §.ſi nummos,num. 14. ff.ſi
cert.pet.Creſc.Deciſ.78.Moedan. deciſ. 124. Sarn.
deciſ.4.lib.1.Peregrin.deciſ.81.& 82. Chiſan.deciſ.
32.Paleot.deciſ.101.alias 150.omnes in recollect.
manuſc.Put.deciſ.444.& 385.lib.1.& hoc erit am-
pliandum in qualibet alia recompenſa.

Septimo infertur, tractatum initum inter reſignã
tem,& reſignatarium,quod omnes expenſæ, facien
dę,in expeditione litterarum ſpectarent ad unum,
ſcilicet ad reſignantem,uel ad reſignatarium,non eſ
ſe Simoniacum,& confidentiale,ſi in ſupplicatione
43 hanc facultatem obtinuerunt a Papa cuius†authori
tas tollit omnem Simoniam prohibitam,late Card.
Pariſ.conſ.30.col.2. uol.4. Et communiter alij etiã
ſi non expreſſiſſent quod hoc tractarunt, & quod a
* lias non deuenirent ad reſignationem,nam ita*pra
cticatur,& ita uſus obtinuit,ut ex prædictis patet,&
dixi latius alias.

Octauo infertur,pari ratione alios tractatus alias
illicitos non inducere confidentiam,ſi Papa eo mo-
44 do concedat,†cum actus ei attribuatur,Caſſ.deci.4.
loc. qui poteſt omnia in beneficialibus.Redo.de Si
mon.p.2.c.18.nu.3.ubi late,de hac re.

Et hęc concluſio cum prædictis illationibus am-
pliatur primo procedere,etiam ſi inter reſignantẽ
& reſignatarium fuerit id tractatum ea intentione
quod alias reſignans non reſignaret ut ſcripſi de re-
ſignat.benef.libr.14.quæſt.5.numer.5.poſt Feli.&
Card.Pariſ.& alios, quos citaui , & ratio colligitur
ex allegatis.

Secundo Ampliatur,procedere,etiam ſi id, quod
tractatum fuit inter reſignantem, & reſignatarium
fuiſſet redactum in ſcripturam factam uel a notario
vel ab alio,vt poſt alios ſcripſi de reſign. benef.lib.
6.q.2.nu.73.& lib.14.q.5.num.9.in fi. Nauar.conſ.
48.num.3.de Sim.ubi dicit,quod tradere ſcripturã
ꝓ probatione promiſſi non eſt implere partem pro
45 miſſi,Bonum autem eſt†in ſcriptura remittere ne-
gotium Sanctiſſimo,& quod ipſę partes cogitãt ita
facere,ſi Sanctisſimus D.N.conſentiat,ut admonet
Card.Alex.in c.2.num.5.1.q.3.Sarn.de trien. q.12.
col.3.Redoan.de ſim.par.2.c.15.num.37. & 43.&
ſcripſi locis allegatis,ubi id quoque firmaui.

Sed dubium eſt,quid ſi non adſit huiuſmodi clau
ſula,an illa Scriptura reddat illos Simoniacos , &
46 confidentiarios?Et†ego firmarem negatiuam opi-
nionem ſi poſtea iuxta tractatum porrexerunt ſup-
plicationem PP.a quo obtinuerunt gratiam,& hoc
primo quia ante conſumationem tractatus obtinue
runt beneplacitum Papæ,quod debet illos excuſa-
re,ut ex allegatis patet.Secundo,Quia firma pactio
eſt illa,quę facit committere confidentiam, & Simo
* niam,ut eſt*communis omnium ſententia,& tracta
re non eſt firmare pactionem,ſed ponere in me-
dium negotium,quatenus Sanctiſsimus approbabit
perficere l.cum hic ſtatus §.ambo,& ibi Gl.ff.de do
na.inter uirum,& uxorem.

Tertio,quia actus ſubſequens , ſcilicet porrectio
ſupplicationis omnium contentorum in Scriptura
47 †oſtendit animum prçcedentem nihil habere in ani
mo firmare,niſi Papa concedat,l.quędam mulier ff.
de rei uend.l.ſi pecuniam §.ult.ff.de cond.ob cauſ.
l.2.ff.de acquir.poſſeſ.Bar.in l.3.ff. de fund. inſtru.

48 Quarto comprobatur,quia in ea†cenſetur præſer
uata authoritas ſuperiorum 25.q.1.§.his ita ca.ve
nientes de iur.iuran.Io.Andr.in ca.non eſt de uot.
Milit.in uer.Papa nu.3.& dixi de reſign.benef.libr.
3.q.18.num.109.

Amplia tertio , procedere etiam si id tractatum
fuiſſet cum procuratore,uel amico,ut etiam ſcripſi
d.lib.14.quæſt.5.quia eadem eſt ratio, argum.l.il-
lud ff.ad l.Aquil.

Amplia quarto,procedere etiam si tractatus in-
ter reſignantem,& reſignatarium fuiſſet de penſio
ne Centum ducatorum de Camera,uel de reſerua-
tione omnium fructuum, & poſtea Papa ſignaſſet
ſupplicationem cum penſione Quinquaginta duca
torum,aut cum mediate fructuum, nam huiuſmodi
tractatus de maiori ſumma nullam inducit confidẽ
tiam,si poſtea non ſoluatur,nisi id , quod Papa con
ceſſit,& id quod uolui de reſign.benef.d. lib.6. q.2.
49 num.73.pactum enim de ſoluendo pluſquam†Papa
* ordinauit eſt Simonia,communis*opinio, ut per Fe
lin.in cap.ad audientiam,ſub num.3.col.3.uerſ.ſi au
tem præcederet,de reſcr.

Amplia quinto , hanc concluſionem procedere
etiam in foro Poli,ut in conſcientia quis nullum de-
50 trimentum patiatur†ex huiuſmodi tractatu ſecuta
conceſſione Papæ,Abb.Anan.& Fel.in cap.non ſa
tis de Simon.& uolui id expreſſe de reſign.benef.d.
lib.6.q.2.num.67.& ita in facti contingentia reſpõ
di de Anno 1582.Quo anno, ſuſcepi gradum Do-
ctoratus,& incepti publice Romæ legere in Gym-
naſio,ita iubente Fel.rec.Gregorio XIII. & eram
uiginti annorum.

51 Amplia ſexto,ut ex dicto tractatu non† commit
tatur etiam Simonia mentalis,Fel.in d.c.ad audien
tiam num.3.cum alijs adductis a me d.q.2.nu.70.&
eſt communiter per omnes receptum.

Limita primo,niſi tractantes ante quam Papa ſi
gnaret ſupplicationem,deueniſſent ad conſumma-
52 tionem†tractatus,ut uidetur concludere præpoſ.in
c.2.nu.5.in prin.1.q.3.Nauar.conſ.48.de Simon.&
conſ.4.in fi.eo.tit.Sarn.de trien.qu.12. ſub num.7.
Moed.deciſ.167.Auguſt.lib.3.deciſ.625.

53 Limita ſecundo,niſi plus † fuiſſet datum, quam
per

per Papam conceſſum,Felin.& alij; & ut dixi in 4.
ampliatione.
54 Limita tertio,niſi fuiſſet†narrata falſa cauſa pro
obtinendo huiuſmodi beneplacito Papæ,nam tunc
55 literę eſſent†ipſo iure nullę ob obreptionem,ut fuit
* pluries*reſolutum in Rota teſte Caput. deciſ. 225.
part.3.Put.deciſ.255.libr.primo,communis opinio
* teſte Menoch.de arbitr. Iud.caſ.201.colu.prima,&
56 diſpenſatio† nullum produceret effectum, Abb.in
c.quia circa,num.5.de conſang.& affin. Dec.conſi.
363.num.13.Pariſ.conſ.51.num.27.uol.4. & a pœ-
57 na non excuſatur faciens†aliquid illicitum ex licen-
tia inualida,Fel.in c.cum cauſa,numer.7. uerſ.2.not.
de offic.deleg.
Limita quarto niſi adſit aliqua alia fraus,quæ col
58 ligeretur ex†coniecturis poſitis per Maſcar. de pro
bat.Concluſ.815.
59 Limita quinto,niſi huiuſmodi beneplacitum†po
ſtea non fuiſſet obtentum a Papa,ut fuit alias reſolu
* tum*in una Conch.26.Octobr.1539. teſte Moed.
deciſ.165.in recoll.manuſcr.quam limitationem po
teris ſubtiliter ſublimitare ex dec. firmata per DD.
de Rota in una Aſtoricen.penſionis coram Achil-
le de Graſſ.teſte eodem deciſ.342. impreſſa, ut ſi il
60 le,cui debebat cedi uigore† concordię beneficium,
reperiatur in poſſeſſione, & non conſtet de bene-
placito Papæ,ex hoc non præſumatur Simonia ex
rationibus ibi poſitis.

## *SVMMARIVM*

1 *An expreſſio beneficii valoris uero maioris ad effe-
ctum imponendæ penſionis ſit confidentialis,&
num.8.*
2 *Parochiales Eccleſię nõ grauantur niſi excedant cẽ-
tum.*
3 *Conuentio circa beneficia Simoniaca.*
4 *Pactum dandi temporale pro ſpirituali, vel e contra
Simoniacum.*
5 *Beneficia exprimuntur minus quam ualent.*
6 *Intentio principalis facit committere Simoniam.*
7 *Eadem ratio de æquipollentibus.*
9 *Simonia quid ſit.*
10 *Actus agentium iudicantur ſecundum intentionem.*
11 *Tacens aliquid reſcriptum annullatur.*
12 *Pœna non habet locum, niſi in caſibus a iure expreſ
ſis.*
13 *Simonia accedit hæreſi.*
14 *Aequiparatur ſacrilegio.& Idolatriæ.*
15 *Crimen ſimoniæ eſt maius quolibet alio.*
16 *Simonia requirit pactum.*
17 *Odia debent reſtringi.*
18 *Attenditur quod principaliter agitur.*
19 *Mendacium non inducit ſimoniam.*
20 *Abſurdum tollendum.*
21 *Mendacium quid ſit.*
22 *Mentiens peccat mortaliter.*
23 *Ex expreſſione facta, penſio annullatur, uel redu-
citur.*
24 *Soluens pẽſionem non expeditis literis committit
ſimoniam.*
25 *Nemo præſumitur iactare proprium.*
26 *Actus præſumitur factus,ut ſit utilis.*

## QVAESTIO XXXXI.

Exprimentes beneficium pluſquam ualet qua pœ-
na puniantur.

QVadrageſimo primo Quęro, an expreſſio ua-
loris uero maioris beneficii reſignati facta a
Reſignante,& Reſignatario,ad effectum ut ſum-
1 mus Pontifex ſignet ſupplicationem † cum penſio-
ne ſuper dicto beneficio pro ipſo reſignãte, efficiat
eos Simoniacos,vel confidentiarios? Exemplũ,par-
* rochiales Eccleſiæ de ſtylo *non grauãtur†penſio-
2 ne,niſi excedant centum,& pro ea ſumma,quam ex
cedent,ſi obtinens parrochialem fructuum ducen-
torum,& uelit illam reſignare cum penſione centũ
quinquaginta,& conuenit cum reſignatario de ex-
primendo illam ccl.aut plus,ut penſio poſſit impo-
ni.Ita etiam nunc S.D.N. non imponit penſiones
excedentes medietatem ſuper alijs beneficiis, ſi ex-
primant Reſignans,& Reſignatarius maiorem ua-
lorem,ut penſio opulentior imponatur,& reſigna-
tio cum huiuſmodi penſione admittatur, quo caſu
reſignans uidetur ſatisfactus ob penſionem deſide-
ratam,& paulominus uero ualore beneficij,& Re-
ſignatarius itidem cum conſequatur titulum, & ha-
beat ſpem adipiſcendi omnes fructus moriente pen
ſionario,ex qua ratione magnopere deſiderantur
tituli,& enixe procurãtur reſignationes,eoque ma-
gis cum longe plus valeat beneficium in manibus v
nius quam alterius, maxime ratione diſtantię a pa-
tria & loco domicilij,ob quod plures reſignant.
Pro affirmatiua huius opinionis ſcilicet eſſe cõ-
miſſam Simoniam,uel confidentiam Primo, adduci
3 tur†quia conuentio circa beneficia eccleſiaſtica eſt
Simoniaca,cap.cum pridem,ubi Gl.& alii,ca. ult.de
* pact.doct.*omnes in c.ex parte de off.deleg. Anan.
in c.non ſatis,de Sim.& eſt communis opinio docto
rum,ſed inter prædictos fuit conuentio, ut mentirẽ
tur ualorem beneficij Papæ.Ergo.
4 Secundo,omne pactum† expreſſum, uel tacitum
dandi temporale pro ſpirituali,uel e contra ſine be
neplacito Summi Pontificis eſt Simoniacum, c.quã
pio 1.queſt.2.Abb.in d.cap.cum pridem,& alij dd.
Gl.in ſumma 1.q.1.At conuentio talis inter reſignã
tem,& reſignatarium, ut exprimatur maior ualor
beneficii ad conſtituendum maiorem penſionem,
quam alias conſtitueretur,eſt pactum, uel conuen-
tio dandi aliquod ſpirituale ſcilicet beneficium ip-
ſum reſignatum,pro temporali ſcilicet pro penſio-
ne male impoſita,& ſine conſenſu Papæ, quia ſum
mus Pontifex id ignorauit,immo credebat uel ue-
rum ualorem expreſſum,uel beneficium ualere mi-
* nus,nam de ſtylo* omnibus noto beneficia expri-
5 muntur minus quam†ualent,ut eo minus ſoluatur
in Cancellaria,& Dataria. Ergo exprimens, ualorẽ
uero maiorem ad minus ut fiat,& admittatur renũ-
ciatio,uidetur dare aliquid profanum,& temporale
pro renunciatione beneficii,dat enim uerba mẽda-
cia quæ non ſolum ſunt profana,ſed etiam falſa,er
go cõmittit Simoniam,& ſimiliter renuncians,quia
uidetur renunciare ob aliquid profanum malum, &
temporale,prędictum ſcilicet mendacium.
Tertio,quia mendacium fuit cauſa principalis,ut
Papa admitteret reſignationem cum tanta penſio-
ne(quam alias expoſita ueritate non reſeruaſſet,)
& ut reſignans reſignaret,cum ipſe non reſignaſſet
niſi reſeruata illa penſione,& ſic in caſu propoſito
fuit facta conuentio mentiendi,ad effectum, ut Pa-
pa admitteret reſignationem cum prędicta penſio-
ne, Ergo fuit commiſſa Simonia, quæ nedum re-
quirit dationem,& promiſſionem pecuniæ aut al-
terius rei pro beneficio,ſed etiam ſufficit ad eã cõ-
mittendam



mittendam, quod fiat aliquid tanquam quoddam
6 pactum,& cauſa†principalis promittendi rem ſpiri
tualem, ut colligitur ex his quæ ſcribit Nauarr.in
man.c.23.ſub num.107.
Quarto,quia ſicuti eſſet Simoniaca renunciatio
facta de beneficio centũ ducatorũ,cũ penſione quin
quaginta conuẽta inter ipſos ſine conſenſu Papæ, ut
ſupra dixi,ita & hæc quę æquipollet illi caſui,nam ſi
fuiſſet expreſſa ueritas,Papa illam non reſeruaſſet,
7 & nihil refert†quod de ęquipollentibus fiat, ut quis
incidat in pęnam,l.ult.ff.mand.c.licet ex quadã, de
teſtib.dd.in l.Gallus.§.& quid ſi tñ,ff.de li.& poſth.
Quinto, quia hanc opinionem uidetur firmare
Gig.de penſio.q.41.dum ſcribit clericum promittẽ
tem,ut facilius beneficium conſequatur ſoluere ma
iorem penſionem,quam beneficium ferrę conſuęuit
& poſſit,committere Simoniam.
His tamen non obſtantibus, negatiuam opinio-
8 nem exiſtimo eſſe veriorem,†in caſu propoſito nul
lam fuiſſe commiſſam Simoniam,vel confidentiam
quam opinionem in facti contingentia tenet Na-
uar.conſ.74.& conſi.75.in titulo de Simon.& ita e-
tiam ego bis alias reſpondi.
Et hanc opinionem primo probat illud tritum,
& uulgare in huiuſmodi materia fondamentum de-
9 promptum a diffinitione Simoniæ, ut Simonia ſit †
ſtudioſa uoluntas emendi, uel uendendi ſpirituale
uel ſpirituali annexum,gl.in ſum. 1.quæſt.1.& com
* muniter ibi dd.*tradunt:ſed in caſu prædicto nulla
adeſt uoluntas ſtudioſa emendi,uel uendendi, ut a-
nimus,intentio,& uerba pręfatorum conuenientiũ
declarant,ergo &c.nam actus agentium ſunt iudicã
10 di†ſecundum intentionem principalem eorum,l. ſi
quis nec cauſam,ff.de rebus cred.Intentio autem p̃-
dictorum principalis fuit ut reſignatio admittatur
cum reſeruatione dictæ penſionis,& nulla pecunia,
aut res interuenit,Ideo &c.
Secundo,quia nullibi cauetur,ut uoluntas tacen-
di aliquid uerum,uel exprimendi falſum ad obtinẽ
dum beneficium aut penſionem,quo non expreſſo
Papa non conceſſiſſet illud,ut in caſu noſtro, ſit Si-
monia, Iura,n.loquentia de talibus impetrantibus
11 dicunt duntaxat gratiam eſſe obreptitiam,† aut ſub
reptitiam,& nullam.c.ad aures c.ſuper literis c.po-
ſtulaſti,de reſcr.lib.6.c.ſi motu proprio. c.nõ poteſt
de præb.eo.li.Fel.in c.in noſtra,de reſc.Ergo prædi
cti,de quibus in caſu noſtro,non debent iudicari Si
moniaci,quandoquidem uulgatum ſit in iure,pœ-
12 nam†non habere locum niſi in caſibus expreſſis, l.
at ſi quis §.diuus ff.de relig.& ſumpt. funer.§. cum
igitur,auth.de non eligendo 2.dub.ca.ſi cui,de ſent.
exc.lib.6.Menoch.de arbitr.Iud.caſu 275.nu.1. Eo
que magis in hoc atrociſſimo crimine Simonię,quę
14 accedit hæreſi, Turr.Crem.in c.eos nu.1.1.q.1.& ſa
14 crilegiis,†Turre Crem.in c.audiuimus,num. 2.1.qu.
3.& Idolatriæ,Turr.Crem.in c.cito nu.1. prima,q.
15 1.& eſt maius quolibet†alio crimine, Turr. Crem.
in ca.patet nu.1.prima q.2.& rationes ponit in c.ex
multis,nu.1.prima,q.5.
Tertio,quia Simonia proprie requirit contractũ
uel uoluntatẽ contrahendi ſuper re ſpirituali, ut id
quod datur,detur in uerum pretium,uel in ſimilitu-
dinem aut in cauſam principalem pro re ſpirituali,
16 uel†illi annexa,ut late probat Nauarr.in man. c.23.
num.100.& conſ.58.nu.2.de Sim.
Quod hic non contigit,quia nullus cõtractus in-
teruenit inter Reſignãtem,& Reſignatarium,quo
alter alteri daret, uel pro altero faceret tanquam in
quoddam pretium,uel cauſam principalem rei ſpiri
tualis,ſed ſolum conuentio fuit inter eos, ut menti-
rentur Papæ pretium.
Quarto,quia nihil de hoc in hac Conſtitutione,
ut licet uidere,ergo.l.illam C.de colla.coque magis
17 †cum ſimus in odioſis,Din.in regul. odia de regul.
iur.libr.6.
Alijs etiam rationibus poſſet hæc Sententia com
probari,ut per Nauar.d.conſ.74.a nume. quarto uſ
que ad finem,& conſ.75.nu.7.tit.de Sim.
Non obſtant contraria.ad primum reſpondetur
non omnem conuentionem circa ſpiritualia eſſe Si
moniam,ſed eam duntaxat,quæ a iure reprobatur,
& ita procedunt allegata in contrarium, ut licet
uidere,alias enim ſequeretur quod locatio,& con-
ductio fructuum beneficij,& conuentio, ut ambo
ſupplicent pro reſignatione,& id genus alię conuẽ
tiones eſſent Simoniacæ,Fel.in c.ad audientiam de
reſcr.prima col.
Ad ſecundum reſpondetur, admittendo maiorẽ
declarando tamen minorem,quod intentio princi-
palis prædictorum non fuit paciſcendi in caſib. pro
hibitis ſuper re ſpirituali,ſed ut reſignatio admitte-
retur cum illa reſeruatione penſionis,& ſic non qđ
conſtitutio penſionis eſſet pretium renunciationis,
& neutra pars dedit aut promiſit alteri quicquam
ob pretium rei ſpiritualis, ideo attendendum erit
18 quod principaliter agitur,†& pronunciandum pro
non ſimonia.ita reſp.Nauarr.d.conſ.74.nu.7.& d.
conſ.75.num.9.de ſim.
19 Ad tertium reſpondetur,†mendacium non indu
cere Simoniam, nam alias ſequeretur quod omnis
ſubreptio facta in materia impetrationis beneficii
eſſet Simoniaca,quia aſt quid temporale quod ſit,
ut detur ſpirituale,quod ſine illo non daretur,idque
20 videtur†abſurdum,l.nam quid abſurdum,ff.de bo-
nis liber.& a nemine hactenus firmatum, ut dicit
Nauar.d.conſ.75.num.9.de Sim.Verum eſt,& non
21 poteſt inficiari,eſſe mendacium,cum cauſa† fallen-
di falſum enunciauerunt,D.Auguſt.in lib. de Men-
dac.D.Thom.2.2.q.110.art. 1.Turrecrem.in ca.is
autem,nu.1.22.q.2.& quod commiſerint peccatũ
22 mortale,†cum res ſit grauis,& tractetur de imponẽ
do ſeruitutem rei ſpirituali,D.Th.d.q.art.4.& plu-
res citat Turr.Crem.d.c.is autem,in ſecunda q. nu.
4.& in c.primum eſt,num.1.22.q.2.& in ca.nequis,
num.2.eadem cauſ.& q.
Ad quartum reſpondetur,diuerſam eſſe rationẽ
ut patet ex his quę dixi ſupra in reſponſione ad pri-
mum argumentum,& Reſpondit etiam Nauarr.d.
conſ.75.num.8.& 9.tit.de Sim.
23 Et ſatis eſt quod reſignans puniatur†in eo,quod
penſio poteſt,uel annullari,ut dicit Nauar. loc.cit.
uel reduci ſecundum æquiorem ſententiam alias
obſeruatam.
Ad quintum reſpondetur,Gig.eſſe intelligendũ
24 quando non fuerunt expeditæ literæ ſuper†penſio-
ne,nam tunc eſſet Simonia.Et ita procedunt alle-
gata per ipſum.
Et ſtante hac concluſione ita etiam poteſt re-
ſponderi quibuſdam aliis caſibus ſimilibus, quoties
non valor verus beneficij reſignati fuit auctus, ſed
aliorum beneficiorum obtentorum per reſignata-
rium,ſuper quibus fuit impoſita penſio pro reſignã
te ut conſentiret reſignationi,nam frequenter eue-
nit ut penſio reſeruata pro reſignãte imponatur,&
ſuper

ſuper fructibus beneficii reſignati, & ſuper fructi-
bus alterius, vel aliorum beneficiorum obtentorum
per reſignatarium, nam ſi ipſe reſignatarius expri-
mat maiorem valorem, ut penſio reſeruetur, nulla
uidetur commiſſa Simonia, eoque magis, ſi id fuit fa
ctum abſque ſcientia reſignantis, ut multoties fit ad
effectum percipiendę reſignationis.

Et in dubio omni caſu crederem huiuſmodi ex-
preſſionem fieri abſque conſenſu reſignantis, cum
penſio reſeruata non ſit in totum ualida, & nemo ꝑ
25 ſumitur † iactare proprium, l. cum. de indebito, ff. de
probat. & quiſque uelit facere actum omni meliori
26 modo, ut magis proſit, † & ſit utilis ſibi, l. prima, & 2.
ff. de ſolu. Bar. in l. gerit, nu. 21. ff. de acq. hæred. Soc.
Iun. conſi. 113. num. 3. lib. 4.

*SVMMARIVM.*

1 *Vbi non competunt verba legis, neque lex.*
2 *Transferentes penſionem per confidentiam non puniuntur.*
3 *Simonia deducitur ex ſpiritualitate.*
4 *Penſio eſt mere temporalis.*
5 *Penſio quid ſit.*
6 *Ceſſante ratione, ceſſat lex.*
7 *Ratio eſt anima legis.*
8 *Ratio diſponit ſicut lex.*
9 *Odioſa reſtringenda.*
10 *Licitum eſt emere conſtitutionem vel extinctionē penſionis.*
11 *Procurans, vt tertius conſentiat, & promittens illū releuare committit confidentiam.*
12 *Promiſſio pecuniæ facta alicui, ut faciat reſignare beneficium eſt Simoniaca.*
13 *Series negotii oſtendit, quod actum eſt.*
14 *Si penſio eſt cauſa, ut diſponatur de beneficio committitur confidentia.*
15 *Daas temporale pro ſpirituali, committit Simoniam.*
16 *Vbi competit diffinitio, ibi diffinitum.*
17 *Contractus ſimulatus inducit fraudem.*
18 *Reſignatio ſimulata eſt confidentialis.*
19 *Solutio penſionis ſpectat ad habentem beneficium.*
20 *Attendi debet quod principaliter agitur.*
21 *Vbi eadem ratio, ibi idem ius.*
22 *Quod prohibetur mediate, prohibetur immediate.*
23 *Penſio in confidentiam illicita.*
24 *Penſio eſt annexa ſpirituali.*
25 *In annexis ſpiritualibus committitur Simonia.*
26 *Cum comprehendātur caſus expreſſi, lex non dicitur extendi.*
27 *Non licet conſtituere, vel redimere penſionem ſine auctoritate Papæ.*
28 *Conſentiēs penſioni ob remiſſionem debiti, committit Simoniam.*
29 *Hodie non reſeruatur penſio ſuper beneficijs Tertii.*
30 *Stylus Datariæ ſæpe mutatur.*

## QVAESTIO XXXXII.

Quando reſignatarius committat confidentiam, cō
ſtituendo penſionem ſuper beneficio tertii, & pa-
ciſcatur cum eo.

QVadrageſimo ſecundo Quæro, an ſit confidē-
tia, ſi Titius pro facilitanda, & obtinenda re-
ſignatione beneficij ſancti Andreæ, quam
uult facere Meuius eius poſſeſſor in eius fauorem, ro
get Ioannem, ut conſentiat conſtitutioni cuiuſdam
penſionis ſuper beneficio ſuo, ſoluendæ Meuio reſi
gnanti, quam penſionem ipſe Titius promittat uer
bo, uel ſcriptura, aut inſtrumento publico ſoluere ip
ſi Meuio de ſuis pecuniis, ut eum ſeruaret indēnem.

Pro negatiua adducitur argumentum deſumptū
1 † a uerbis, quia, ubi non competunt uerba conſtitu-
tionis, neque ipſa conſtitutio ibi habet locum, l. 4. §.
toties, ff. de dam. inf. & ibi Bar. in ulti. not. nu. 25. l.
ab omnibus, ff. de lega. 1. l. hos accuſare §. omnibus,
ff. de accuſ. Sed huic caſui non competunt uerba cō
ſtitutionis Pij IV. neque conſtitutionis Pij V. ut li-
cet ex lectura uidere. ergo &c.

2 Secundo, quia pęnæ † impoſitæ per has bullas Pij
IV. & Pij V. contra confidentiarios non habent lo-
cum contra transferentes penſiones per confiden-
tiam, ut tenuit Nauar. conſ. 2. num. 6. & conſ. 16. de
* Sim. ac firmauit * Rot. ut late deduxi ſupra compro-
bando auctoritatibus, & rationibus ergo neque ha-
bebunt locum contra ſupponentes beneficia pro
ſoluendis penſionibus, cum pacto quod alter illas
ſoluat, ut in præſenti diſceptatione.

Tertio, quia ceſſat ratio conſtitutionum quæ fun
3 datur † in ſpiritualitate beneficiorū, iuxta definitio-
nem receptam, Glo. in Sum. 1. q. 1. declaratam a D.
Thom. 2. 2. q. 100. art. primo, & per Nauar. in man.
c. 23. ſub num. 100. ut ſit Simonia, quoties datur, uel
accipitur ſpirituale pro temporali, ſed quoties agi-
tur de penſione, nulla ſpiritualitas conſideratur, cū
4 † ſit mere temporalis, Caiet. Tom. primo opuſcul.
tract. 17 quæſt. 10. & tract. 31. nam eſt certa portio
5 † fructuum ex aliquo beneficio ad tempus ſeparata,
Card. & Imol. in cleme. 1. de ſuppl. prælat. negl. Fel.
in cap. ad audientiam, el 2. de reſcr. cum alijs quo-
que, ut per Gig. de penſ. q. 1. Nauar. conſ. 2. num. 1.
de præben. & ceſſante ratione conſtitutionis ceſſat
6 † conſtitutio c. cum ceſſante de appella. l. adigere §.
7 quamuis de iur. patr. Ratio enim † eſt anima diſpoſi-
tionis Bal. in l. maximum uitium, col. 3. C. de li. pret.
& in l. ſi quis ſeruo. C. de fur. Din. c. ult. de reg. iur.
in 6. Dec. conſi. 227. nume. 7. cum aliis adductis per
8 Card. Pariſ. conſ. 78. nu. 13. uol. 1. & diſponit ſicut †
lex, Bal. in c. dilectus filius col. 1. de reſcr. Dec. cōſi.
284. col. 2. Crau. conſ. 183. col. 2.

Quarto, quia prædictæ conſtitutiones Pij IV. &
Pij V. ſunt odioſæ, ut ꝓbauimus ſupra, ergo reſtrin
9 gēdæ, † in quantum fieri poteſt, reg. odia, & ibi Din.
de reg. iur. lib. 6. Bart. & alij in l. ſi uero §. de uiro ff.
ſolut. matr. & in l. ſi cōſtante ff. eo. Card. Pariſ. cōſ.
16. num. 17. uol. 3. & per conſequens non debent ex
tendi ad hunc caſum, l. & ſi quis §. diuus ff. de relig.
Pariſ. in rubr. ff. ſolu. Matr. nu. 21.

Quinto comprobatur, quia licitum eſt emere cō
10 ſtitutionem, vel extinctionem † penſionis ſuper be-
neficio Eccleſiaſtico, ut tenet Caiet. in opuſcul. dict.
tract. 17. q. 10. & tract. 31.

His tamen non obſtantibus, contrariam opinio-
nem exiſtimo ueriorem, eſſe commiſſam Simoniā,
11 † & confidentiam per promiſſionem factam a Ti-
tio de ſoluendo ex ſuo penſionem conſtitutam ſu-
per beneficio Ioannis ad fauorem Meuii pro facili
tanda, & obtinenda reſignatione beneficii obtenti
per ipſum Meuium ad fauorem ipſius Titii. & hanc
opinio-



opinionem in indiuiduo uidetur firmare Nauar. cō
ſi. 52. titu. de Simon.

Et mouet me primo, quia, quoties penſio, uel cō-
ſtitutio penſionis emitur, vel uenditur, tanquā gra-
dus, ſeu medium acquirendi aliquod beneficiū Ec-
cleſiaſticum, uel ordinem, tunc cenſetur commiſſa
Simonia ſuper beneficio, & ordine, vt vult Nauarr.
d. conſ. 52. num. 2. uerſ. 3. ſicuti traditio, vel promiſ
12 ſio pecuniæ † facta alicui, vt ſit mediator ad reſignā
dum, vel dandum beneficium, cenſetur Simonia. In
noc. c. ſuam de ęta. & qual. Nauar. in manu. c. 23. ſub
nu. 106. idem Nauar. conſ. 59. tit. de Sim. & commu
* niter * alij. Sed huiuſmodi conſtitutio penſionis fuit
facta ad effectum, & finem, quærendi ius ſpirituale,
ideſt beneficia, nam alias ille non reſignaſſet benefi
cium ſine reſeruatione prædictæ penſionis, nec al-
ter conſentiret, ut ſuper ſuo beneficio reſeruaretur
penſio niſi fuiſſet ei promiſſum, quod eam non ſol-
ueret, arg. l. rem legatam, in fin. ff. de adim. lega. l. cū
13 de indebito, ff. de probat. & ſeries negocij oſtēdit †
quid actum fuerit, l. verum, ff. de furt. le. cum tale, §.
ultimo, ff. de cond. & dem. lę. legata inutiliter, ff. de
adim. le. c. intelligentia ubi Gl. in uerb. ex cauſis, de
uerb. ſign. c. & ſi Chriſtus, §. quædā, vbi Gl. in uerb.
ex cauſa, de iureiu. præſupponimus enim ſuper be-
neficio reſignato non poſſe imponi penſionem, ne
que reſignatarium habere beneficium, ſuper quo
poſſet dicta penſio reſeruari. Pro facilitanda igitur
reſignatione, & obtinendo eo beneficio, quod ali-
qua ex cā deſideratur, vt quia ſit in patria, aut in lo-
co optimo, recurritur ad amicum, vt conſentiat re-
ſeruationi dictæ penſionis ſuper ſuo beneficio, pro
mittendo, quod nullū dānū patietur, nam ipſe eam
ſoluet anno quolibet. ergo, cum fiat ad finem, quę-
rendi ius ſpirituale, erit Simonia, & confidentia, ſi
cuti eſt Simonia, quod datur mediatori ob eandem
cauſam, quærendi ius ſpirituale.

14 Secundo quia, quoties penſio hēt aliquam † cōne
xitatē cū titulo beneficij, puta quia per penſionem
ſubſequitur diſpoſitio tituli, tunc pactum ſuper pē-
ſione eſt confidentiale, ut colligitur ex his, quæ di-
cunt Nauar. in man. c. 23. ſub nu. 109. cū ſeq. Maiol.
de irreg. li. 5. c. 45. col. pen. Maſcard. de probat. cōcl.
1306. & probat expreſſe in d. conſt. Pij V. in §. Qua
re nos, volētes, ubi dr̄, promiſſionem penſionis abſ
que conſenſu Papæ pro reſignatione beneficij, eſſe
confidentiā, & in §. ſeq. incipit, Itidem ubi cauet ꝓ
miſſionem pēſionis pro collatione, electione, & prę
ſentatione eſſe cōfidētiā, & ī interpretatione vtriuſ
que, §. adduximus rōnes, & cōcordantes, idque oſtē
ditur rōne manifeſta, quia tunc datur ſpūale i. bnfi-
15 ciū pro tꝑale i. penſione, & per † conſequens abſq;
dubio committitur confidentia, & Simonia Glo. in
Sum. 1. q. 1. cū alijs ſupra allegatis, ſed in caſu noſtro
pēſio eſt cauſa, quod ille reſignat beneficiū in fauo-
rem Titij, & ſic per eam ſubſequitur diſpoſitio titu
li, ergo committitur cōfidentia: nec obſtat, ſi dicat
quod penſio reſeruatur auctoritate Papæ, nā rn̄de-
tur, nō fieri ſuꝑ hoc fundamentū, ſed ſuꝑ pacto ſol
uendi illā penſionē ab alio, qui ad eā nō tenet, iuxta
ea, q̄ habentur per Moedan. deciſ. 214. manuſcrip.

Tertio, quia hoc caſu cōſiderat fides promiſſa ꝑ
pactū, nā confidit, quod ille Soluet, quis nō teneat,
iuxta ea, q̄ ſcripſi in 1. q. & faciūt q̄ uult Caputaq. de
ciſ. 201. p. 1. & ſic habet locū diffinitio confidētiæ,
16 de qua ꝑ Maſcar. de probat. cōcl. 1306. n. 2. ergo † &
diffinitū quoq; habebit locū, Bar. & alij, in l. 1. ff. de
teſtam. & in l. 1. ff. de acq. poſſ. Dec. & Cagn. in l. oīs
diffinitio, ff. de reg. iur. Hēt ēt locum definitio Si-
moniæ, ut ſupra deduxi, nam adeſt pactū, qđ eſt de
re temporali pro ſpirituali, D. Th. 2. 2. q. 100. art. 1.
ſub qua definitione includitur oīs contractus non
gratuitus, in quo temporale datur pro ſpirituali, uel
ei annexo, Nauar. d. conſ. 52. num. 3.

Quarto, quia huiuſmodi reſeruatio penſionis, in-
ſpecta perſona Titij, & Ioannis, & pacto ipſorum,
17 non fuit uera, † ſed ſimulata, ad effectū, ut beneficiū
reſignet ipſi Titio, Arg. not. in l. qui ſic ſoluit, ff. de
ſol. Moedan. deciſ. 224. manuſcr. & per conſequens
* confidentialis, ſicut in ſimili Rota * in una Reatin.
penſionis die Veneris XI. Martij 1588. coram R.
P. D. Pamphilio iudicauit Simoniacā reſignationē
18 quandā cū retroceſſione, quia non fuit uera, † ſed ſi
mulata reſignatio, ad effectum, ut reſeruaretur pen-
ſio nepoti, & fraus tali caſu ſatis deprehenditur.

Quinto, hæc concluſio probatur, quia ſolutio pē
ſionis ſpectat ad illū, qui poſſidet beneficiū pēſione
19 † grauatū, ad not. per Bar. in l. q̄ro, ff. de vſufr. leg. &
in l. 1. C. de annat. & trib. li. 10. Caſtrē. conſ. 310. &
* fuit pluries * reſolutum in Rota, ut tradunt Moedā.
deciſ. 214. penſio, & 216. Put. deciſ. 11. de penſ. in
manuſcr. cū alijs a me adductis, de reſig. benef. li. 1.
* q. 8. n. 44. & 45. cum ſeq. & li. 6. q. 2. nu. 42. * & eſt cō
munis opinio omnium doctorum, ergo promittēs
ſoluere pēſionē impoſitā ſuper beneficio obtēto ꝑ
N. cū ipſe promittens non habeat beneficiū neque
fructus ur̄ facere contra naturā ipſius pēſionis, Gig.
de penſionib. q. 1. cū ſeq. & per conſequēs ur̄ id face
re pro cōſequēdo beneficio ꝑ uiā reſignationis, ut
in caſu nr̄o, & ſic cōmittere confidentiā cū ſem ꝑ de
20 beat attendi, qđ † principaliter agitur, l. ſi quis nec
cām, ff. ſi cer. pet. & ibi late Iaſ. n. 24. Rimin. ſen. cō-
ſi. 561. n. 14. Rimin. Iun. in l. imperium, n. 588. ff. de
iuriſd. om. iud. Et accedat, quia, ſicuti eſt confiden-
tia promiſſio pro reſignatione facta reſignanti, ut
dr̄ expreſſe in §. Quare nos uolentes, ita promiſſio
facta alteri ad finē eiuſdē reſignationis, nam uiget
21 eadem rō: † ergo idem ius, l. illud, ff. ad leg. Aquil. l. a
22 Titio, ff. de uerbor. obliga. &, quod prohibetur † me
diate, prohibetur etiam immediate, l. auia, §. Titio,
ff. de conditio. & demonſtrat. ca. cum quid vna uia
de reg. iu. li. 6. Crau. cōſ. 137. in prin. Hinc dicit Ma
ſcar. poſt Mayol. de prob. concl. 1306. n. 31. cōmitti
cōfidentiā, qūocūq; tertia ꝑſona ſuppoſita ſit: Na-
23 uarr. dicit † penſionem eſſe illicitam, ſi fuit conſtitu
ta per confidentiam, conſ. 31. in fin. de Simon. Re-
manet nunc, vt contraria tollamus.

Ad primum rn̄detur, retorquendo in contrariū,
quia immo competunt verba conſt. vt patet ex ſu-
pradictis, & pręcipue ex ſecundo fundamento.

Ad ſecundum reſpōdetur, diuerſos eſſe terminos
transferentiū pēſionem. nā tunc nullus titulus be-
neficialis conſideratur, ideo non committitur con-
fidentia, Nauar. conſ. 2. & 16. de Sim. & dixi ſupra,
& paciſcentium ſuper penſione pro conſequēdo be
neficio, quo caſu, cum conſideretur titulus, commit
titur confidentia, Nauar. in man. c. 23. ſub nu. 109.
& ex diuerſis non infert, l. Papinian. ff. de minor.

Ad tertium reſpondetur, retorquendo in con-
trarium, quia ratio conſtitutionis, & ſpiritualitas
conſideratur, vt dixi ſupra, & maxime in primo,
quarto, & quinto fundamento. Accedat, quia pen
24 ſio non eſt mere temporalis, † ſed annexa ſpirituali,
ſicut ius patronatus, D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 4. Na

uar.conſ.52.nu.4.de prẹben.& in annexis ſpirituali
25 bus†committitur Simonia,& confidentia,c.cum ſe
* culum,& c.ex literis de iur.pat.vbi*omnes.& tritũ
eſt,annexorum eandem eſſe rationem,c.quãto,ubi
DD.deIud.& diffinitio illa penſionis allata nõ eſt
bona,ut oſtendit Nauar.d.conſ.52.nu.6.de præbẽ.
bona autem definitio eſt illa,quam ponit Naua.in
man.c.23.nu.111.ut ſit ius temporarium, ſed ſpiri-
tuale,aut illi annexum,non antecedenter, ut ius pa-
tronatus,ſed dependenter,aut conſequenter, inſtar
beneficij,vt probat idem Nauar.dict.conſ.52.num.
7.de præbend.
Ad quartum reſpondetur, hic non agi de exten-
dendis conſtitutionibus odioſis, ſed vt comprehen
dant caſus expreſſos,& contentos ſub ratione, quo
26 caſu non dicuntur†extendi leges,l.his ſolis, C.de re
uoc.dona.Dec.in c.at ſi clerici, §. de adulterijs,nu.
18.de iudi.& in c.ſecundo requiris,num.2.de appe.
Card.Pariſ.conſ.83.nu.21.uol.3.Craue. conſ. 118.
num.15.
* Ad quintum reſpondetur,communem* opinio-
nem eſſe in contrarium, ſcilicet, non licere conſti-
27 tuere,uel redimere penſionem†ſine auctoritate Pa
pæ, & de conſtituenda penſione tradit Rebuff.de
pac.poſſ.nu.105.ſm paruam impreſſionem, ſolus
enim Papa id poteſt facere,ut late deduxi in ſecun-
do caſu confidentiali,circa §.Itidem, & eſt commu
* nis*opinio,de redimenda uero, ut non poſſit redi-
mi penſio abſque auctoritate Papæ, eſt communi-
* ter receptum,*& conſuluit Nauar.conſ.52. vbi pro
bat argumentis,& rationibus,de præb.Et ita ſeruat
* ſtylus*Curiæ,vt alias docuimus, alias committitur
ſimonia,Nauar.conſ.63.de ſimon. Ideo ſcribit idẽ
Nauar.conſ.39.de ſim.eſſe ſimoniam,ſi N.conſen-
28 tit reſeruationi certẹ penſionis † in fauorem Titij,
qui ex hoc ei remittat obligationẽ cuiuſdam debiti.
Concludendum eſt igitur &c. Et hẹc concluſio
alias frequenter poterat accidere:nam reſeruabatur
penſio ſuper beneficio tertij,ut dixi de reſignat.be
nefi.lib.6.q.2.num.20.Hodie autem tempore S.D.
29 N.†Clement.VIII.cum non imponatur penſio ſu-
per beneficio alterius ex ſententia Congregationis
ſuper negocijs Datariæ,immo difficiliter ſuper be-
neficijs,quẹ obtinet reſignans,ſed tamen ſuper be-
neficio reſignato,& in fauorem dumtaxat reſignan
tis,præſens quẹſtio erit de raro contingentibus,niſi
30 mutetur ſtylus Datariæ,qui†mutatur ex uoluntate
Papæ,& Datarij pro tempore exiſtentis.

*SVMMARIVM.*

1 *Pactio de ſoluenda penſione non expeditis litteris, quando ſit confidentialis.*
2 *An huiuſmodi pactio ſit ſimoniaca.*
3 *Simonia ex pacto.*
4 *Simonia committitur dando, & remittendo.*
5 *Remittere eſt dare.*
6 *Prælatus remittens debita Eccleſiæ incurrit pœnã.*
7 *In remiſſione excedente quingentos aureos, requiritur inſinuatio.*
8 *Remiſſio in inſtitutione beneficij eſt ſimonia.*
9 *In litteris apponitur clauſula, quod penſio ſit nulla litteris non expeditis.*
10 *Promiſſio penſionis abſque auctoritate Papæ eſt ſimoniaca.*
11 *Supplicatio ſola alias reddebat Ius.*
12 *Hodie bullẹ debent expediri.*
13 *Salua conſcientia, an poſſit ſolui penſio litteris non expeditis.*
14 *Papa cenſetur concedere gratiam per modum limitandum a Cancellaria.*
15 *Prouiſus, de beneficio, an poſſit ſoluere penſionem ante captam poſſeſsionem.*
16 *Simonia quando.*
17 *Poßeſsio beneficij eſt ius Spirituale, vel annexum.*

## QVAESTIO XLIII.

Quando ſit confidentia ſoluere penſionem non ex-
peditis literis.

QVadrageſimo tertio quæro, an ſit confidentia
lis pactio de ſoluendo penſionem auctorita
1 te Apoſtolica reſeruatam, † non expeditis litteris?
Videtur concludendum negatiue, quia huiuſmodi
caſus non comprehenditur neque ſub uerbis, neq;
ſub ratione dictarum Conſtitutionum Pij IIII. &
V.vt licet uidere.& cum ſint odioſẹ, & pœnales,e-
runt intelligendẹ,& reſtringendæ ad caſus expreſ-
ſos.Declara, vt huiuſmodi pactio de ſoluendo pen
2 ſionem non expeditis†litteris ſit Simoniaca,ut in fa
cti contingentia reſpondit Nauar.conſ. 19. per to-
tum,& conſ.46.tit.de ſimo.namque huiuſmodi pa
ctum reddit faciliorem ſolutionem,& receptionem
penſionis,& prodeſt penſionario,qui ex eo nõ gra-
uatur diſpendio in expeditione,& nocet beneficia-
rio penſionem ſoluturo,cum regulariter ante expe
ditionem ad eam non teneatur, & per huiuſmodi
3 pactum†arctatur,vnde videtur colligi ſimonia, ar-
gum.ca.quam pio,1.quæſt.2.cap.ult.cum ibi notat.
de pact.Simonia enim cõmittitur nõ ſolũ dãdo,ſed
4 †ẽt remittẽdo,c.ueniẽs 1.& ibi Gl.Abb.Fel.nu.2.&
alij de teſtib.& rõ ponitur in Gl.ibi quia remittere
5 eſt†dare,l.ſi fundum,§.Titio fundũ,ff.de leg. 1.l.in
ædib.& ibi Gl.ff.de donat.& ideo dicit Anton. de
Butr.in c.ſi quorundam in 1.col.de ſol. quod eãdẽ
6 pœnam†incurrit Prælatus,qui remittit debita Ec-
cleſiæ ſicuti,qui alienat:&,ſicuti in donatione exce
7 dente quingentos aureos,†requiritur inſinuatio,ita
& in remiſſione,Gl.in le.ſi quis obligatione, ff. de
reg.iur.eo magis,cũ ex remiſſione cõmodũ applice
tur parti, Abb.in d.c.ueniẽs,& Fel.col..1. poſt Bar.
8 & Bal.Iõ pactio in conſtitutione†de remittẽdo ali-
quid ſpectãs ad Eccleſiã eſt ſimoniaca, Abb.& Fel.
nu.1.in fi.in d.c.veniens,ideo concludit Nauarr.d.
conſ.19.gratiã eſſe nullã,& nihil acquiri promittẽ-
ti,& promiſſario, & egere abſolutione ab excom-
municatione incurſa.
Et hanc concluſionẽ intellige ſtantẹ ſtylo notiſſi
mo in curia apponendi clauſulam in ſupplicatione
reſeruationis penſionis,ꝙ litteris non expeditis re-
9 ſeruatio illa ſit†nulla,ac ſi nõ fuiſſet facta, nã hmõi
prohibitio impedit ius ante expeditionẽ litterarũ,
iõ firmarẽ,committi nõ ſolũ ſimoniã,ſed ẽt cõfidẽ
tiã,nã,ſicuti promiſſio ſolutionis penſionis facta a
10 reſignatario reſignãti abſque†auctoritate Papẹ eſt
confidentia,ut colligitur ex conſtitutione Pij V. &
nemo dubitat,ita & ea promiſſio,quẹ fit de penſio
ne reſeruata a Papa,etiam literis non expeditis, cũ
ſtante dicta clauſula penſio ante expeditionem lite
rarum habeatur,ac ſi non eſſet reſeruata.
11 Quod ius ex ipſa†ſupplicatione reſeruationis a-
lias acquirebat abſque alijs literis,Card.in prooem.
Clemen.uerſ.nec ſane,in fin.Bald.in l.ult.in princ.





C.commun:ſeru.man.cum alijs,vt per Sarn.de non
iud iux.form.ſupplic. q.1.num.7.& 8. quod proce-
dit etiam in ſupplicatione collationis beneficij.Ho
die autem in collationibus,& prouiſionibus,quorũ
12 cunque beneficiorum debent literæ†expediri,vt ſta
tuerunt Bonif.VIII.Alex.V.Pius II.Innoc.III.Iul.
II.conſtit.4.Clemen.7.conſt.2.Paul.III.conſt.5.&
Iul.III.conſt.3.& magna eſt altercatio, an ſalua cõ
13 ſcientia poſſit peti,& exigi,& ſolui penſio literis †
non expeditis,Hier.Paul.in praxi Cancellariæ, fol.
48.tenet negatiuam.Sed Gig.de penſ.q.34.num.3.
uerſ.contraria,& num.6.uerſ.ego, Sarn.in regul.de
non iudican.iux.form.ſupplic.q.14.numer. 3.tenet
* contrariam,communis*diſtinctio eſt,vt in foro iu-
diciali procedat prior ſententia, in foro Poli poſte-
rior,vt conciliando tradit idem Gig.conſil.151.nu
14 mero 8.& regulare eſt,vt Papa†cenſeatur concede-
re gratiam per modum limitandum a Cancellaria:
& ideo requiritur expeditio literarum,Bellam.dec.
698.Oldra.conſ.229.Mil.in repert.in uerb.gratia.
Sed dubium eſt,ſi prouiſus de beneficio impedia
tur a penſionario,ideſt ab habente penſionem au-
ctoritate Apoſtolica ſuper illo beneficio, expedire
literas antequam ſoluat penſiones decurſas,poſſit
15 eas iuſte ſoluere,vt†expeditis bullis capiat poſſeſſio
nem.Nauarr.conſ.17.titu.de ſimon.in facti contin
gentia firmauit huiuſmodi ſolutionem redolere ſi-
16 moniam,nam†non licet dare aliquid temporale ꝓ
iure ſpirituali quærendo, neque pro quæſito non
dum poſſeſſo conſeruando, Gloſſ. in cap. decimas,
16.quæſt.7.Abba.in capitul.dilectus,numero 4.de
17 Simon. †,& poſſeſſio beneficij ſecundum Nauarr,
ibidem,numero 2.eſt quid ſpirituale, uel annexum
* Spirituali,& communiter eſt *, receptum,dare ali-
quid temporale pro quærendo ſpirituali, vel ei an-
nexum,eſſe ſimoniam,iux.Gloſ.1.q.1.in ſumm.

*SVMMARIVM.*

1 *In reſignatione nulla pactio.*
2 *Reſignans recipiens fructus poſt reſignationem committit confidentiam.*
3 *Spirituale non poteſt dari pro ſpirituali.*
4 *Pactum eſt vitioſum, vt qui tenetur dicere primam miſſam, dicat ſecundam.*
5 *Aſſignare poſſeſſiones loco penſionis non eſt confidentia.*
6 *Fructus beneficiorum conſiſtunt in mera temporalitate.*
7 *Confidentia non committitur niſi in re ſpirituali.*
8 *Fructus poſſunt in conuentionem deduci abſque vitio.*
9 *Præbendæ poßunt vendi.*
10 *Fructus beneficij poſſunt creditoribus aſſignari.*
11 *Penſionarius habet fructus loco hypothecẹ.*
12 *Nulla fit ſimonia deducendo in pactum, quod a iure permittitur.*
13 *Penſio de fructibus ſolui debet.*

## QVAESTIO XLIIII.

Quando prẹdia poſſint aſſignari loco penſionis.

QVadrageſimo quarto, Quæro,an,facta reſigna
tione,& reſeruata penſione reſignanti, ſi fiat
conuentio inter reſignantem & reſignata-
rium,ut aſſignentur a reſignatario reſignanti certi,
& denominati fructus,loco penſionis, ſit confiden
tia punibilis per has Conſtitutiones?
Pro affirmatiua adducitur,quia in reſignationib.
1 nulla pactio,& conuentio debet†interuenire, capi.
tua nos,cum ibi not.de Simon.
Secundo,quia reſignans percipiens fructus poſt
2 reſignationem committit confidentiam,†ut dicitur
in dict.Bul.Pij V.ergo,&c.
Tertio,affertur id,quod reliquit ſcriptum, Aug,
3 in Summ.in verb.ſimonia,2.nu.32.ut ſit † vitioſum
pactum exactionis Spiritualis pro Spirituali, alle-
gat D.Thom.2.2.q.100.art.3.ad Tertium, ubi ui-
detur innuere,quod pactum eſt vitioſum,vt,qui te-
4 netur † dicere primam Miſſam, dicat ſecundam,
& e contra.
5 His tamen non obſtantibus, † contraria opinio
eſt tenenda,quam in facti contingentia tenuit Ro-
* ta,in una*Coſentina prẹtenſæ confidentiæ die Lu
næ 4.Februarij 1591.coram R.P.D.Orano, nam
ibi poſt ceſſionem Archiepiſcopatus,& reſeruatio-
nem duorum millium pro cedente fuerũt ei ab Ar
chiepiſcopo electo, aſſignata quædam feuda loco
penſionis,prẹtendebatur a fiſco ex hoc fuiſſe com-
miſſam confidentiam fuit negatiue reſolutum,& ꝓ
hac parte multi doctiſſimi uiri reſponderunt. Et
huiuſmodi ſententia
Primo probatur,quia fructus omnium beneficio
6 rum † conſiſtunt in mera temporalitate, Roman.
* con.328.poſt num.5.& eſt*communis opinio, ut
7 per Caputaq.deciſ.237.ſub nu.3.p.3.ſed ſimonia,†
& confidentia non committitur niſi in re Spiritua-
li,Innoc.in cap.quẹſitum,de rer.permut.Card.con
ſi.136.num.4.cum alijs,ut per Felin. in rubr. de ſi-
* mon.& *eſt communis opinio doctorum.
8 Hinc fructus,tam†percepti,quam percipiendi,ſi
ne uitio ſimoniæ,& confidentiæ,poſſunt in conuen
tionem deduci,Archid.in cap.ſed ad hoc,10.q.1.&
ibi Præpo.in cap.primo,num.primo,in fi.q.3.Gig.
de penſ.q.87.num.2.
9 Hinc eſt,quod,cum prẹbendæ†in mera tempo-
ralitate conſiſtant,uendi poſſunt,vt fuit reſolutum
* in*vna Toletana pecuniarum, ſiue præbendarum,
coram Reomano 4.Aprilis 1552. teſte Caputaqu.
10 d.deciſ.237.p.3.Hinc etiam eſt,quod fructus † be-
neficiorum poſſunt creditoribus aſſignari pro ſatiſ
factione debiti,Abb.in cap.peruenit,num.12, de fi
* deiuſſ.& communiter*in praxi ſeruatur.
11 Secundo,quia,cum penſionarius † capere poſſit
fructus bñficij,ſuper quo pẽſio eſt impoſita,uigore
hypothecẹ,ꝙ ſibi ſuper illis competit, Rom. conſ.
388.n.3.Natt.cõſ.341.poſt n.6.& conſ.346.li.3.Et
* cõiter* alij:ergo, ſi deducatur hoc in pactum, non
erit ſimonia,neque confidentia,cũ inſit de iure, qđ
penſionarius poſſit habere fructus beneficij pro ſa-
tisfactione ſuæ penſionis, ac oẽs doctores conclu-
dunt,vt patet ex allegatis per Dec.cõſ.118. poſt n.
12 5.uerſ.tertio principaliter,nulla enim† ſimonia cõ-
mittitur deducendo in pactum id,quod a iure per-
mittitur,Abb.in c.1.de eo,quod mitt.in poſſ. idem
Abb.in c.olim,el 1.de reſt.ſpol.Ang.in uerb.ſim.2.
n.18.late Fel.in c.ad audientiã,col.1.& 2. de reſcri.
Tertio,quia,ſi fructus beneficij poſſunt aſſignari
* pro ſatisfactione debiti,iuxta*cõem praxim, Abb.
in c.peruenit,n.12.de fideiuſſ.multo magis pro ſol
13 uenda penſione,quæ de fructibus ſolui debet, †&
ſuper illis eſt impoſita,Dec.conſ.155.n.3.Ber.cõſ.
17.nu.8.lib.1.Gig.conſ.134.n.9.& conſ. 136.nu.6.

Non obſtant contraria, nam ad primum reſpōde
tur, pactionem ante reſignationem, vel in actu reſi-
gnationis eſſe illicitam, & prohibitam, non autem,
quæ fit poſt, & de re licita, ſcilicet de re temporali.

Ad ſecundum reſpondetur, perceptionem fru-
ctuum abſque conſenſu Papæ eſſe confidentialem,
ſecus cum conſenſu, vt in caſu noſtro, namque iſte
illos percipit mediante reſeruatione facta a Papa,
vnde ceſſat argumentum.

Ad tertium reſpondetur, Ang. loqui quando fit
pactum ſuper iure exigendi aliquod Spirituale, qđ
in fructibus ceſſat, cum conſiſtant in mera tempo-
ralitate, iuxta* communem opinionem, vt per Ca-
putaqu.d.deciſ.237.p.3. Et ita tenendum, & iudi-
candum eſſet.

Limitarem tamen, hanc concluſionem non pro
cedere, quoties conſtaret, redditus aſſignatos mul-
tum excedere penſionem reſeruatam, nam ex hoc
oriretur ſuſpitio, quæ, iuncta alijs adminiculis, red-
deret iudicem certum de confidentia, & pactione
facta in actu reſignationis. Et, ad euitandum lites,
conſulerem, huiuſmodi conuentionem non eſſe fa
ciendam.

## QVAESTIO XLV.

QVOD aliquæ conuentiones inter reſignantem, &
reſignatarium non ſunt confidentiales.

### SVMMARIVM.

1 *Pactio facta inter reſignantem, & reſignatarium de exigendis fructibus vſque ad diem conſenſus præſtiti, non eſt confidentialis.*
2 *Confidentia non committitur ſuper pacto, quod ineſt a iure.*
3 *Fructus ſpectant ad reſignantem, vſque ad diem cōſenſus præſtiti.*
4 *Vſque ad diem conſenſus reſignans eſt Dominus.*
5 *Fructus ſpectant ad Dominum.*
6 *Collatio cum promiſſione reparandi Eccleſias non eſt Simoniaca.*
7 *Beneficiatus tenetur ad reparationem Eccleſiæ.*
8 *Expreſſio facta in collatione aliter, quam inſit de iure eſt Simoniaca.*
9 *Electio facta, vt electus teneatur habere duos clericos ſecum, eſt Simoniaca.*
10 *Promittens in collatione reparare aliam Eccleſiam committit Simoniam.*
11 *Collatio facta cum onere legendi ſacram Scripturā eſt Simoniaca.*
12 *Collatio debet eſſe libera.*
13 *Onus legendi ſacram Scripturam eſt pium.*
14 *Conditio, quæ tacite ineſt, non vitiat.*
15 *Prębenda Theologalis erigenda in qualibet Eccleſia.*
16 *Pœnitentiarius inſtituendus.*
17 *Epiſcopus abſque Capitulo poteſt inſtituere Pœnitentiarium.*
18 *Tractatus inter reſignantem, & reſignatarium, vt reſignans poſſit capere fructus vſque ad diem conſenſus præſtiti eſt licitus.*
19 *Reſignans poteſt percipere fructus ſibi competentes etiam poſt captam poſſeſſionem a Reſignatario.*
20 *Reſignans poteſt percipere huiuſmodi fructus etiam de manu reſignatarij.*
21 *Faciens actum permiſſum non incurrit pęnam.*
22 *Reſignans poteſt dictos fructus vendere cuicunque.*
23 *Reſignans poteſt exigere à fictuario, etiam poſt publicatam reſignationem.*

QVadrageſimo quinto, Quæro, an pactio facta
inter reſignantem, & reſignatarium, ut ipſe
reſignans poſſit exigere fructus beneficij re-
ſignati uſque ad diem conſenſus præſtiti, ſit confi-
dentia?

1 Negatiue† eſt reſpondendum, vt concluſit Rot.
in una Coſentina prætenſę confidentiæ coram R.
P.D. Orano* Auditore Rotę doctiſſimo die Lunæ
4. Febr. 1591. nam ibi Archiepiſcopus cedens cum
promouendo ad Archiepiſcopatum conuenerat, &
in inſtrumento præſeruauerat ſibi ius, & actionem
ad fructus ante reſignationem decurſos, & inexa-
ctos recuperandos, quærebatur, an hæc pactio ſit cō
fidentialis? fuit concluſum negatiue. Et ratio huius
concluſionis eſt, quia pactio, continens id, quod ius
2 commune dictat, non eſt Simoniaca, † neque confi-
dentialis, Gloſ. not. in cap. cum M. in uerbo percipe
ret, & ibi Ant. de Butr. de conſt. Gloſſ. & Archid. 8.
q. 3. in ſumma, Glo. & Doctores in cap. ſignificaſti,
de elect. & in cap. ad audientiam, el 2. de reſcrip. Fe-
deric. de Sen. de permut. benef. q. penul. Gemin. cō-
ſi. 84. col. 5. uerſ. ad longum diſputationem, nu. 17.
& eſt communis, * & recepta per omnes dd. conclu
ſio, ut patet ex adductis per Felin. in d. cap. ad audiē
tiam, ſed de iure communi fructus beneficij reſigna
3 ti ſpectant † ad reſignantem uſque ad diem pręſtiti
conſenſus, ut conſuluit Gabr. conſ. 292. nu. 3. 4. & 5.
& late comprobaui in d. tract. de reſign. benef. q. 6.
num. 38. Et eſt communis* opinio, quia uſque ad
4 illud tempus reſignans † eſt dominus, cum poſſit pę
nitere, Ant. Aug. deciſ. 260. lib. 3. & deciſ. 186. eod.
lib. Sarn. deciſ. 20. lib. 1. Cott. decis. 16. Put. deci. 29.
de renunc. Accoramb. deciſ. 48. Moedan. deciſ. 11.
Card. Paleott. deciſ. 70. Caputaque. deciſ. 55. libr. 1.
omnes in manuſcr. Burſat. conſ. 393. uol. 4. Et eſt cō
munis opinio, ſecundum quam fuit pluries reſolutū
in Rota, ut late dixi in tract. de reſig. benef. lib. 1. q.
5 12. nu. 16. cum ſeq. Et fructus † regulariter ſpectant,
ad dominum, l. fructus, l. in fundo, l. ex diuerſo, l. nō
ſolum, §. meum, ff. de vſur. l. ſi dominum, C. de pign.
Ruin. conſ. 25. nu. 2. & conſ. 53. nu. 23. lib. 2. Nauar.
conſ. 7. de ſent. excomm. nu. 2. Cephal. conſ. 49. nu.
13. uol. 1. Et* communiter alij doct. ergo pactum, in
quo reſeruatur ius, & actio exigendi, & recuperandi
dictos fructus non erit Simoniacum, nec confiden-
tiale, & ita* communiter practicatur. Idque poſſet
comprobari ex multis rationibus, quas poſui in d.
tract. de reſign. benef. lib. 1. prædicta, q. 12.

Hinc eſt, quod collatio facta cū promiſſione de
6 reparādo Eccleſiā, nō eſt † Simoniaca, ut in facti cō
tingentia reſpondit Dec. conſ. 118, nu. 5. uerſ. tertio
principaliter, quia poſſidens beneficiū de iure cōi †
7 tenetur ad reparationē Eccleſiæ, c. quatuor, 12. q. 2.
ca. ſi monachus, 16. q. 1. c. 1. & c. de his, de Eccl. ędif.
Cæpol. de ſeruit. urb. præd. c. 19. nu. 14. Paul. de Ci-
tat. in tract. de iur. patron. in 5. princ. art. nu. 173. cō
munis* opinio, teſte Io. Pet. Surd. Conſ. 62. nu. 4. di-
xi in tract. de reſign. benef. lib. 3. q. 15.

Declara tamen, hanc concluſionem non proce-
dere, quoties in pactione facta inter reſignantem,
8 & reſignatarium, exponitur aliter, † quam ſit de iu-
re, ut in ſimili fuit reſolutum in Rota, * in una Bo-
nonien.



nonien. D. Thom. 23. Martij. 1549. teſte Put. deciſ.
234. libro 3. ubi fuit concluſum, electionem eſſe Si-
moniacam, namque fuit dictum, quod electus debę
9 ret habere ſecum duos clericos Bononien. & † inter
alios unum filium ex uno de electoribus, nam, licet
rector tenebatur de iure habere duos clericos, ta-
men, quia expreſſio fuit facta aliter, quam de iure
inſit, fuit reſolutum eſſe Simoniacam, ad notat. in
cap. conſuluit de vſur. Gloſſ. in cap. ſi fœneraberis,
13. quæſtio. 3. & in Clement. prima, uerſi. onera de
uſur. Dec. in cap. ſignificaſti, nu. 37. de elect. & conſ.
118. nu. 5. uerſ. nec obſtat ſi dicatur.

10 Hinc promittens † reparationem alterius Eccle-
ſię committit Simoniam, cum ad eam reparandā
de iure non teneatur, c. ex multis, prima, q. 3. quem
tex. ita intelligit. Dec. dict. conſ. 118. num. 5. uerſic.
non obſtat tex.

11 Hinc Simoniaca eſt collatio † facta per Epiſco-
pum Titio, cum onere Theologali, ſcilicet legendi
ſacram Scripturam, ut fuit reſolutum in Rota. * in
una Pampilonenſi Prioratus, 20. Martij 1551. co-
ram Veſtano, teſte Caput. deciſ. 241. p. 3. quia colla
12 tio debet eſſe libera, & non debet † continere mo-
dum, & conditionem, aut onus, Gloſſ. & Docto. in
c. 2. de elect. lib. 6. & in ca. ex parte, el primo de off.
delega. & communiter* Doctores, ut dixi in tracta.
13 de reſign. benef. lib. ult. q. 1. & onus † legendi quam-
uis ſit pium, non tamē debet adijci in collatione be
neficij, Gloſſ. in cap. penult. in Gloſſ. magna de ma
giſtr. & ibi Anan. col. ult. Imol. in cap. ſignificatum,
col. 2. uerſ. in Gloſſ. prima, Abba. nu. 7. Card. Zaba-
rel. col. 2. de præbē. Niſi appareat in fundatione hu
iuſmodi onus legendi ſacram Scripturam eſſe adie-
ctum, nam tunc poteſt conferri cum dicto onere, &
conditione, ut fuit concluſum in dict. * Pampilonē.
prioratus 20. Martij 1551. ex not. in dict. ca. ſignifi-
catum, per illum tex. Franc. in cap. 2. in 2. not. de ele
cti. lib. 6. & eſt communis opinio * ex illa uulgari re-
14 gula, quod † conditio, quæ tacite ineſt, non uitiet, ca.
relatum, & ibi Doctores de præben. Feder. de Sen.
de permut. benef. q. penult. Dec. in cap. M. in V. Va
caturas, de conſtit. & in c. ſignificaſti, numer. 37. de
electio.

15 Et ideo hodie prębenda † Theologalis erecta in
Eccleſia Metropolitana, vel Cathedrali, iuxta de-
cretum Concilij Tridentini, capit. primo, ſeſſ. V. de
reformat. cap. quia, & c. ult. de magiſtr. Concil. Ma-
gunt. cap. 65. Tom. 3. fol. 943. Auguſt. cap. 26. eodē,
Tom. 3. fol. 880. Colonien. de Scholis, & Typogr.
cap. 1. & ſeq. eod. tom. 3. fol. 812. poteſt conferri cū
hoc onere, & conditione. Ita etiam præbenda inſti
tuta pro pœnitentiario poteſt cum hac conditione
dari. Namque ex decreto Conc. Tridentini, cap. 8.
ſeſſ. 24. de reform. in omnibus Cathedralibus Eccle
16 ſijs, ubi id commode fieri poterit, Pœnitentiarius †
aliquis cum unione præbendę proxime vacaturæ
ab Epiſcopo inſtitui debet, qui ſit magiſter, aut do
ctor, uel licentiatus in Theologia, vel iure Canoni-
co, & annorum 40. qui dum confeſſiones audit in-
terim pręſens in choro cenſeatur, & hic pœniten-
tiarius poteſt inſtitui ab Epiſcopo duntaxat, quam
17 uis de conſuetudine, prębendæ debeant cōferri † ab
Epiſcopo, & cap. ut cenſuit* Sacra Cōgregatio Cō-
cilij Trident. ſub die 24. Iulij 1572.

18 Ex his ergo collige, concluſionem † licitum eſſe
tractatum inter reſignantem, & reſignatarium, ut li
ceat reſignanti poſt reſignationem capere fructus,
ei competentes uſque ad diem cōſenſus præſtiti ex
rationibus allegatis, & ita communiter* tenetur; &
uidi alias iudicari ſecundum hanc ſententiam.

Amplia primo, ut poſſit reſignans illos fructus
percipere, & ante quam reſignatarius expediat bul
las, & poſt expeditas literas, & ante captam poſſeſ-
19 ſionem, publicatamque † reſignationem, & poſtea,
cum eadem ſit ratio: nam eſt dominus illorum, Ru.
conſ. 25. num. 2. & conſ. 53. nume. 23. lib. 2. Nauarr.
conſi. 7. num. 2. de ſent. excom.

Amplia ſecūdo, ut poſſit dictos fructus reſignās
20 † capere tam de manu reſignatarij, quam de manu
coloni, aut fictuarij, quia ex hoc nullam incurrit pę
21 nam, † cum actus ſit permiſſus, leg. Gracchus, C. ad
l. Iul. de adulte.

Amplia tertio, ut poſſit reſignans dictos fructus
22 uendere † cuicumque pro pretio conuento tam ſciē-
te, quam ignorante reſignatario, cum quiſque poſ-
ſit uendere, & alienare rem ſuam uulgatis iuribus.

23 Amplia quarto, vt, ſi beneficium ſit locatum † cer
ta mercede ſoluenda, quæ cadit poſt admiſſam reſi-
gnationem, & captam poſſeſſionem, ut reſignans
poſſit pro rata temporis petere partem dictæ mer-
cedis, & exigere ab affictuario aduenientę tempore
ſolutionis, non obſtante, quod ipſe reſignauerit, &
reſignatarius ceperit poſſeſſionem, vel, ſi non uelit
expectare vſque ad illud tempus, poterit reſignans
hanc partem fructuum ad ſe ſpectantium uendere
reſignatario, uel alij, cui magis placuerit, & inuene-
rit, cui poterit cedere ſuam actionem per litteras,
vel inſtrumenta, qui ſubrogatus adueniente dicto
tempore poterit a fictuario hos fructus exigere, uel
à reſignatario, qui exigit a dicto fictuario, & faciūt,
quæ ſcripſi de reſig. benef. lib. primo, q. 6. & qu. 12.
& ample in hoc tract. ſupra, q. 29. & 30. & hoc com
muniter* tenetur per omnes, & ſecundum hanc ſen
tentiam, uidi alias conſultum per peritisſimos ui-
ros, & etiam iudicatum* in facti contingentia: nam
dictæ conſtitutiones Pij V. & Pij IIII. ſunt reſtrin-
gendæ, cum ſint odioſæ, & exorbitantes, eoque ma
gis, cum Fel. record. Gregor. XIII. voluit illas refor
mare, & poſtea Sixtus V. & Gregor. XIIII. & nunc
tempore Sanctiſſimi D. N. Clementis VIII. iam eſt
reformata in compilatione ſeptimi Decretal. & hic
caſus nullo modo eſt comprehenſus, neque in uer-
bis, neque in ratione, neque alio modo, & ita fuit *
pluries iudicatum.

Et procedit hæc concluſio, etiam ſi in illo bene-
ficio reſignato imponeretur penſio, & in ea ſoluen-
dus erit primus terminus paulo poſt reſignationē,
nam id non impedit, quominus reſignans, debeat
habere partem fructuum uſque ad diem conſenſus
præſtiti in reſignatione, vel partē mercedis fictus,
nam plerumque primus terminus penſionis ſolet,
ſolui anticipate, ut ex ſtylo, * & praxi notoria urbis
patet, & ita uidi pluries practicari, & ſeruari.

### SVMMARIVM.

1 *Confidentia ex impenſis factis a reſignante pro reſignatario.*
2 *Scientia Papæ tollit omne vitium.*
3 *Scientia Papæ tollit confidentiam.*
4 *Ex ſcientia Papæ videtur diſpenſatum.*
5 *Factum lege permittente nullam pœnam meretur.*
6 *Voluntas etiam ex actu inualido declaratur.*

7 *Delictum debet excludi.*
8 *Quælibet cauſa excuſat a dolo.*
9 *Capienda præſumptio pro non falſo.*
10 *Verba impropriantur, vt aliquid non ſit falſum.*
11 *præſumitur potius error, quam falſum.*
12 *Falſum non eſt punibile, ſi non adeſt dolus.*
13 *Cauſa etiam iniuſta excuſat à pœna doli.*
14 *Hæc cauſa excuſat etiam a mulcta.*
15 *Et a mora.*
16 *Homicida quando ex cauſa excuſetur.*
17 *Diſpenſatio inſufficiens ad duo incompatibilia excuſat a pœna execr.*
18 *Procliuiores ſumus ad abſoluendum, quam ad condemnandum.*
19 *Obtinens ex cauſa falſa conceſſionem pacti confidentialis, videtur committere confidentiam.*
20 *Literę obreptitię, cum fuerit expreſſum falſum.*
21 *Literæ obreptitię nullæ ipſo iure.*
22 *Literæ ſubreptitię etiam ſunt nullæ ipſo iure.*
23 *Obreptio eſt minor ſubreptione.*
24 *Quod nullum eſt, non poteſt producere effectum.*
25 *Nullum aliquid non operatur.*
26 *Conceſſio principalis non operatur in caſu vitioſo, & doloſo.*
27 *Diſpenſatio ſubreptitia non prodeſt Monaco.*
28 *De reſcripto nullo, non eſt facienda mentio.*
29 *Nullum, & inutile idem eſt.*
30 *Nulla, & non facta pariſicantur.*
31 *Nullum non habet imaginem rei.*
32 *Abſolutio ex falſa cauſa non prodeſt.*
33 *Expreſſio falſæ cauſæ vitiat diſpenſationem.*
34 *Vnio ex falſa cauſa eſt nulla.*
35 *Literæ conceſſæ expreſſa falſa cauſa non ſunt literæ:*
36 *Procurator falſus non dicitur procurator.*
37 *Ceſſante cauſa diſpenſationis ceſſat diſpenſatio.*
38 *Cauſa finalis, & cauſa impulſiua æquiparantur in ſubreptione.*
39 *Cauſa quæ, & num. 40.*
41 *Commenda conceſſa non habenti ætatem, nulla.*
42 *Coniecturæ ſunt poſitæ arbitrio Iudicis.*
43 *Stylus attendendus.*
44 *Licentia nulla non excuſat à pœna.*
45 *Auxilium a gratia nulla fruſtra expectatur.*
46 *Scientia in conceſſione nulla habetur ac ſi nō eſſet.*
47 *In obreptione quælibet cauſa non excuſat.*
48 *Cauſa probanda, vt excuſet.*
49 *Licentia inualida non eſt conſiderabilis.*
50 *Obreptio, & ſubreptio etiam in minimis vitiant literas.*
51 *Obreptio, & ſubreptio ēt non doloſæ vitiāt literas.*
52 *Mens Papæ in Bullis eſt præciſa.*
53 *Qualitas quæ exprimenda in literis.*
54 *Simplicitas non excuſat a ſubreptione.*
55 *In gratioſis falſitas ſemper præſumitur doloſa.*
56 *Impetrans debet ſe informare de veritate.*
57 *Impetrans debet probare non dolum.*
58 *Dolus non præſumitur.*
59 *Mendacium præſumitur doloſum.*
60 *Ignorantia an excuſet in ſubreptione.*
61 *Veritas ſectanda.*
62 *Ignorantia in delictis quando excuſet.*
63 *Dolus in quibus caſibus præſumatur.*
64 *Et in quibus ignorantia.*

## QVAESTIO XLVI.

AN gratia obtenta ex falſa cauſa expreſſa in reſignatione præcedente tractatu ſit confidentialis.

QVadrageſimo ſexto, Quæro de notabili quæſtione Reſignans, & Reſignatarius ante reſignationem pacti fuerunt de quibuſdā rebus, & conditionibus prohibitis, & Simoniacis, & poſtea porrexerunt ſupplicationē Papæ ꝓ obtinendo beneplacitum in illis modis, & conditionibus illicitis, ex falſa tn̄ cauſa expreſſa, an ſint cōfidentiales, Exēplū
1 ex impenſis factis a reſignante pro ſe, & † reſignatario committitur confidentia, vt probatur in conſtitutione Pij V. in §. uel ſola procuratoris, & pari ratione expenſis factis a Reſignatario pro ſe, & reſignante committitur confidentia, ut dixi in interpꝛetatione dicti §. vel ſola procuratoris, & de reſign. benef. lib. 14. q. 7. nu. 9. Nauar. conſ. 5. de Simon. euenit, quod Reſignās, & Reſignatarius hoc pacti fuerunt, ut oēs expenſæ faciendę in expeditione fierēt per vnū eorū, abſq; dubio ex hoc cōtrahitur crimē confidentiæ, ſed porrecta ſupplicatione Papæ procurarunt, ut Papa id permitteret, qui id concedendo ur̄ tollere oē uitium Simonię, & confidentię, apparet tamen in conceſſione expreſſam fuiſſe cām falſam, qua motus id Summus Pontifex cōceſſit, puta quia fuit dictum attenta paupertate reſignantis, vt poſſit reſignatarius facere expenſas oēs ſpectantes ad ipſum, & illum, uel e contra, & conſtat liquidiſſime contrarium, an hæc ſit confidentia.

Pro negatiua primo conſideratur, quod in huiuſ
2 modi cauſa conſtat Papam † ſciuiſſe dictum pactū, illicitum ad not. per Aret. conſ. 11. ad fin. Anch. cōſi. 170. col. 2. Caſtr. conſ. 94. lib. 2. Card. Pariſ. conſ. 100. n. 87. vol. 1. Crau. conſ. 597. nu. 3. nam fuit ei expreſſum in ſupplicatione, Gl. in c. ſtatutum in uerb. literarū, de reſcr. in 6. Abba. nu. 8. Fel. nu. 1. & Dec. n. 15. Pariſ. in c. cum inter, nu. 2. de excep. Ale. conſ. 122. nu. 23. li. 4. Card. Pariſ. late conſ. 3. nu. 55. & 57.
3 volu. 4. ſed ſcientia Papæ tollit Simoniam, † & confidentiam, Hoſtien. in cap. primo, ne præla. uic. ſuas. Ioan. Andr. & Card. in cap. primo, de Simon. D. Anton. in 2. par. ſuæ ſummæ, titu. 4. cap. 5. uerſic. de renunciatione. Felin. in cap. ad audientiam, 2. num. 3.
* de reſcr. communis * opinio, ut dixi de reſign. bene-
4 fic. lib. 14. q. 3. num. 10. & num. 15. dixi † uideri diſpēſatum, Caſſado. deciſ. 2. de Simo. Caccialup. de pēſ. queſt. 19. num. 17. & 18. Redoan. de Simon. p. prima, cap. 25. num. 27. & par. 2. cap. 12. num. 19. Ideo, cum ſit executum huiuſmodi pactum auctoritate
5 ſuperioris, nulla pœna, ex eo † ſequi debet, uulgat. le. Gracchus, C. de adulte. & regulare eſt, vt voluntas
6 † declaretur etiam ex actu inualido, & nullo, ſicut ex ualido, l. ult. C. de reb. eor. l. 3. §. ult. ff. de fund. inſtr. l. legatum, §. ult. ff. de adimen. legat. Card. Pariſ. in l. prima, num. 125. ff. de ope. nou. nunc. eoque magis
7 ad effugiendum pœnas, & excludendum tam † graue delictum, l. merito, ff. pro ſoc. Barbat. conſ. 18. col. ult. Boer. deciſ. 215. num. 22.

Secundo comprobatur, quia quælibet cauſa, iu-
8 ſta, ſiue † iniuſta, excuſat a dolo, l. igitur, §. primo, ff. de lib. cauſ. Gl. in l. plagij, in uerb. iuſtas ad leg. Flau. de plag. & in l. prima, uerb. iuſtis, de abig. Ale. cōſ. 160. col. prima, lib. 7. Felin. in c. cum contingat. col. 3. de reſcr. Dec. conſ. 170. nu. 2. etiam beſtialis, Are. in l. clam. poſſidere, §. ad nundinas, ubi Iaſ. de ſequ.
9 poſſ. & ſem p capit̄ ꝑſumptio † pro nō falſo, Ale. cōſ. 70. col. 1. lib. 1. Card. Pariſ. conſ. 169. nu. 58. uol. 4. ēt
10 ſi aliquo † modo verba improprientur, Ruin. conſi.





11 14. col. penul. lib. 5. & potius præſumitur error, † quā falſum, Barto. in l. quoties, §. primo, ff. de hæred. inſtitut. Ioan. Anan. in c. cum dilecti, col. 2. de accuſat. Aretin. conſ. 47. col. prima, Dec. conſ. 175. col. 4. er-
12 go, ſi non adeſt dolus, falſum non erit punibile, † ut
* eſt communis * opinio, teſte Socin. iun. conſ. 39. nu. 83. lib. 2. Clar. lib. 5. recept. ſent. §. falſum uerſ. excuſatur autem, & per conſequens non erit Simoniacus, neque confidentialis.

Tertio, fortius hanc partem corrobora, quia cauſa iniuſta, non ſolum excuſat, a dolo, ut proxime
13 dictum eſt, ſed etiam † a pœna doli, Bertrand. conſil. 34. col. ult. lib. 3. & conſ. ſeq. ac conſ. 61. eod. li. 3. cō
* munis * opinio, teſte Curtio Iun. conſ. 19. num. 4. &
14 a † mulcta. Gloſſ. in l. prima, in fin. ff. ſi quis ius dicenti non obtemp. & ibi Bart. col. vlt. & Alex. Iaſ. num. 24. ac alij, Idem Alex. conſ. 125. col. 3. lib. 4. Feli. cō-
* ſi. 34. num. 18. Calcan. conſ. 28. col. 5. communis *
15 opinio, teſte Curt. Iun. conſ. 132. num. primo, & † a mora. Menoch. in 5. remed. recup. poſſ. nu. 56. & 58. & plura huius generis congerit Tiraque. de pœn. le.
16 cauſ. 43. & de cauſa iniuſta homicidij, † vt homicida excuſetur, tradit Afflict. deciſ. 360. num. 6. Gramm. deciſ. 29. num. 19. Soc. iun. conſ. 37. num. 23. lib. 2. & de crimine læſæ maieſtatis, Crau. conſ. 6. num. 90. & crimine falſi, Card. Pariſ. conſ. 151. nu. 29. lib. 4.

Quarto, fortiſſime deducitur doctrina Gemi. in cap. non poteſt, §. primo, num. 6. de præben. li. 6. vbi
17 uult, quod, licet diſpenſatio † inſufficiens ad duo incompatibilia non tribuat ius retinendi beneficia, excuſat tamen aſſequentem ſecundum curatum a pœna extrauag. execrabilis, quod dictum ſæpę appro-
* baſſe * Rotam, tradit Sarn. in regul. de annal. q. 14. n.
18 4. pręſertim cum ſimus procliuiores ad † abſoluendum, quam ad condemnandum, iuxta l. Arrianus, ff. de act. & oblig.

19 His tamen non obſtantibus, † contrariam opinionem exiſtimo in puncto iuris ueriorem, & tenendā, ſcilicet, eſſe tali caſu commiſſam confidentiam, & moueor, qa inficiari minime poteſt, literas expeditas uigore ſupplicationis, in qua erat huiuſmodi cōceſſio, quod reſignans faceret omnes impenſas ſpectantes ad ſe, & ad reſignatarium, attenta pauperta te illius, uel e contra, cum clare conſtet de cōtrario,
20 eſſę obreptitias, † cum fuerit expreſſum falſum, Abba. in ca. cum dilecta, num. 15. de reſcrip. Gem. conſi. 128. in fin. Ale. conſ. 60. in fin. lib. 2. Bal. cōſ. 152.
* col. 2. lib. 2. communis * opinio, teſte Ber. in ca. ſuper
21 literis, de reſcr. & per conſequens nullas † ipſo iure, Felin. in c. ad audientiam, 2. num. 22. de reſcr. Socin. Sen. conſ. 13. col. 3. lib. 1. & conſ. 164. col. 2. & 169. in princ. lib. primo, Soc. Iun. conſ. 77. num. 83. 84. li. primo, Card. Pariſ. conſ. 31. nu. 22. uol. primo, & cōſi. 51. num. 27. uol. 4. Craue. conſ. 68. nume. 2. & 79. nu. 2. & 296. uol. 4. Gozad. conſ. 26. nume. 21. Brun. conſ. 12. num. 17. & conſ. 17. num. 14. Ruin. cōſ. 28. num. 8. lib. primo, Tiraquel. in tract. de pen. le. cauſ. 44. num. 21. late Rebuff. in prax. tit. different. inter reſcr. iuſt. & grat. nu. 22. & fuit die 11. Martij 1552.
*22 coram Veſtano reſolutum * in Rota in † ſubreptione, teſte Caput. deciſ. 225. p. 3. Put. deciſ. 255. nu. 7.
23 lib. primo, quæ eſt minor † obreptione, Abb. in cap. quia circa nu. 5. de conſang. & affin. Gemi. d. conſi.
* 128. in fin. & alij, quos refert Menoch. dicens eſſe * communem de arbit. iud. caſ. 201. nu. 9. Gozad. cōſ.
24 26. num. 22. ergo aliquem non poſſunt † producere effectum, l. 4. §. condēnatus, ff. de re iudic. l. non pū-

tauit, §. non quouis, ff. de bon. poſſ. c. illud de iur. pa-
25 tron. reg. non pręſtat, de reg. iur. lib. 6. Neque † quicquam etiam minimum operari, l. quoties, ff. qui ſatiſdar. cogan. c. primo, de accuſat. c. quę ſiue, & c. poſtulatus, 4. q. 7. Gloſ. in l. 2. C. de hæred. & Glo. in c. uera iuſtitia diſt. 45. Marſi. conſ. 130. nu. 46. lib. 2. & in l. ult. in 3. col. ff. de q. & ſingu. 274.
* Et regulare eſt, ac paſſim * receptum, ut conceſſio cuiuſcumque Principis nunquam, & nihil operetur
26 in † caſu uitioſo, doloſo, & obreptitio, ſeu ſubreptitio, l. non ſolum, §. ſi hæres, & §. ea liberatio, iuncta, l. ſeq. ff. de liber. leg. Soc. Sen. conſ. 13. col. 2. uerſ. ſecundo principaliter nu. 8. lib. 1. loquens de diſpenſa
27 tione ſubreptitia facta à Papa † Monacho, ex Gl. in clemen. prima uerb. uel alteri de præben. & in c. dudum, de elect. & in c. ult. de fil. presb. & in c. non poteſt, & c. ſi motu proprio, de pręb. lib. 6. c. poſtulaſti, c. referente, c. ad audientiam, de reſcr. & ibidem Fel. latiſſime, ex pluribus comprobat. Et ideo de reſcri
28 pto nullo non † eſt facienda mentio, Gemin. in cap. quoniam, col. 4. diſt. 18. Felin. in ca. primo nu. 13. de reſcr. & faciunt, quæ ſcribit Tindar. de teſtib. li. 2. c. 1. num. 8. & Lanfran. de teſtib. nu. 53. Sebaſt. Vant. de nullit. uerb. hæc eſt antiqua, nu. 5. Redoan. de Simo. p. 2. c. 2. num. 4. ubi inferunt ad plures illationes,
29 nullum enim † & inutile idem eſt, c. inter corporalia,
30 de tranſl. prælat. & nulla, † & non facta pariſicātur, c. proueniens, de fil. presbyt. not. per omnes Doctores, in c. in præſentia, de probat. quandoquidem, qđ
31 nullum eſt, non dr̄ † imaginem rei habere, l. unic. C. de delat. lib. 11. Bald. quem refert Nicol. Moron. de
* fid. tre. & pac. q. 165. num. 4. cum ſeq. Hinc * cōmu-
32 nis opinio eſt, abſolutionem ex falſa † cauſa nō ꝓdeſſe, Gl. in c. ex parte, in uerb. redire, de off. ordi. & ibi Abb. num. 1. & 3. Imol. nume. 1. Præpoſ. nu. 5. &
*33 alij * omnes, nam expreſſio falſę † cauſę vitiat diſpenſationem, literas, & quamlibet cōceſſionem ipſo facto, Abb. ſignanter per illum tex. in c. quia circa, n. 5. de conſang. & affin. & per tex. quem dicit apertū in c. 2. in fi. de fil. presb. li. 6. Silueſt. in Sum. uerb. di diſpenſatio, nu. 2. uerſ. ex quib. Dec. cōſ. 373. nu. 13. qui ēt adducit Zaba. & Panorm. uolentes unionem
34 † ex falſa cā eſſe nullā, Card. Pariſ. cōſ. 51. n. 27. vo. 4. vbi deducit plures, & faciūt notat. in l. ꝑſcriptione, vbi Bar. & alij C. ſi cont. ius. uel util. pub. & in l. ult. C. de diuerſ. reſcr. Idem Pariſ. conſ. 136. n. 24. uol. 4. Rom. conſ. 194. late Fel. in c. poſtulaſti, nu. 18. de reſcr. Fran. Cur. ſen. conſ. 16. col. 3. & paſſim eſt appro
35 batū uno ore, literas cōceſſas † expreſſa cā falſa, non eſſe literas, ſtāte ipſarū inualiditate ipſo iure, ſicuti procurator falſus non dr̄ procurator, neq; dat aliq̄ †
36 iuriſdictionem, Fel. poſt Inn. & Bellam. in c. ad audientiā, 2. nu. 21. de reſcri. quod procedit ēt in totū, Bar. Fel. & alij relati p Pariſ. alleg. cōſ. 51. n. 27. uer.
37 conſtat, vol. 4. ob id dicimus ceſſante cā † diſpenſationis, quia non adeſt, vel eſt falſa, ceſſare diſpenſationē, Arch. & Gem. in c. priſcis, diſt. 55. Feli. in c. q̄ in Eccleſiarū, nu. 29. de conſtit. Rom. cōſ. 404. Rui. cōſ. 3. n. 14. uol. 1. Pet. de Anch. conſ. 242. exteriore, Dec. conſ. 318. n. 5. Fel. in c. ſup his de fid. inſtr. & in d. c. quæ in Eccleſiarū, nu. 43. Cardi. Pariſ. d. cōſ. 51. nu. 31. & 32. uol. 4. late Dec. in c. cū ceſſante, col. prima poſt alios, de appellat. Quod vendicat ſibi lo-
* cum non ſolum in cauſa finali, in qua * omnes com-
38 muniter conueniunt, ſed etiam † in cauſa impul-
* ſiua, ſecundum magis * receptam ſententiam, teſtibus Couar. lib. primo uar. reſol. c. ult. in princ. Me-

noch,de arbitr.Iud,caſ.201.nu.2.Oldra,conſ. 256.
uerſ.ad primum,Dec.in c.cum ceſſante,nume.7.de
appell.& in c.poſtulaſti in 4.not.poſt Abba.in vlt,
* not.de reſcr.fuit reſolutum in una * Pientin. paro-
chialis de Monticello,die 19.Februarij 1554. teſte
39 Caputaq.deciſ.274.p.1.eoque magis,ſi ex illa†mo-
uetur Princeps ad concedendum etiam facilius, ad
not.in c.dudum,de elect.c.ſuper literis,& c.poſtula
ſti,de reſcr.Dec,conſ.541.num.20.Curt.Iun.conſi,
27.in fin.Crau.conſ.296.col.4 Barbat.conſ.46. co,
2.lib.2. Et infitiari non poteſt,in caſu,de quo agit,
paupertatem expreſſam induxiſſe ſummum Ponti-
ficem ad id concedendum,nam huiuſmodi conceſ-
ſio,vt Reſignatarius impendat pro reſignāte,uel e-
contra,de raro conceditur,& tunc cum magna diffi
cultate ne vendantur beneficia, & ne approbentur
pacta illicita, & Simoniaca, ut omnibus notum eſt
in curia,immo ſcimus,multos ſanctiſſimos Pontifi-
ces nunquam voluiſſe id concedere,ut Pius V. Gre
gor.XIII.Grego.XIIII.& Innoc.IX.& nunc San-
ctiſſimus D.N.Clemens Octauus,etſi aliqui Ponti-
fices id conceſſerunt perraro,& cum difficultate,ac
cum cauſa,quæ nihil aliud eſt,quam motiuum, quo
40 quis inducitur ad†aliquid faciendum,vel principali
ter,uel minus,Card.Zabar.quem refert, & ſequitur
Præpoſ.in c.quia circa,num.4.de conſang. & affin.
idque uerificatur hic,ad tradita per Caputaq.deciſ.
274.p.1.ubi refert fuiſſe reſolutum de anno 1554.
* in una*Pientin.gratiam nullam de commenda, fa-
ctam N.quod exiſteret in 15,ann.cum haberet 14,
41 cum PP.facilius †commendet maioribus,quam mi-
noribus,ita facilius concedit hoc,attenta pauperta-
te alterius,faciunt,quę ſcribit Felin.in c. poſtulaſti,
in 10.conclu.num.9,de reſcrip.& prudens Iudex id
recte abſque ſcrupulo poterit iudicare hoc caſu,ſci
licet ex coniecturata mente concedentis,ex qua col
ligitur,vel propterea hoc conceſſiſſe, uel facilius,
42 nam arbitrio Iudicis prædictę coniecturæ † poſitæ
ſunt,Barbat.conſ.46.col.2.lib.2.Felin.in c. cæterū,
num.4.de reſcrip.Dec.in c.ſuper literis, num.9.eo,
Soc.iun.conſ.95.nu.71.lib.3. Et prima regula hoc
43 cognoſcendi†eſt ſtylus,Lap.alleg.89.late Feli.in c,
ſuper literis.num.8.uerſ.prima regula de reſcr.

Nulla igitur exiſtente ipſo iure huiuſmodi con-
ceſſione,& per conſequens ſupplicatione,& literis
deſuper expeditis, negociū re manet in ſtatu, quo
erat ante dictam conceſſionem, quo conſiderato,
conſtat de pacto illicito prohibito,& confidentia-
li,quod ſortitum eſt effectum ſuum,& fuit conſum
matum,nam fuerunt factæ expenſæ: ex quo ſequi-
tur,eſſe commiſſam confidentiam,ſicuti eſſet com-
miſſa,non obtenta prædicta conceſſione faciendi p̄
dictas expenſas,ſequuto effectu,vt ex prædictis pa-
* tet,& fuit reſolutum in vna * Conchen. 29. Octo-
bris 1539.teſte Moedan.deciſ.105.dixi de reſigna.
benef.li.14.q.9.num.3.& accedit,quia licentia data
44 aliquid illicitum faciendi,exiſtente,†nulla nō excu-
ſat facientem à pœna,Pet.de Anchar.conſ.401. in-
cip.Stipoſius quem refert,& ſequitur Felin. in c.cū
cauſa,num.7.uerſ.ſecundo nota,de off.deleg,Gab,
de malef.concluſ.8.num.86.

Remanet,ut contraria tollamus,Non obſtat pri
mum,de ſcientia Papæ,nam veriſſimum eſt, & ap-
probatum ab omnibus,Papæ ſcientiam tollere om
ne vitium Simoniæ,& confidentiæ:ſed id procedit,
quoties ei uerum narratur:ſecus,ſi falſum, quia tūc
offenduntur eius aures,& maieſtas, & fruſtra petit,
45 auxilium,& fauorem a gratia nulla, † & obreptitia,
Glo.Abb.& alij omnes,in c.quia circa,de conſang.
& affin.Feli.in c.ſignificante,num.4.de reſcr. huiuſ
46 modi enim†ſcientia,& conceſſio perinde habetur,
ac ſi non adeſſet,ad tradit.per Redoan. de Simon.
p.2.cap.2.num.4.& comprobauimus ſupra,nā alias
daretur cauſa committendi obreptiones,tam dete-
ſtatas a ſacris Canonibus.

Ad ſecundum reſpondetur, quamlibet cauſam
excuſare a dolo,procedere,vt quis non puniatur pę
na corporali,ut patet per Doctores relatos per Ga-
briel.de malef.conclu.8.num.primo,vel melius re-
47 ſpondetur,non habere†locū in obreptione, ut fuit
* reſolutum in*Rota,teſte Caputaq.deci.274.p.pri-
ma,Pariſ.conſ.51.num.31.uol.4.aliud eſt enim ad-
eſſe cauſam,ſed leuem, uel iniuſtam, & beſtialem,
prout loquuntur Doctores firmantes hanc conclu-
ſionem,& aliud eſt,cauſam eſſe falſam, ut ex prędi
ctis liquet,& corroboratur, quia, ut quælibet cauſa
48 excuſet a dolo,requiritur,vt illa nō ſolum allegeť, †
ſed probetur,Corn.conſ.243.col.5.lib.3. & conſil.
280.col.2.lib.4.Sarn.in §.ex maleficijs,col.14.Inſt,
de action.Maran.conſ.27.Curt.iun.conſ.132.Aret,
conſ.80.colum.prima,&, quod fuerit motus ob il-
lam cauſam ille,qui prætendit excuſationem, Ang.
& Imo.in l.ex conſenſu,§.vlt.ff.de appel.Ale.conſ,
103.col.penult.lib.primo,& conſ.115.col. penult.
lib.4.Corn.conſ.33.col.penult.uolu.4.Dec. conſil.
452.col.2.Ruin.conſ.33.col.penul.uol.4.& eodem
modo tollitur tertium argumentum.

Non obſtat quartum,de doctrina Gemi.appro-
bata a Rota,nam reſpondetur Primo loqui in ſub-
reptione,non autem in obreptione,quæ diſtant in-
ter ſe,& longe maiorem vim habet obreptio, quā
ſubreptio,Abb.in c.quia circa,de conſang.& affin.
cum alijs ut per Menoc.de arbitr.Iudic.caſ.201.col,
penult.nam hic expreſſit falſum, quod nō erat ibi.
Secundo reſpondetur,quod non fuit ſortita effectū,
cum literæ ſecundi beneficij curati eſſent nullæ, &
inualidæ,quod non uerificatur in caſu noſtro, quia
iam pactum de expenſis fuit conſummatum,& licē
49 tia habita†fuit inualida,& ideo non conſiderabilis,
Felin.ſignanter in d.c.cum cauſa,num.7.uerſ.ſecun
do noto de offic.delegat. poſt Petr. de Ancharan.
quem citat.

Concludendum eſt igitur,eſſe ex hoc cōmiſſam
confidentiam.

Amplia primo, etiā ſi obreptio fuit in minimo,
nā tritū eſt,in beneficialibus obreptionem, & ſub-
50 reptionem quantum uis†minimam vitiare literas,c,
ſi properante de reſcriptis,c.ſi motu proprio de p̄-
* bend.& fuit reſolutum in * Rota in una Bellicen,
Prioratus coram Marſican. 29. Aprilis 1541. teſte
Put.deciſ.131.lib.primo,in eo,qui in impetratione
nouæ prouiſionis non expreſſit quantitatem fru-
ctuum indebite perceptorum etiam conſiſtentem
in uno aureo.

Amplia ſecundo, etiam ſi fuiſſet expreſſa falſa
cauſa abſque dolo,nam in beneficialibus obreptio,
51 & ſubreptio,etiam†non doloſa uitiat gratiā,& red
dit literas inualidas,c.ſuper literis,vbi Butr. Abba.
* Imol.Felin.& omnes*de reſcriptis,Card.Pariſ.con
* ſi.51.num.35.uol.4.communis*opinio, teſte Felin,
in d.c.ſuper literis,nu.1.uerſ.in literis gratiæ, & ita
* fuit*reſolutum in Rota,teſte Caputaqu.deciſ.274.
p.prima,Mandoſ.in regul.de impetr.benef.vacāt. p
52 obit.fam.Card.q.25.nu.7.nam in litteris†beneficia
libus



libus mens Papę eſt præciſa,Imol.in c.ſuper literis,
53 & ibi Fel.nu.3,uerſ.ſed caue,& qualitas, †quę de iu
re venit exprimenda,ſi non exprimatur, uitiat, etiā
ſi alias Papa omnino literas cōceſſiſſet, c.ſi motu p
prio,& ibi Gl.& alii de pręben.lib.6.Gem. in c.du
dum col.5.eo,tit.& lib.Card.conſ.34.ubi dixit,ſub-
54 reptionem†vitiare in beneficialibus,etiam ſi ſurgat
ex ſimp licitate,allegat Glo.in d.c.ſi motu proprio,
& ibi Gem.col.3,& Rot.deciſ.19.de præben. in an
tiquior.Fel.d.c.ſuper literis.num.3, uerſ.limita quar
to:quod reſcriptum beneficiale non poteſt reduci
ad ea,quæ ſi fuiſſent bene expreſſa,uel aliter expreſ
ſa,retardaſſent,Et cōprobatur ex eo, quod ſcripſit
Innoc.in c.accedens,de crim.falſ.quod in gratioſis
55 †falſitas ſemper preſumitur expreſſa cum dolo,ſe-
quitur Fel.in d.c.ſuper literis num.5.Mand.d.q.25.
numer.7.nam ſic impetrans debebat ſe informare
56 prius de†veritate,Card.in d.c.accedens, & idem In
noc.in c.dilectus,el primo,de reſcr.voluit, quod in
gratioſis in dubio præſumatur dolus,& Fel.in d.ca.
ſuper literis,num.5.uerſ.non dicas,quod poteſt hoc
negans probare contrarium,quia non eſt præſum-
ptio iuris,& de iure,& ei incumbit onus probandi,
57 †quod caruit dolo,& regulare eſt,ac communiter*
* receptum,ut dolus,†qui non præſumatur,l. quoties
58 §.qui dolo,ff.de probat,& l.non oīs §.a barbaris ff.
de re milit.Dec.conſ.175.n.5,Alex.conſ.65.nu.11.
lib.primo,Gramm.deciſ.60.nu.6.præſumitur in eō
59 qui dixit mendacium,l.ſi quis affirmauerit,§.primo.
l.quod uenditor,& l.& eleganter §. Item Pompo-
nius,ff.de dol.l.falſus,§.ſi quis,ff.de furt.Gig.conſi.
40.nu.5.Fel.in c.literas ante num.2.de præſu. Alex,
conſ.63.lib.primo,Dec.in l.2.col.2.ff.quod quiſque
iur.Crau.conſ.2.nu.13.& conſ.192.nume.13. & de
antiq.temp.par.1.uerſ.uidimus,num.16.& 18. & p̄
cipue,quando commodum ex mendacio quis con-
ſequitur,Card.Pariſ.conſ.8.num.5,uol.4. Bal. conſ.
250.& 382.li.5.Cra.cōſ.18.n.12.& ſimplicitas alle
gata,& probata, quæ ſecundum aliquos excuſat in
60 ſubreptione,maxime proueniens ex † ignorantia,
Io.Andr.Anton.de Butr.Imol.Abb.& Gem.& alii
omnes in c.gratia col.2.de reſcr.lib.6. non excuſa-
61 bit in obreptione, nā quis† tenebatur ueritatem Pa
pę exprimere.faciunt quæ ſcribit Luc. de Pen. in l.
quoties col.7.uer.quod ſi reus accuſatus,C.de dign.
lib.12.Barba.conſ.43,col.4.uol.1.Soc.ſen. conſ.54.
num.13.lib.3.neque habet locum in præiudicium
62 tertij,quia tunc ignorantia,quamuis† probabilis nō
excuſat,Abb.quem refert,& ſequitur Fel.in d.c.ſu-
per literis,num.6.de reſc.& in quibus caſibus dolus
63 †preſumitur uide latiſſime Maſcard.de proba. con-
64 cluſ.531.& in quibus caſibus præſumatur, † uel nō
ignorantia, uide eundem Maſcard. de probat.caſ.
879.ubi late.

Limita hanc concluſionem non procedere quo-
ties illa clauſula attēta paupertate fuiſſet poſita in
ſupplicatione a reuiſoribus inſciis reſignante,& re-
ſignatario,nam hoc caſu excuſarentur a confiden-
tia,ut in terminis fuit reſolutum in Rota, dum im-
primeretur hæc quæſtio in vna Aretin.confidentiæ
coram R.P.D.Seraſino lunæ 23.Ianuarii hoc anno
1595.licet antea contrarium ſententiaſſet R.P.D.
Iudex confidentiarum.

*S V M M A R I V M*

1 *Examen per concurſum fit in beneficiis curatis.*
2 *Pactio inter concurrentes in beneficio,ut unus alteri non opponat defectus an ſit confidentialis.*
3 *Pactum conſideratur in confidentia.*
4 *Ceſſante diffinitione, ceſſat diffinitum.*
5 *Lex pœnalis non habet locum niſi in caſibus expreſſis.*
6 *Beneplacitum Papæ tollit omne uitium.*
7 *Ex diuerſis non infertur.*
8 *Penſio non debet ſolui ſine beneplacito Papæ.*
9 *Pactum inter concurrentes in beneficio quando ſit ſimoniacum.*
10 *Simonia committitur etiam abſque datione pecuniæ.*
11 *Impediens aliquem ab officio,uel beneficio quando peccet.*

## Q V AE S T I O XLVII.

AN ſit confidentia,pactio, quod alter alteri defe-
ctus non opponet in concurſu:& an ſit ſimonia.

QVadrageſimo ſeptimo, Quęro an,ſi plures cō-
currant in aliquo beneficio,& ſe inſcribant, ut
1 ſubiiciantur examini,quod fit†per cōcurſum
iuxta ca.18.ſeſſ.24.de Reform.in Conc.Trident.&
inter illos fiat pactio,quod alter alteri defectus nō
opponet,cum realiter poſſunt obiicere,& ut, qui iu
dicaretur dignior per ſuperiorem, haberet benefi-
cium,& ſolueret alteri penſionem annuam cum be-
neplacito ſedis Apoſtolicæ,numquid huiuſmodi pa
ctio ſit cōfidentialis,& intret Conſtitutio Pij. V.
2 Pro affirmatiua ponderantur†uerba dictæ Con-
ſtitutionis Pij V.uolentis eſſe confidentiam diſpoſi
3 tionem de beneficio,uel penſione†cum pacto, &
tradunt Nauar.in Man.c.23.nume. 110. cum ſequ.
Idem Nau.conſ.77.nu.30.33.& 36.de Sim.Maſca.
de probat.concl.1306.Maiol.de irregul.lib.5.c.45.
col.pe.Sed inter dictos concurrentes diſponitur de
beneficio,& penſione ex pacto,namque ſtante præ
dicta conuentione beneficium poteſt deuenire ad
perſonam, ad quam alias non deueniret oppoſito
defectu,& penſio reſeruatur pro eo, pro quo alias
non reſeruaretur.

Sed,hoc nō obſtante negatiua opinio eſt uerior
& tenenda,ſecundum quam conſuluit Nauar.conſi.
3.tit.de Sim.quæ probatur.
4 Primo,quia ceſſat diffinitio confidentię hoc caſu†
cum nulla intercedat fides,arg.not.in l.omnis diffi-
nitio,ff.de reg.iur.

Secundo,quia dicta Coſtitutio Pij v.eſt admodū
pœnalis,& odioſa,& non debet habere locum niſi
5 in caſibus†expreſſis,Nauarr.con.66.de Simo. inter
quos iſte non reputatur.

Tertio conſideratur beneplacitum Apoſtolicū
6 in reſeruatione penſionis quod tollit†maculam, ut
dixi de reſign.benef.lib.6.q.2.

Nec obſtat argumentum in contrarium adductū
quia procedit Conſtitutio in diſpoſitione tituli,uel
penſionis,quę fit in reſignatione, collatione,& præ
ſentatione,& quę fit abſque beneplacito Sedis Apo
ſtolicę,quod præſupponimus adeſſe hic in reſerua-
7 tione dictæ penſionis,unde ſumus in diuerſis, † ex
quibus non infertur uulg.l.Papinianus,ff.de minor.

Limita primo,hanc concluſionem non procede
re,quoties fuiſſet penſio illa conuenta inter dictos
8 concurrentes†ſoluta abſque reſeruatione Papæ:nam
hæc eſſet confidentia,cum diſpoſitio omnis de pen
ſione

ne abſque beneplacito Papę ſit confidentia, ut ex
verbis Conſtitutionis prędictæ Pij V. ſupra dedu-
ximus.
Limita ſecundo, ut quamuis firmauerimus tali ca
9 ſu non committi confidentiam ex dicto pacto, ut†
committatur Simonia, Nauar.d.conſ.3.in fi.num.1.
de Simon. nam Simonia committitur etiam ſine in
teruentu pecuniæ numeratæ, uel rei ęſtimabilis, &
10 ſufficit onus†faciendi, uel non faciẽdi, quaſi pro pre
tio rei ſpiritualis, uel cauſa principali meditata bene
ficium conſequendi, c.ſicut 3.c.non ſatis de Simon.
c.quam pio 1.q.2.c.ult.de pact.c.ex parte 1.de offi.
deleg. c.ſignificaſti de elect. Nauar.in Manual. cap.
* 23.ſub num.100.col.2.& 3.& eſt* communis om-
nium Doctorum ſentẽtia, & huiuſmodi pactum de
non opponendo exceptiones fuit cauſa, ut prouiſor
ei conferret beneficium. An autem hæc ſit Simonia
realis uel conuentionalis, ponit Nauar.d.conſ. 3.nu.
2.& num.3.dicit prouiſum teneri ad reſtitutionem
11 eo modo, quo impediens†aliquem ab officio, uel be
neficio conſequendo tenetur, iuxta ea, quæ ſcribunt
Adrian.in 4.ſent.de reſt.q.10.Caiet.2.2.q.62. ar.2.
Sot.lib.4.de iuſt.& iur.q.7.art.1.latę Nauar.in Ma-
nual.c.17.num.69.

*SVMMARIVM.*

1 *Donans aliquid examinatoribus pro approbatione non committit confidentiam.*
2 *Committit tamen Simoniam.*
3 *Approbatus in Concurſu acquirit Ius.*
4 *Dans pecuniam pro beneficio tentat emere Gratiam Spiritusſancti.*
5 *Dantes pro acquirendo beneficio ſunt ipſo iure ſuſpenſi.*
6 *Dans pro dimiſſorijs ad quid teneatur.*
7 *Reſignatio cum pacto, ut Reſignatarius ei ſuffragetur in alio beneficio non eſt confidentialis, ſed Simoniaca.*

## QVAESTIO XLVIII.

Donans aliquid examinatoribus pro approbatione obtinenda non committit confidentiam, ſed Simoniam, & incidit in alias pœnas.

QVadrageſimo octauo Quæro, an donans ali-
quid examinatoribus occaſione examinis ad
beneficium, ut ipſum approbent, uel præfe-
rant digniori, aut æque digno, committat confiden
1 tiam. Negatiua†opinio eſt uera, quia iſte caſus non
comprehenditur neque in ratione, neque in uerbis
harum Conſtitutionũ Pij IV.& Pij V. ut ex lectura
uerborum patet, ut ex his, quę ſcripſimus in §.quare
nos uolentes, ideo, &c.
Accedit, quia prædictæ Conſtitutiones ſunt pœ
nales, & odioſę quare reſtringendę erunt in caſibus
2 dumtaxat expreſſis. Committitur autem ex hoc†ſi-
monia, ut tradit Nauar.conſi.58.uerſ. ad quartum,
tit.de ſimo. Et probatur in c.18.ſeſſ.24. de reform.
Conc.Trident.ibi, *caueantque ne quicquam prorſus
occaſione huius examinis, nec ante, nec poſt accipiãt
alioquin ſimoniæ vitium tam ipſi quã alii dantes in
currant, a qua abſolui nequeant niſi dimiſſis benefi-
ciis, quæ quomodocunque etiam antea obtinebant,
& ad alia in poſterum inhabiles reddantur, &c.*
Quod decretum ligat examinatores, accipientes &
eos, qui dant, & loquitur de datione ante examen,
uel poſt, dummodo occaſione examinis detur, nihil
refert quando præſtetur, & priuat nõ ſolum illo be-
neficio ita obtento, ſed etiam alijs obtentis antea,
& obtinendis, & ideo inquit Nauar.d.conſ. 58.col.
1.quod pœnæ ſimoniæ realis habent locum hoc ca-
ſu, nam ut dicit idem Naua.col.3..per approbationẽ
3 factam in concurſu acquiritur approbato†ius in illo
beneficio, & pro illo beneficio, & pro illo iure ſpiri
tuali fuit datum, & ideo ſcribit idem Nauar. prædi-
cto conſ.58.col.prima, uerſ.tertio, quod dantes pe-
cunias examinatoribus, ut eos tanquam idoneos p̃-
ſentẽt Epiſcopo, ad effectum, ut ab eo ordinentur,
4 quod tentant†emere gratiam Spiritus, Sancti ideſt
ordinationem, ut dicit tex.in c.quando, diſtin.24.&
5 propterea ſunt†ipſo iure ſuſpenſi, ut uult ibi Gl.per
c.reperiuntur, 1.q.1.quod autem in dantibus media
6 toribus†pro impetrandis dimiſſoriis, diſputat, & re
ſoluit Nauarr.alleg.conſi.58. Et, hac ſumpta occa-
ſione.
Quęro, an reſignatio beneficij ſit confidentialis
facta cum pacto, ut reſignatarius ſuffragetur reſi-
gnanti, uel alteri in aliqua electione, in qua ipſe ha-
7 bet uocem. vel multum poteſt? Negatiua opinio†
mihi uidetur uerior, quia præſens caſus non compre
henditur in uerbis, neque in rationibus Conſtitutio
num Pij IV.& Pij V. quæ cum ſint pœnales, & odio
ſæ intelligendæ ſunt in ſuis limitibus, & eatenus,
quatenus exprimunt, uerum ex hoc committur Si-
monia ut tradit in ſpecie Naua.in Man.c.23.n.100.
col.2.uerſ. Nam cum quis renunciat, ut not. in cap.
quam pio prima q.2.c.ſicut, & c.non ſatis de ſim.c.
ex parte de off.deleg.c.cum pridem, de pact.

*SVMMARIVM.*

1 *An dans poſt reſignationem committat confidentiam, & num.5.*
2 *Verbum remittere importat donationem.*
3 *Simonia committitur ex datione, & remiſſione.*
4 *Cauſa indicat, quid actum ſit.*
6 *Poſt actum, quis libere poteſt dare in beneficialibus.*
7 *Beneficiatus poteſt libere diſponere de fructibus beneficii.*
8 *Quiſque tenetur diligere proximum.*
9 *Eleemoſina inter bona opera computatur.*
10 *Aduerbium adiunctum diſpoſitioni qualificat.*
11 *Præſumptio ceſſat data cauſa.*
12 *Electus dans poſt electionem non incurrit pœnam.*
13 *Non ſtatuitur contra legem naturalem.*
14 *Grati eſſe debemus.*
15 *Abſurdum tollendum.*
16 *Sanguis non eſt eliciendus.*
17 *Fideicommiſſum fit in fraudem fiſci cum fit incontinenti.*
18 *Remiſſio debiti facta a reſignatario reſignanti non eſt Simonia.*
19 *Diſtantia temporis excludit delictum.*
20 *Actus ſubſequens quando non retrahatur ad præcedens.*
21 *Datio temporalium relatiue facta ad ſpiritualia abſque pactione non eſt Simonia.*

## QVAESTIO XLIX.

Quando reſignatarius donans reſignanti poſt reſignationem committat confidentiam.

QVadra-



QVadrageſimo nono, Quęro, an ſi reſignatarius
poſt reſignationem donet aliquid reſignanti
1 aut conſanguineo ipſius, puta†ex fructi-
bus ipſius beneficii, uel alterius ſponte, uel ex aliqua
iuxta cauſa, committat confidentiam prohibitam
his Conſtitutionibus?
Pro affirmatiua, primo põderatur Cõſtitutio Pij
V.in §. Quare, ibi, aut quicumque ſucceſſor illi, uel
eius propinquis ipſos fructus, aut partem aliquam
remiſerit eorundem. Pondero uerbum Remiſerit,
2 †quod importat donationem, l.contra, §.ſi filius, ff.
de pact.l.1.ff.de tranſactio.l.ſi mulier, & ibi Bal. &
Alexã.ff.de cond.ob cauſ.l.ſi fundũ ſub conditione
§.Titio, & ibi Gl.ff.de leg.1.l.ſi donationis, & ibi
Bal.C.de don.Io.Andr.& Abb.in c. ex inſinuatio-
ne, de iur.patr.cum infinitis alijs, quæ ad hoc conge
ſſit Tiraq.in rep.l.ſi unquam, in uerb. donatione lar-
gitus, num.173.C.de reu.don.qui nu.173.dicit tam
3 committere ſimoniam remittentem, †quam donan
tem, c.ueniens, & ibi Gl.& Abb.in 2.not.de teſtib.
Barb.conſ.41.col.16.lib.1.
Secundo, quia huiuſmodi donatio uidetur factã
4 ob cauſam †præcedentem, & ſic ob ceſſionem, &
ideo indicat, quod in ea actum ſit, l.ſed Iulianus §.
proinde, ff.ad Maced.l.quædam, ff.de rebus dubijs
Paul.de Caſtr.conſ.247.num.5.lib.1.& ex hoc ori-
tur præſumptio.
5 His tamen non obſtantibus, contraria opinio†eſt
* uerior, quã tenuit Rot.*coram R.P.D. Orano Au-
ditore Rotæ in una Coſentina prætenſæ confiden-
tiæ, die Lunæ, 4. Februarij, 1591. ut donatio omniũ
fructuum, uel partis beneficij reſignati poſt reſigna
tionem factam a reſignatario reſignanti non ſit cõ-
fidentia, ſi reſignatio beneficij non ſit facta hac in-
tentione, ut id fiat, & cum pacto, non poteſt quis,
poſtquam eſt beneficium aſſecutus, ſponte, aut ex a
liqua cauſa iuſta, fructus, aut eorum partem reſignã
6 ti, †aut alteri donare, abſque uitio ſimoniæ, uel con-
fidentiæ c. Artaldus, ibi, antequam eligeretur, 8.qu.
3.Gl.in c.quamuis in uerb.poſtmodum, c. qu.2.Io.
And.Abb.Fel.& Dec.in c.ueniens, el primo, de te-
ſtibus, Abb.in c.cum M.num.24.de conſt. Dec.cõſ.
118.num.4.Sarn.de triennn.q.12.uerſ.ſecundo prin
cipaliter, Put.deciſ.171.nu.9.li.2.Moed.deciſ. 166.
incip.permutatio, Card.Pariſ.conſ.30.num.21. uol.
4.Nat.conſ.229.nume.11.Ferret.conſ.393.nu.8.&
* communiter*Doctores, ut habetur in d. c.ueniens.
Accedit, quia alias ſequeretur abſurdum, quod be-
7 neficiatus de fructibus beneficij †non poſſet libere
diſponere, quod eſſet contra ueram, & receptã om
* nium*Canoniſtarum ſententiam. Gl.in c. præſenti
uerb.noſtrarum, de off.ord.in 6.Imol.in c. cęterum
de don.& in c.ult.de pecul.cleric.late Burſat.conſ.
376.n.19.cum ſeq.uol.4. Comprobatur etiam, quia
hoc eſſet contra charitatem, qua tenemur ſubueni-
8 re proximo, †iuxta illud, Homini homo Deus.
Ita etiam in ſimili in Euangelio prohibemur ele
emoſinã facere, ut uideamur ab hominibus, Ex qui
bus uerbis non damnatur eleemoſina, quæ inter bo
9 na opera†connumeratur, ut late per Nauar. in ca.ſi
agamus, num.8.de penit.diſt.prima, ſed tunc demũ
ſi facta ſit ea intẽtione, ut ab hominibus uideamur,
ita non ſola fructuum conceſſio inducit ſimoniam
& confidentiam, ſed ea, quæ fuit facta intentione
praua, & pacto, ut etiam aduerbium adiunctum di-
10 ſpoſitioni oſtendit, cuius natura† eſt qualificare fa-
ctum, l.Pomponius, & ibi Bar.n.19.ff.de neg. geſt.
* Vltimo, id certificatur ex recepta doctorum * om-
nium ſententia, ſimoniam, & confidentiam non cõ
mitti ſine pacto, ut dixi ſupra.
Ad contraria reſpondetur. Ad primum, Bulla in
illis uerbis non dicere huiuſmodi donationem eſſe
confidentiam, & ſic uere commiſſum eſſe delictum,
ſed dicit, ex ea remiſſione, & donatione pręſumptio
nem ex qua alijs coniecturis cõcurrentibus uult de
11 licti commiſſi reſultare probationem, quæ†præſum
ptio ceſſat, quoties ex cauſa conſtat donaſſe, ut late
fuit dictum in alia quæſtione.
Sicut neque Conſtitutio hæc Pij V. procedit, quo
ties fuit datũ reſignanti a reſignatario, collatori ab
eo, cui fuit beneficiũ, collatũ p̃ſentãti a præſentato,
eligenti ab electo, poſt longũ tempus a reſignatio
12 ne, collatione, †pręſentatione, vel electione, ut ſpa-
tio trium annorum conſuluit in terminis Nau.cõſ.
66.incip.R.Domine, titul.de ſimon.quod eſt tranſ
poſitum.fol.803.in ſecundo Tom.& nu.5.dicit, Cõ
ſtitutiones has Pij IIII.& Pij V.non intendere pro
hibere beneficiariis, ne quid unquam donent eis, p
quorum reſignationem, collationem, electionem,
& pręſentationem obtinuerunt beneficia: quia id
13 fuiſſet ſtatuere contra legem naturalem †quod non
poterant.c.ſunt quædam, 25.q.1.nam quiſque obli
gatur benefacere potius illis, a quib.talia beneficia
14 acceperunt, quam aliis, iuxta†notabilia uerba poſita
in cap.cum in officiis, de teſtament. cum in offi-
cijs charitatis primo loco illis teneamur obnoxij,
a quibus beneficium nos cognoſcimus accepiſſe,
Nam alioquin ſequeretur, quod nulla renun-
ciatio, uel collatio reperiretur facta ab uno amico
alteri in eadem ciuitate degente, quæ non poſſet iu
dicari confidentialis, ſi aliquot annis in eadem con
uixerint quando quidem uix reperiretur ullus adeo
ingratus, ut nulla munera, uel obſequia, aut officia
retribuerit ei intra tantum tempus, arg.not.per Gl.
in l.ſi non ſortem, §.libertus, ff.de cõd.indeb. & ſub
dit Nauar.quod uix ullus Cardinalis, Archiepiſco-
pus, uel Epiſcopus, habens ius conferendi beneficia
pinguia, inueniretur, qui non deberet præſumi con
fidẽtiarius, ſi retributio facta poſt collationem poſt
duos uel tres annos argueret confidẽtiam: quod eſt
15 abſurdum, †& nullatenus dicendum, l.nam quod ab
ſurdũ, ff.de bon.liber.& huiuſmodi Conſtitutiones
nõ pias, ſed pœnaliſſimas, & odioſas extendere ad
16 hunc caſum eſſet elicere ſanguinem, †inquit Nauar.
ex c.30.prouerb.c.denique, diſt.30.ideo alias uidi p
doctiſſimos conſultum coniecturam illam, de qua
in hac Conſtitutione Pij V. de reſignatione facta a
reſignatario nepoti, aut conſanguineo reſignantis
non procedere, quoties poſt longum tempus fuit fa
cta reſignatio puta ſpatio alicuius anni. Nam in alia
coniectura Pius V. ponit modicũ tempus, ideſt duo
rum, aut triũ menſiũ & tacita fides de reſtituendo
17 incapaci & tacitum †fideicommiſſum in fraudem fi
ſci tunc arguitur, cum fit incontinenti, ut tradunt
Bar.conſ.194.in fi.Palatinus Ru.in rubr. de don.in
ter.uir.& uxor.§.5.nu.13.cum alijs, ut per Couar.in
Epit.de ſponſ.c.8.§.8.num.5.Bald.in l.eam quam,
num.40.C.de fideicomm.
Hic in facti contingentia conſuluit Alciat. reſp.
ſecondo, col.2.nume.16.& 17. cum ſequent.libr.1.
18 non eſſe ſimoniã remiſſionem debiti factam a Reſi
gnatario Reſignanti longo tempore poſt reſigna-
19 tionem, nam huiuſmodi diſtantia† temporis exclu-
dit omnem præſumptionem, Rom.& alii, l.qui in
aliena,

aliena.§.ſi is qui putabat,ff.de acquir.hær.nec actus
ſubſequens poteſt prǫſumi factus ad executionem
20 †actus præcedentis,cum ſequeretur delictum, Bal.
in l.fœliciſſima,C.de his qui a non dom . Et ſolent
omnes inter ſe uti hac liberalitate not.per Bart.in l.
quæ dotis ff. ſolut.Matri. Nec eſt obliuioni traden
dum in hac materia,quod ſcribit Ant.de Butr.in c.
tua nos,in fi.de ſimon.dationem temporalium etiã
21 correlatiue†factam ad obtinẽda ſpiritualia abſque
pactione non inducere ſimoniam ſequitur Socin.
ſen.numer.5.Amplia etiam ſi eodem tempore, ut
ibi Zabarel.

*S V M M A R I V M.*

1 *Dans ante reſignationem non committit confidentiam,nec Simoniam.*
2 *Alienans ante delictum non uidetur facere in fraudem.*
3 *Simonia,quando exactio dat cauſam collationi.*
4 *Alienatio modico tempore ante delictum præſumitur fraudulenta.*
5 *Ex uerbis & ſignis colligitur fraus.*

## QVAESTIO L.

Quando ex datione ante reſignationem arguatur confidentia,

QVinquageſimo, Quęro,an arguatur confidentia ex datione facta ante collationem,præſentationem,reſignationemque.
1 Huiuſmodi dationem non eſſe Simoniam †ſcribit Redoan.de ſimon.par.3.c.ult.nu.2. vide Abb.
in c.tuam de ſimon.
Nam datio temporalium libera non relatiue facta ad cauſandam dationem Spiritualium non indu
cit ſimoniam,Butr.per illum tex.in c.tua nos.nu.3.
& in c.dilectus ſecundo,num.3.ubi etiam Zabarell.
eodem numero,de Simon.
2 Ideo alienatio etiam omnium bonorum facta†
ante delictum non præſumitur facta in fraudem
fiſci,Bar.in l.poſt contractum,num.2.Alc. num.37.
uerſ.cæterum,ff.de donat.Sal.in l.ſi quis poſt hac,
col.4.c.de bon.proſcr.
3 Limita,niſi exactio † dederit cauſam collationi,
præſentationi,& reſignationi,Redoan.d. par. 3. ca.
ult.nu.5.ubi loquitur de conſuetudine habente hoc
fundamentum,ut ſit vitioſa,Abb.in c.cum in Eccle
ſia,de conſuetu.
Limita,niſi paulo ante reſignationem fuiſſet datum cum conuentione,nam colligeretur ex hoc, de
diſſe cauſa reſignationis nam etiam alienatio mo-
4 dico tempore ante delictum†præſumitur fraudulen
ta,Dec.conſ.235.co.2.uer.5.præſumitur. Nat.conſ.
549.num.9.libr.3.Anch.conſ.251.num.3. Blanch.
tract.de indic.num.58.Pic.in d.l. poſt contractum,
numer.36.Io.Anib.numer.163. uel colligeretur ex
5 aliquibus uerbis,†aut ſignis,Alciat. in l.ſi maior la
prima.uerſ.7.C.de tranſact.Pic.dict.l. poſt contra-
ctum,numer.68.Menoch.de præſumpt.libr.3.præ-
ſumpt.124.num.69.

*S V M M A R I V M.*

1 *Ex reſignationibus reciprocis factis inuicem filiis, an colligatur confidentia,& nu.13.*
2 *Actus reciproci inducunt Simoniam.*
3 *Conuentiones in beneficialibus prohibentur.*
4 *Correſpectiuitas ex mandatis datis uni Procuratori.*
5 *An colligatur correſpectiuitas,ſi conſenſus fuerunt præſtiti eodem tempore.*
6 *Reſignationes in fraudem quæ.*
7 *Fraus ex cauſa præſumitur.*
8 *Filius in beneficio non poteſt ſuccedere Patri.*
9 *Ex mandatis datis eadem die colligitur correſpectiuitas.*
10 *Quid ex mandatis datis modico tempore interiecto.*
11 *Fama facit ſemiplenam probationem.*
12 *An fama probet ſimoniam.*
14 *Interpretatio capienda,ut delictum excludatur.*
15 *Quiſque poteſt reſignare ſuum beneficium.*
16 *Lege naturali quis eſt obligatus ad gratiam referendam.*
17 *Regula de triennali reddit tutos.*
18 *Correſpectiuitas non conſideratur , cum digreſſum eſt ad actus extraneos.*
19 *Fama non probat confidentiam.*
20 *Fama debet a probis prouenire.*

## QVAESTIO LI.

Quando ex mandatis correſpectiuis arguatur confidentia.

QVinquageſimo primo, Quæro,de notabili quęſtione,quæ diu fuit diſputata in Romana Curia,an ex duobus mandatis cõfectis in partibus,uno,die primo,in quo Titius conſtituebat procuratorem N.ad reſignandum in fauorem M. filij
Meuii Canonicatum Eccleſiæ Calaguritan. altero
die 3,in quo Meuius conſtituit eundem procurato-
1 rem ad reſignandum † Canonicatum,quem obtine-
bat in eadem eccleſia in fauorem G.filii Titij, uigo
re quorum mãdatorum fuerunt admiſſę reſignatio-
nes,expeditę litteræ,& captæ poſſeſſiones, & prius
habuerant diſpenſationem,ut poſſent conſequi quẽ
cumque Canonicatum in Eccleſia,in qua patres eo
rum,dummodo non ſuccedant patri,colligatur con
fidentia prohibita per has Conſtitutiones?
2 Pro affirmatiua,primo,adducitur,quia † omnes a
ctus reciproci in beneficialibus inducunt ſimoniam.
Sarn.de trien.q.12.n.13.Creſc. deciſ.78. Paleot.de
* ci.150.Et*cõiter alii,ſed hæ reſignationes ſunt cor
reſpectiuę,& reciprocę,reſigno in fauorẽ filii tui,ut
reſignes in fauorẽ filii mei.ergo ſimoniacę, ut ſunt
3 oẽs aliæ†cõuentiones,q̃ prohibentur in beneficiali
bus,c.cum pridem,c.pactiones,de pact.& fuit reſo-
lutum de anno.1583.in una Aſtoricen.de Villarin.
& in alia Gerunden.præceptorie,coram Reuer. Pa
dre.D.Gypſio.
Et de huiuſmodi correſpectiuitate ſatis conſtat.
4 Primo ex mandatis datis†uni & eidem procura-
tori,Peregr.deciſ.83.libr.primo,Rot. deciſ. diuerſ.
234.ad fi.pag.2.in impreſſ.
5 Secundo,quia ambæ ſupplicationes fuerunt†eo-
dem tempore datæ , & conſenſus præſtiti, Put. de-
ciſ.490.libr.2.Achil.deciſ.prima, de Simon. Pere-
grin.d.deciſ.83.& fuit dictum in præfata Gerun-
den.& de duobus conſenſibus eadem die pręſtitis
habetur inter deciſiones diuerſ.446.par.prima , in
* una Bononienſis,*penſionis.
Tertio,quia fuerunt factæ in filijs utriuſque , &
ſic



6 ſiet in fraudem,ca.2.de fil.presbyt.c.15.ſeſſ.25. Cõ
ci.Trid.nam data cauſa probabili ſic ſimulandi de
7 facili præſumitur talis†fraus,Bart. in l. poſt contra-
ctum.nu.1.ff.de donat.Rot.deciſ.1.de don.in nou.
Et hoc facit præſumere decretum Concilij,d.c.15.
ſeſſ.25.ad tradita per Alci.de præſump.par.2.nu.4.
8 non enim poterãt filij ſuccedere†patri,Ideo, ut eui
tarent hoc,uidentur ita conueniſſe,Anch.cõſ. 434.
nu.3.uerſ.præterea,Crau.cõſ.153.n.8.& 9. Et fuit
* reſolutum*in vna Oſcen.Prioratus, vt habetur de-
ciſ.234.prope fi.in impreſſ.par.2. & faciunt tradi-
ta per Gl.in c.vnico,& ibi Abb.nu.14.& 29.ut Ec-
cleſi.benefic.
9 Quarto,quia,quamuis mandata non fuerint†da-
ta eodem die , ex quo induceretur correſpectiuitas
proculdubio,Put.deciſ.525.lib.2.Moeda.deci.224.
Achill.deciſ.4.de renunc.tamen idem erit, quando
10 fuerunt data†modico tempore interiecto , & ſic ex
interuallo,Caputaq.deciſ.297.p.2.habetur inter de
ciſ.diuerſ.234.in fin.pag.2.& fuit reſolutum in una
* *Placen.bonorum coram R. P. D. Seraphino 11.
Maij 1583.Et in alia Reatin. penſionis coram R.
P.D.Pamphilio 10.Iunij.1588.ubi aderat interual
lum trium dierum,& alia Gerunden. præceptoriæ,
intercesserant. 15. dies, & ita tradit Sarn. quæſtio.
* 12.de trienn.iudicaſſe * Rotam : Ac in alia Hi-
ſpalen.& Corduben.beneficiorũ,corã ſupradicto,
Gypſio,per not.per Anchar.conſ.434.nu.3.Crau.
d.conſ.153.num.8.& 9.Vt conſulto uolentes frau-
dare interponant huiuſmodi interuallum tempo-
ris,Alex.conſ.51.num.2.lib.4.Craue.conſ. 156.nu.
18.Accedat vnitas,& actus ſequens, late Caputaq.
deciſ.235.p.2.num.3.
11 Quinto,Ponderabatur etiam fama,quæ†regula-
riter facit ſemiplenam probationem, &,cum bullæ
ſint contentæ præſumptionibus,ergo & ea,& ita a-
* lias Rota famam*probauit†in una Caurien.Cano-
12 nicatus,corã R.P.D.Rubeo,de anno 1581.eo ma-
gis in his,quæ ſunt difficilis probationis,Butr. in c.
ueniens,el primo,num.10.de teſtib.Roman.conſi.
76.num.6.Alex.conſ.88.num.11.lib.7.Dec.in cap.
1.num.10.de appell.facit deciſ.Caputaq.299.in im
preſſ.& quod in una Calaguritan.beneficiorum,co
ram R.P.D.Blanchetto fuit deciſum de ann.1575.
Et pro hac ſententia iudicauit Iudex confiden-
tiarum.
13 His tamen non†obſtantibus, contrarium deter-
* minauit Rota*in d.Calaguritan. Die lunę 14. De-
cembris 1592.coram R.P.D.Pegna Auditore Ro
tę,& iterum propoſita eadem cauſa coram R.P. D.
Pamphilio Veneris 25.Iunij 1593. Domini ſtete-
runt in deciſis.
Primo,quia non conſtabat, primum reſignantẽ
dediſſe mandatum ſub confidentia , uel præceden-
te pactione,vt alter poſtea ſimile mandatum daret
ad reſignandum ſuum Canonicatum eius filio.Vn
de,cum fieri potuerit, ut huiuſmodi primum man-
datum fuerit ſponte, & nulla pręcedente pactione
confidentiaria datum,& poſtea alter idem quoque
14 ſponte præſtiterit,in dubio ea†interpretatio eſt ca
pienda,quæ delictum excludit,l.merito,ff. pro ſoc.
c.eſtote,de reg.iur.D.Tho.2.2.q.60.art. 4. Primus
enim actus reſignationis ſecluſa pactione non erat
15 illicitus,cum quiſque poſſit reſignare†ſuum benefi
cium:Et late dixi de reſign.benef.lib.3.q.prima,ne
que ſecundus gratuito,& ſponte factus fuerat ſimo
niacus,Felin.& alij in cap.tua nos,de Simon. nã po
16 tuit manare a fonte gratitudinis,cum lege†naturali,
quis ſit obligatus ad gratiam referendam opportu-
no tempore,l.ſed & ſi lege,§.conſuluit, ff.de petit.
hæred.l.ſi non ſortem,§.libertus,vbi Gl.in uer.na-
tura,ff.de condit.indebit.cap.cum in officijs,de te-
ſtam.D.Thom.2.2.q.106.art.3.Nauarr.in conſtis.
de dat. & promiſſ. not. 1.Ergo ſequitur,ceſſante pa-
ctione,modo, & conditione , non poſſe hos actus
confidentiales reputari.
Secundo quia,eſto,quod aliqua poſſet confidera
ri confidentia inter illos reſignantes,tamen,cũ ho-
die ſint defuncti,non debet præiudicare illis,qui tu
17 ti redduntur†regula de triennali, ut per Sarn.d. qu.
* 12.reg.de trienn.& fuit deciſum in una*Hiſpalen.
beneficij de Ecija,die 16.Nouembris.1579. coram
S.D.N.tunc Auditore Rotæ.
Et ad contraria reſpondetur , mandata non eſſe
correſpectiua,cum non ſint eadem die rogata, Ca-
putaq.deciſ.197.& 234.p.2.Peregr.deciſ.289.li.3.
18 quia contrahentes digreſſi † fuerunt ad alios actus
extraneos,ut late etiam comprobaui de reſigna.be
nefic.lib.14.
Non obſtat deciſio allegata in illa Gerund.Præ-
ceptoriæ,quia reſpondetur ibi non fuiſſe deciſum,
actus fuiſſe correſpectiuos propter mandata facta
intra paucos dies,ſed quia erat locus Conſtitut. Pij
IIII.& Pij V.
Nec etiam obſtat deciſio in illa Bononien.tranſ
lationis pẽſionis 23.Ianuarij 1579.coram S. D.N.
quia loquitur de cõſenſib.præſtitis per principales
præſentes in Curia,non autem per procuratores,vt
nos.
Minus obſtat alia deciſio in illa Oſce. Prioratus
coram Reuer.Oriolen.20.Iunij 1581. nam loquit
ad alium effectum,& in fine dr̃,quod prædicta for-
taſſe non ſufficerent ad inducendam ſimoniam.
Non obſtat alia deciſio in illa Reatin.penſionis,
quia reſpondetur,multa in ea affuiſſe indicia,& prę
ſumptiones confidentiam probantia.
Nec ex eo,quod eſſent filij,concludebatur confi
dentia,ad tradita in c.in præſentia de probat.
19 Nec famæ multum in hac†materia eſt tribuẽdũ,
cum ſit indicium inconſtans,vagum, & a delicto lõ
ge remotum,maxime non concurrentib.alijs, Gra.
conſ.57.num.8.lib.2.Clar.§.vlt.q.21.uerſ.fama,Ca
putaq.deciſ.299.lib.1.in manuſcr.& ſi non emana
20 uit†a probis,c.qualiter el 2.de accuſ.ca.licet heli,de
ſim.Et fuit reſolutum,in his terminis in cauſa Fir-
man.Cappellaniæ coram S.D.N.7.Maij. 1582.
Et ita,ut dixi reſoluit Rota coram R.P.D. Pegna,& ẽt confirmauit denuo propoſita cauſa hoc anno.1593.coram R.P.D.Pamphilio,ut ſupra retuli.

*S V M M A R I V M.*

1 *Collatio facta ab ordinario recipiendo iuramẽtum a collatario,quod non reſignabit,an ſit confidentialis,& num.6.*
2 *Quiſque,poteſt reſignare beneficia.*
3 *Confidentia ex pacto etiam tacito colligitur.*
4 *Collator non poteſt paciſcere cum collatario.*
5 *Pactum,quod non eſt a iure non eſt apponẽdum in collatione*
7 *Intellectus.§.Itidem,conſtitutionis Pij V.*
8 *Lex pęnalis loquens de affirmatiua non habet locũ in negatiua.*
9 *Beneficia ſunt conferenda ſine diminutione.*

10 Onus

10 *Onus impoſitum minuit pretium.*
11 *Iuramentum non debet eſſe impedimentum maioris boni.*

## QVAESTIO LII.

Collatio Ordinarii cum iuramento de nõ reſignando non eſt confidentialis, ſed Simoniaca.

QVinquageſimo ſecundo Quæro an ſit confidẽtialis collatio facta ab Ordinario, vel alio collatore, recipiendo iuramentum a collatario
1 quod ipſe non reſignabit†illud beneficium cum pẽſione, nec in fauorem alicuius, nec etiam permutabit illud, ſed tamen pure, & libere, ac ſimpliciter in manibus Papæ, uel ipſius Ordinarij, quoties id uoluerit facere?

Alias, cũ hic caſus accidiſſet, pro affirmatiua, põderabatur, §. Itidem, huius Conſtitutionis Pij V. ubi iudicat confidentialem collationem factam ab ordinario, vel alio Collatore cum conditione tacita, uel expreſſa, contra iuris communis diſpoſitionem, ut expreſſe dicitur illis uerbis *Contra iuris communis ordinationem*. &c. Sed huiuſmodi conditio eſt con-
2 tra ius commune, ſecundum quod poteſt quis†reſignare beneficia quæ obtinet, Io. Andr. in rub. de renunc. num. 4. Rot. deciſ. 26. in fi. de proc. in antiq. & deciſ. 31. n. 4. de re Iud. eo. lib. Ber. in c. cum omnes, nu. 24. de conſt. Boer. deciſ. 205. nu. 4. cum aliis adductis a me libr. 3. de reſign. benef. quæſt. prima nu. 1. cum ſeq. ergo &c.
3 Secũdo afferebatur, quia †confidentia ex pacto, & conditione etiam tacita deprehenditur, ſiue in collatione ſiue in reſignatione, aut præſentatione interueniat, Nauar. in man. c. 23. num. 107. uerſ. ad decimũ & nu. 109. & 110. Idem Nauar. conſ. 27. de Sim. Gabr. conſ. 172. nu. 4. & 12. cum ſequ. uol. 2. ſed in caſu noſtro adeſt in collatione conditio, modus, pactum expreſſum, ergo collatio eſt confidentialis, cum collator nequaquam poſſit paciſci cum eo, cui collatu-
4 rus†eſt beneficium, c. quam Pio 1. q. 2. c. ult. de pact. alias committitur Simonia, dd. in c. ex parte 1. de offic. deleg. & in cap. quæſitum, de rer. permut. Eoque
5 magis, cum†non inſit a iure huiuſmodi pactum, iux. Gl. & tradita per Fel. in d. cap. ad audientiam de reſcr. immo ſit contra ius, ut ſupra deduxi.
6 His tamen†non obſtantibus, contrariam opinio-
7 nẽ exiſtimo ueriorem, quia d. §. Itidem, huius†Conſtitutionis Pij V. loquitur de cõditione tacita, uel expreſſa, appoſita ab Ordinariis in collatione, ut illi, quibus conferuntur beneficia, reſignent ea beneficia, quibus ipſi uoluerint, aut penſiones, uel fructus ipſis, aut alijs dent, ut ex uerbis expreſſis colligitur & tradit Nau. in Man. c. 23. ſub num. 110. uerſ. noto ſeptimo, Maiol. de irreg. lib. 5. c. 45. ſub num. 5. Maſcard. de probat. conſ. 1306. col. antepen. & pen. & alii quos in interpretatione d. §. citaui, & attuli rationes, ſed conditio, de quibus in caſu noſtro, eſt admodum diuerſa, cum ſit de non reſignando. Ergo non debet comprehendi ſub lege pœnali, & odioſa, reg. odia, cum ibi notatis de reg. iur. lib. 6.
8 Conſtitutio enim†pœnalis comprehendens affirmatiuam, non habet locum in negatiua, Docto. in l. ſi uero, §. de uiro, ff. ſolut. matr.

Eo magis, cum adſit diuerſa ratio inter utrumque caſum, ut patet ex his, quæ ſcripſi in d. §. itidem.

Non obſtat id, quod ponderabatur dict. §. itidẽ, illis uerbis, *Contra iuris ordinationem.* nam refertur ad conditionem de reſignando cui uoluerit collator, quod eſt contra iuris communis ordinationem, ut patet, ibi ea conditione tacita, uel expreſſa, ut poſtea, cum aliter pro arbitrio collatoris ſeu alterius cuiuſcumque contra iuris communis ordinationem diſponatur, nam, alias ſequeretur, quod omnis conditio contra ius appoſita in collatione eſſet confidentia, quod eſt falſum, & Abſurdum. Ad ſecundum reſpondetur, quod pactum tacitum, & expreſſum inducit confidentiam in caſibus confidentialibus, non autem in aliis.

Cõcludo igitur hanc nõ eſſe confidentiã, cũ non colligatur neque ex uerbis, neque ex ratione Conſtitutionum Pij IIII. & Pij V.

Declara tamen, ut huiuſmodi conditio, appoſita in collatione per Ordinarium, uel alium collatorẽ ſit illicita, ut conſuluit Nauar. conſ. 1. de conceſſ. præben. & omnes in hoc conſentiunt.
9 Et ratio eſt, quia †beneficia ſunt conferenda ſine diminutione, c. primo, ut Eccleſ. benef. & conferens beneficium cum prædictis oneribus uidetur conferre cum diminutione, nam regulare eſt, ut onus im-
10 poſitum rei minuat†pretium eius, c. cum Io. cum ibi not. de Fid. inſtr. l. fundi partẽ, ff. de cõtrah. emp. Gl. & Bar. in l. mortis cauſa capimus, §. ult. ff. de donat. cauſa mort. & tradit Bal. in d. l. fundi Fel. in d. c. cum Io. nu. 4. & num. 33. cum ſeq.

Accedit, quia collator prohibetur aliam conditionem in collatione adijcere, quam eam, quæ de iure ineſt, Fel. & alij in c. ad audientiam, de reſcr. Nauar. conſ. 45. num. 2. de præb.

Declara ſecundo, ut huiuſmodi conditio, redoleat ſimoniam, nam inquit Nauar. d. conſ. 1. num. 2. de conceſſ. præb. non auderem excuſare conferentem nec collatarium a ſimonia, nam inficiari nõ poteſt, interuenire in huiuſmodi collatione conditionem, & modum, qui iure non ineſt. Et faciunt quæ, habentur in c. quam pio, c. q. 2. ca. ult. de pact. & nu. 3. Idem Nauar. d. conſ. 1. concludit, huiuſmodi iuramentum non eſſe ualidum, & poſſe eo non obſtante reſignare cui uoluerit, & cum penſione. nam iura-
11 mentum non debet † eſſe impedimentum maioris boni, D. Thom. 2. 2. q. 89. art. 7. Abb. Fel. & alii. in c. ſi uero, de iur. iur. Idem Fel. in ca. ſi debitores, nu. 9. de iur. iur. ubi late, Et ſcripſi alias.

### SVMMARIVM.

1 *An praua intentio Ordinarii in collatione annullet collationem, & nu. 3.*
2 *Collator nõ poteſt recipere fructus beneficii collati.*
4 *Conſtitutio Pij V. ſuper confidentiis loquitur de reſignante, & non de Ordinario.*
5 *Lex odioſa non debet extendi.*
6 *Abſque pacto non committitur confidentia.*
7 *Non quælibet intentio inducit confidentiam, ſed ea quæ eſt nota alteri.*
8 *Intentio praua eligentium non nocet electo.*
9 *Intentio praua præſentantis non nocet præſentato.*
10 *Collator habens prauam intentionem exigendi fructus, & poſtea ſi illos conſequatur ex donatione collatarii, non committitur Confidentia.*
11 *Collator defendens litem beneficii collati, & expẽdens non committit confidentiam.*
12 *Cauſa præſumitur ut excludatur delictum.*
13 *Ex actibus factis lõgo tẽpore ceſſat correſpectiuitas.*

14 Ex



14 *Ex pacto in collatione Simonia & confidentia.*
15 *Pactum, ut noceat, eſt probandum.*

## QVAESTIO LIII.

Intentio praua Ordinarii collatoris quando faciat vacare beneficium.

QVinquageſimo tertio Quæro, an, ſi Ordinarius conferat beneficium & habeat prauam intentionem recipiendi fructus†poſt collationẽ
1 ex hoc committatur confidentia, ut ex ea uacet beneficium?

Pro affirmatiua, Primo adducitur Conſtitutio p̃dicta Pij V. in §. Quare, ibi, etiam ſola dimittentis intione receperit, &c.
2 Secũdo, quia prohibetur collator reciperet†fructus
** beneficii collati, ut*communiter eſt receptum, * & practicatur.
3 His tamen†non obſtantibus, cõtraria opinio eſt uerior, quam in terminis tenuit Hier. Gabrie. conſi. 172. in princ. lib. 2. Nauar. conſ. 33. num. 4. de Simo. Idem Nauar. in c. 23. nu. 109. & probatur huiuſmodi opinio, tum quia poteſt ſuſtineri, ut facit Gabr. loc. cit. quod hæc extrauag. Pij V. loco citato loqua-
4 tur de reſignante, †non autem de Ordinario, qui cũ nullum ius habeat in beneficio, ceſſabit Conſtitutio
5 quæ cum contineat odium, non debet† extendi ad hunc caſum ca. odia, c. in pęnis, de regu. Iur. lib. 6. & multo maior ratio militat, ut ſpectetur mẽs reſignãtis habentis ius, quam Ordinarii nullum habentis, ad effectum, ut noceat reſignatario. Tum etiã quia
6 abſque pacto, †modo, & conditione non committitur confidentia, Naua. in man. c. 23. num. 107. & nu. 109. & num. 110. Nauar. conſ. 27. & conſ. 30. & 33.
* & 36. de Sim. & communiter*Doct. ut ex pluribus rationibus concluſi ſupra, & tamen in hoc caſu præſupponimus nullum adeſſe pactum, nullamque conditionem, ſed duntaxat Ordinarium habuiſſe hanc intentionem prauam.

Non obſtant contraria. nam ad primum reſpon-
7 detur, illa†uerba eſſe intelligenda de intentione nota ei, qui receperit beneficium, ut tradit Gabriel. loco cit. & dixi ſupra.

Secundum, remanet ſublatum ex prædictis.

Concludendum eſt igitur, intentionem prauam Ordinarij non nocere ei, cui collatum eſt beneficiũ.
8 Amplia primo, ut nec etiam noceat electo†intentio praua eligentium, ad effectum inducendi confidentiam, ut in terminis ſcriptum reliquit Nau. cõſi. 33. num. 4. uerſ. tum quia, de Simon.
9 Amplia ſecundo, ut nec etiam noceat†præſentato intentio praua præſentantis ad effectum inducẽdi confidentiam, ut in terminis etiam ſcripſit Naua. d. conſ. 33. num. 4. de Simon.

Amplia tertio, ut nec etiam tali caſu committatur confidentia, ſi poſtea ille cui fuit collatum bene-
10 ficium†permittat ut Ordinarius recipiat fructus beneficii collati, Ita in facti contingentia reſpõdit Gabr. d. conſ. 172. num. 10. 14. & 23. lib. 2. Dummodo primo, id faciat Epiſcopus nullo intercedente antea pacto, ut late cõcluſi ex pluribus rationibus in d. qu. ſecunda, ut ad ſit cauſa, quæ excludat omnem præſumptionem, & ſuſpicionem, ut in caſu Gabr. nam ibi Epiſcopus contulit beneficium ſuo familiari, ſu-
11 per quo beneficio cũ eſſet mota lis, Epiſcopus† collator litem defendit, & aliquid expendit tuendo iuriſdictionem ſuam ratione proprii intereſſe: potuit igitur percipere fructus expenſos: uel etiam, quia haberet longo tempore poſt collationem aliquid ex fructibus ab eo, cui contulit, nam hoc caſu nulla cõmittitur confidentia, ut expreſſe ſcripſit Gabriel. d. conſ. 72. num. 14. uerſ. reſtat, lib. 2. Idque potuit fieri uel ratione gratitudinis, quæ tali caſu non eſt prohibita, ut probat Nauar. conſ. 33. num. 4. de Sim. uel
12 ex alia cauſa, quę præſumitur, †ut excludatur delictũ l. merito, ff. pro ſoc. &, quoties apparet alia cauſa, ceſſat confidentia, Put. deciſ. 385. lib. 1. & deciſ. 489. li. 2. Dec. conſi. 118. nume. 3, Sarn. de trien. quæſt. 12. num. 11. & 12.
13 Et regulare eſt, ut ceſſet†correſpectiuitas, quando actus fit longo tempore poſt, Feder. de Sen. cõſi. 258. Dec. conſi. 118. num. 4. Sarn. de trien. q. 12. nu. 12. Achil. deciſ. 353. in manuſc.

Limita, nõ procedere, quoties interceſſit pactũ inter Ordinarium, & eum, cui fuit collatum benefi-
14 cium: nam†hæc eſſet Simonia, & confidentia, ut oẽs
* *Doct. concludunt, in c. cũ niſi pridem, de pact. in c. quæſitum de rer. permut. dixi ample in d. q. & probatur in d. Bulla Pij V.

Huiuſmodi autem pactum ſiue intentio mala, q̃
15 nocet, de qua loquitur dicta Conſtitutio, eſt† probãda, ut in terminis firmat Gabr. d. conſ. 172. num. 12. libr. 2. quod eſt per*omnes receptum.

### SVMMARIVM.

1 *Collatio facta a Cardinali familiari, cui dixit, ut illud reſignaret cum penſione, an ſit confidentia, & num. 4.*
2 *Simonia realis quæ.*
3 *Conuentio inducit confidentiam.*
5 *Significatio modi non eſt pactum.*
6 *Beneficium Curatum cogit ad reſidentiam.*
7 *Canonicatus requirit reſidentiam.*
8 *Confidentia ſine pacto non committitur.*
9 *Vbi non competunt uerba neque diſpoſitio.*
10 *Conſilium non obligat.*
11 *Conſilium quando ſit punibile.*
12 *Conſilium in dubio præſumitur bonum.*
13 *Malum excludendum.*
14 *Caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni Iuris.*
15 *Pœnalis lex non extenditur.*
16 *Error circa Ius humanum obſcurum non eſt peccatum mortale.*

## QVAESTIO LIIII.

Quando collatio ſit confidentialis, ſi conferens aliquid dicat ei cui confert beneficium.

QVinquageſimo quarto, quęro, an committatur confidentia ex collatione facta a Cardinali,
1 habente indultum ſuper aliqua Eccleſia talicui ex ſuis familiaribus, cui dixit, ut illud reſignaret reſeruata penſione?

Pro affirmatiua primo facit, quod Nauar. conſ. 8. tit. de ſim. in facti contingentia reſpondit, ex renũciatione ſequuta cum reſeruatione prædictæ pẽſionis eſſe commiſſam Simoniam realem, ex his, quæ dicit poſuiſſe in man. c. 23. num. 105. ubi ſcribit, Si-
2 moniam realem † eſſe conuentionem expreſſe, uel tacite, ex utraque parte completam, ſaltem quo ad aliquam partem promiſſorum utriuſque partis.

Secun-

Secundo Ponderatur Conſtitutio Pij V. ſuper
confidentia in §.itidem,vbi ſtatuit collationem fa-
ctam ab Ordinario,uel alio collatore cum conditio
ne tacita uel expreſſa,ut poſtea illud beneficium al-
teri reſignetur,eſſe confidentialem,ſed hęc eſt hu-
iuſmodi,& clarum eſt ſub illo uerbo, collatorem ex
primi,& intelligi etiam S.R.E.Cardinales, ut ſcri-
pſi in interpretatione dicti §.itidem.
Tertio,accedat expreſſa conuentio quæ uidetur
3 †confidentiam inducere in huiuſcemodi materiis,
Nauar.conſ.27.30.& 33.de Simon.& alij omnes ci
tati a me ſupra.
4 His tamen non †obſtantibus,contrariam opinio-
nem,non committi ex hoc confidentiam,exiſtimo
* firmandam,& ſecundum eam*pronunciandum.Et
primo moueor,quia nõ uidetur interueniſſe ullam
pactionem,ſed tantum quandam monitionem, &
5 ſignificationem modi,quo †poſſet habere familia-
ris penſionem prædictam,arg.not.in l.prima, ff.dẹ
pact.Nam mens Cardinalis eſt,aliquid dare fami-
liari,& magis penſionem,quam beneficium,quia il-
lud beneficium vel eſt curatum,& familiaris, cui cõ
6 fertur,†cogeretur ad reſidentiam accedere,c. extir
pande,c.qui uero de præb.c.is cui.de offi. deleg.lib.
6.Rebuff.in praxi beneficiorum titul.de diſpenſ.de
7 non reſiden.num.20.uel eſt Canonicatus†aut digni
tas,& etiam cogeretur ad reſidentiam,Abb.in c.di-
lecti,num.primo,2.cum ſeq.& ibi Bal.& Dec.num.
primo,de appel.Arch.c.ſi qui,num.1.7.qu.1. Abb.
in c.inter quatuor,num.1.de cleric.non reſiden.uel
eſt ſimplex,& aſtrigeretur ad habitum clericalem,
& ad dicendum officium.
Domini autem ægre priuantur bonis familiari-
bus,& multoties nolunt illos ueſtiri habitu clerica
li,ut ſint magis prompti ad ſeruitium, Ideo eos ſo-
lent admonere,quo pacto poſſint ex illo beneficio
ab eis illis collato habere penſionem, nullum ergo
pactum confidentiale adeſt,nullaque conuentio illi
* cita,nullumque delictum.Et communiter * omnes
8 in hoc conueniunt,ut confidentia ſine† pacto non
committatur,ut late ſcripſi ſupra.Et clari iuris eſt,
Conſtitutionem hanc Pij V. non habere locum in
conſilio collatoris,cum loquatur de pacto, & conuẽ
9 tione tacita,& ubi uerba†non habent locum, neque
diſpoſitio,l.4.§.toties,ff.de damn. infect.
10 Et regulare eſt,†ut conſilium non obliget,l.con-
* ſilij,ubi*omnes,ff.de reg.iur. & etiam in delictis†
11 non puniatur,niſi fuerit datum ei,qui alias non erat
patraturus delictũ,Abb.& alij in c.primo,de officio
deleg.Imol.num.9.Fel.nu.8.Dec.num.9.Ber.num.
85.Fel.in c.ſicut dignum,nume.7.de hom.Dec.in l.
conſilij,num.4.ff.de regu.iur.& ibi Cagn.numer.6.
Duen.regu.149.Pla.lib.1.delict.c.17.nume.1.& 7.
* Boer.deciſ.262.nu.7.& eſt communis*opinio,teſte
Ber.loc.cit.Clarus lib.5.recept.ſent.§.ult.qu.88.in
* princ.Ac ab omnibus approbatum*eſt, ut conſiliũ
quod poteſt eſſe malum,& bonum,& ad utrumque
12 ex diuerſis rationibus trahi,prçſumatur† bonum,&
ita eſſe interpretandum,Bal.in l.ſeruum fugitiuum.
colu.3.uerſ.nota quod conſilium,& ibi etiam Iaſo.
col.5.uerſ.3.multum nota,de ſeru.fugit.Alex.conſ.
125.col.4.in fi.lib.4.Ex illa uulgari præſumptione,
13 ut†malum excludatur,l.merito,ff.pro ſoc.cum aliis
ut per Alc.de præſum.3.reg.1.præſu.Craue.conſi.
18.col.ult.Marſ.conſ.2.col.1.& ſeq.
Vlterius,hanc Concluſionem comprobo, quam
Pius V.in d.§.Itidem,dum loquitur de confidentia
Ordinarii,& collatoris,habet correſpectum ad di-
ſpoſitionem tituli illius beneficij collati in fauorem
perſonæ,tunc expreſſę,aut exprimendæ,& ad perce
ptionem fructuum,ut ex lectura patet,ſed hic non
diſponitur de beneficio collato in perſonam expreſ
ſam aliquo tempore per collatorem,quia prçſuppo
nimus,in quæſtione id non adeſſe,neque de fructi-
bus,Ideo uerba huic quæſtioni non habebunt locũ,
& per conſequens neque Conſtitutio, & tanquam
14 caſus omiſſus relinquitur†diſpoſitioni iuris commu
nis,l.commodiſſime,ff.de lib.& poſth.& optima ra
15 tione† nõ continebitur ſub conſtitutione pçnali, &
ſanctiſſima ad not.in reg.odia de reg.iur.li. 6.l.ſi ue
ro,§.de uiro ff. ſolut. matrim.hic autem ſolus mo-
dus eſt expreſſus non per modum conditionis, ſed
conſilij habẽdi penſionẽ ex eo beneficio,Vnde &c.
Ad contraria nunc eſt reſpondendum.
Non obſtat primo Conſilium Nauar.8.de Simo.
quia illud procedit ex eo,quia ille Cardinalis qui cõ
tulit Canonicatum familiari,ultra quod ſignificauit
& dixit eidem, ut illud reſignaret alteri reſeruata
penſione centum ducatorum, expreſſit, ut maior
penſio,quam poſſet ſuper eodem reſeruari,reſerua-
retur cui uellet ipſe collator.ratione igitur illius pẽ
ſionis reſeruandæ in reſignatione facienda ad fauo
rem perſonæ nominandæ per ipſum Cardinalẽ col
latorem,uidetur non ſolum admiſſa Simonia, ut te-
net Nauar.ſed etiam confidentia.Nam ab omnibus
* *receptum eſt,collatorẽ poſt collationem amplius
non poſſe ſe intromittere de illo beneficio collato,
&,quamuis ob huiuſmodi expreſſionem,conſtet de
confidentia expreſſe nihilominus ipſe Naua.reſpon
dit,porrigendam eſſe Summo Pœnitentiario peti-
tionem,cum his uerbis,attento, quod prçdicta Si-
monia adeo ſubtilis uideatur,quod a paucis niſi ual
de eruditis iudicabitur eſſe talis,& ideo orator non
iudicauit eam fuiſſe talem,& quod non eſt Simonia
a iure naturali,uel diuino prohibita, ſed ſolum iure
humano Canonico indicta,& quod error circa ius
humanum obſcurum,& difficile intellectu,non eſt
16 peccatum†mortale,Inn.in c.per tuas el ſecundo,de
* Simon.*receptum a Fel.& aliis relatis per eum in c.
primo,col.pe.de re Iud.Attento denique, quod hu
iuſmodi conſenſus inter conferentes,& familiares,
quibus conferunt,ſolent interuenire quaſi quædam
gratiarũ actiones,ſine cogitatu Simonię,& hęc uer-
ba uolui ponere,quia Nauar.erat uerſatiſſimus in ſa
cra Pœnitentiaria,nam in ea fuit conſultor per mul
tos annos.
Non obſtat ſecundum argumentum de pondera-
tione,ex §.itidem Conſtitutione Pij V.nam ille, §.
ut ſupra dixi,procedit,quoties diſponitur de titulo
& exprimitur perſona in cuius fauorem debet fieri
diſpoſitio,ut uerba ibi poſita expreſſe ſignificant,
quæ perſona hic non adeſt,ideo ceſſant uerba,& ra
tio dict.§.Quare &c.
Ad tertium reſpõdetur,negando eſſe conuentio
nem,ſed potius cõſilium ut ſupra deduxi.
Concludendum eſt igitur, nullam committi ex
hoc confidentiam.
Limita,non procedere, quoties collator ex-
preſſit aliud, ut de perſona cui ſit reſignandum il-
lud beneficium,uel de penſione conſtituenda ali-
cui in reſignatione, nam hæc eſſet confidentia: ut
expreſſe dicitur in dict.§.itidem : & ibi late com
probaui.





*SVMMARIVM.*

1 *Habens beneficia ab Ordinarijs,an poſſit ea reſigna
re conſanguineis ipſius Ordinarij,& nu.4.*
2 *Ordinarius non poteſt beneficia reſignata conferre
ſuis familiaribus.*
3 *Coniecturæ in confidentijs ſufficiunt.*
5 *Caſus non expreſſus in lege non comprehenditur.*
6 *Reſignatio in manibus Ordinarij libere eſt faciẽda.*

## QVAESTIO LV.

Habens beneficium ab ordinario, an illud abſque in-
curſu pœnę poſſit reſignare conſanguineis, vel fa-
miliaribus eiuſdem Ordinarij.

QVinquageſimo quinto, Quæro,de notabili ca-
ſu,ſuper quo uidi alias dubitari, An ex hac
Conſtitutione Pij V.edita contra confiden
tiarios prohibeatur his,qui habuerunt beneficia ab
1 Ordinaris collatoribus,ea†reſignare cõſanguineis,
aut familiaribus collatorum ſub pœnis contra com
mittentes confidentiam inflictis?
Pro affirmatiua primo affertur, Conſtitutio eiuſ
dem Pij V.58.incip. Quanta Eccleſiæ,edita anno
2 tertio,in §.cęterum,dum†uoluit, Ordinarium non
poſſe beneficia in manibus ipſius libere reſignata,
conferre ſuis conſanguineis,aut familiaribus,uel cõ
ſanguineis,aut familiaribus reſignantis ex præſum-
pta fraude,vt late ſcripſi in tract.de reſign.benefic.
lib.5.q.6.num.288.Ita ex eadem ratione recipien-
tes beneficia ab Ordinarijs non poterunt ea reſi-
gnare conſanguineis,aut familiaribus ipſius.
3 Secundo,quia in hac materia†proceditur per cõ
iecturas,& præſumptiones,vt dicitur in dictis extra
uagantibus Pij IIII.& Pij V.ſed coniectura prçſum
ptæ fraudis eſt notabilis, ac conſiderabilis, ad tradi
ta per doct.in c.ſecundo,de renunc. lib. 6. Ergo.
Et his rationibus vidi alias ſuſtinere contrariam
opinionem.
4 His tamen non obſtantibus,†ego exiſtimo con-
trariam ſententiam negatiuam eſſe veram, ut præ-
dicto caſu nulla committatur confidentia. Et mo-
ueor,quia in d.Conſtitutione Pij V.contra confidẽ
tiarios edita huiuſmodi caſus non exprimitur, ergo
5 in illa†Conſtitutione non comprehenditur,l.illam
C.de collat.l.in præuaricationis,§.ult. ff. de præua-
ric.l.diſſentientem,C.de diuort. & ita argumenta-
tur,Oldrad.conſi.201.quidam Monachus, ita etiã
argumentatur Cæpoll.conſil.16.colum.ſecunda,ad
fin.verſicu.ſexto,& Crauett.conſil.90.num.2. uerſi
culo ſecundo ualet: nam,ſi Summus Pontifex id uo
luiſſet,vtique expreſſiſſet, argum.l.unica,C.de cad.
tollend.non expreſſit,ergo noluit, cap. ad audien-
tiam de decim.
Secundo,quia non ſolum hic caſus non compre-
henditur in verbis dictæ extrauagantis, ſed nec e-
tiam in ratione,cum ratio fraudis ceſſet,eo quia poſ
ſet Ordinarius,ſi vellet, conferre ſuis conſangui-
neis,ac etiam familiaribus.
Non obſtant contraria. Ad primum reſponde
tur,illud ſtatui in ea Conſtitutione Pij V.quia prç-
ſumitur ea reſignatio facta in fraudem reſignatio-
6 nis libere faciendæ†in manibus Ordinarii iux.text.
in cap.ex parte,de offic.delega.quia cenſeretur talis
reſignatio facta in fauorem illius familiaris, aut cõ
ſanguinei,nam, ſi poſſet Ordinarius conferre be-
neficia reſignata conſanguineis reſignantis,aut ſuis,
videretur tacite,& indirecte,admittere reſignatio-
nem in fauorem,iuxt.ea,quæ ſcripſi de reſig. bene
fi.lib.5.q.ult.nu.189.cum ſequ.quod non uendicat
ſibi locum in caſu noſtro.
Ad ſecundum reſpondetur, quod ceſſat fraus,
iux.ea,quæ diximus ſupra.
Limita tamen,non procedere, quoties contra-
rium conſtaret,ut quia Ordinarius uolebat confer-
re nepoti ſuo,& non poterat, quia nondum habe-
bat ætatem requiſitam.nam, ſi hoc caſu contulit al
teri,qui reſignauit poſtea dicto nepoti, ex hoc eli-
ceretur coniectura præſumptæ fraudis,iuxt.ea,quæ
habentur in c.2.de renunc.lib.6.

*SVMMARIVM.*

1 *An committatur confidentia inter patruum reſi-
gnantem,& nepotem reſignatarium.& nu. 6.*
2 *Lex generaliter loquens, generaliter eſt intelli-
genda.*
3 *In delictis non fit diſtinctio perſonarum.*
4 *Reipub.intereſt,vt delicta puniantur.*
5 *Ex coniunctione ſanguinis arguitur fraus.*
7 *Sententia Iudicis confidentiarum de ordine Grego.
XIIII.ſuper hac re.*

## QVAESTIO LVI.

Confidentia non committitur inter patruum reſi-
gnantẽ,& nepotem reſignatarium,ac inter fratres.

QVinquageſimo ſexto, Quæro,an committatur
confidentia inter reſignantem patruum,&
1 reſignatarium nepotem, † ſi reſignans ſe
ingerat poſt reſignationem beneficio reſignato,aut
fructus percipiat,vel quid aliud faciat?
Pro affirmatiua,Primo adducitur,quia Conſtitu
tio Pij V.loquitur generaliter, ergo generaliter eſt
2 intelligenda,†ad not.in l.in fraudẽ,ff.de mili.teſta.
& non diſtinguit, neque nos diſtinguerç debemus.
3 Secundo,quia in delictis non fit diſtinctio†per-
ſonarum,ad not.in cap.nouit,de Iud.& intereſt rei-
4 publicę,†ut delicta puniantur,l.item uulneratus, ff.
ad l.Aquil.
5 Tertio,quia ex coniunctione ſanguinis†arguitur
fraus,Crauett.Conſi.82.nume.5.uerſ. tertio argui-
tur,Gozad.conſ.1.num.34.conſi.2.numer.5.Grat.
conſ.53.num.68.uolu.1.
6 His non obſtantibus,contrarium†eſt uerius ho-
die,ex determinatione ſan.mem.Gregorij XIII.de
* anno 1575.in una Fauentin.* prætenſæ confiden-
tiæ,ut,ſi cohabitant in eadem domo, non poſſit p̃-
tendi confidentia inter patruum,& nepotem,& in-
ter fratres,& patet ex uerbis ſequentibus, quæ ad
unguem refero,ut illa habui a R.P.D.Curruſaureo
Iudice Confidentiarum.
Die 27.Menſis Iunij 1575.Fauentina prætenſæ
Confidentiæ.
Pro Domino Iulio Cocciano contra Fiſcum.
Petrus Sprengherius Curſor retulit in iudicio co
rã R.D.Annibale de Graſſis cãrum Cõfidentiarũ
Iudice,Die 25.p̃ſentis Menſis citaſſe Magn. D.Io.
Felicẽ Saluatoriũ,Procuratorẽ Fiſcalẽ, ad uidẽdum
abſolui infraſcriptũ inſtãtẽ ad effectũ deferri iura-
mẽtum,in ſupplementum,ac cõcludendũ,& audiẽ-
dum ſententiam diffinitiuam ad p. d. Inſtante D.

Iulio Cocciano,ſiue eius Procuratore.
In cuius relationis pede taliter erat ſcriptum.
Ex aduerſo Fiſcus proteſtatur,ad petita non de-
ueniri,ſed ante omnia ſibi tranſmitti proceſſum in
cauſa factum,vt ſuper eo poſſit in iure, & in facto
informari, & interim,alias,&c.Io.Felix Fiſcalis.
Relatione facta, comparuit in eodem Iudicio
coram prædicto R.D.Annibale de Graſſis Iudice,
meque,&c.Idem D.Iulius principalis citra, &c.Et
7 data Cedula petitionis†ſententiæ petijt, ut ſupra.
Ex tunc prædictus Reueren.D.Annibal Iudex,at-
tento,quod legitime probatum eſt,D.Ioan.Franci
ſcum Corneum eſſe nepotem carnalem ipſius d.
Iulij,& cum eo per multos annos in domo ſua hic
in Vrbe commoraſſe per totum illud tempus, quo
ipſe D.Iulius exegit penſiones, de quibus agitur,
tanquam procurator ipſius Ioann.Franciſci nepo-
tis.Cum alias S.D.N.Gregorius, diuina prouiden-
tia Papa XIII.eidem R. Do. Iudici mandauerit,ut
Sua R.D.dixit,ut,quando Confidentiæ prætende-
rentur factę inter patruum, ſeu auunculum reſignã
tem,& nepotem,ſeu inter fratres reſignatarios,quã
do uere,& effectualiter in eadem domo, cohabita-
runt,ut a pręſumptionibus,quæ fundatæ ſunt in per
ceptione fructuum facta a dimittente beneficium,
poſitis in litteris Pij V.fel.rec.non læderetur,& par
ticulariter facta relatione huius cauſæ Suæ Sanctita
ti prędictus D.Iudex pronunciauit prout in cedula,
quam mihi notario conſignauit,tenoris,&c.
Et æqua eſt huiuſmodi declaratio, & omnes cu-
riales illam approbarunt,ratione coniunctionis, &
cohabitationis.
Qua declaratione Papę ſic ſtante, ceſſat argu-
mentum in contrarium, primo loco adductum, de
generalitate,quam dictus Gregorius XIII. pruden
tiſſime reſtrinxit, quo caſu non obſtat: ceſſat quo-
que ſecundum,& tertium, & propterea ſecundum
hanc ſententiam eſt pronunciandũ,& conſulendũ.

*SVMMARIVM.*

1 *Reſignatio,& collatio per confidentiam eſt nulla.*
2 *Reſignatio,& collatio debent fieri pure.*
3 *Reſignatio,& collatio per Simoniam eſt nulla.*
4 *In Simonia nullitas venit ipſo iure.*
5 *Acceſſus,regreſſus,penſiones,reſeruatæ per Confi-dentiam,& Simoniam nullæ.*

## QVAESTIO LVII.

QVOD collatio,& reſignatio, per confidentiam
ſit nulla.

QVinquageſimo ſeptimo,Quæro, An reſigna-
1 tio,†& collatio per confidentiam facta ſit
nulla?Affirmatiue eſt reſpondendum,quia ita
* tenent omnes, * vt per Nauarr. in manual. capit.
23.ſub num.110.Idem Nauarr.conſi.16.num.5.de
teſtam. & conſ.31.num.primo,& 40.num.2. de Si
monia,& ratio eſt,qa collatio, & reſignatio debet
fieri pure,Rot.deciſ.6.nume.2.de renunc. per reſi-
gnat.Imol.in c.cum inter,num.5.de elect. & in c.1.
num.7.de rer.permut.Calder.in cap.mandatum,nu
mer.4.de reſcri.Oldrad.conſ.324. ſub num.5. Do.
* communiter in cap.ex parte, 1. de offic. delegat. &
in cap.cum pridem,de pact.Crauett.conſi.122.nu-
3 mero 2.Et ideo collatio, † & reſignatio per Simo-
niam eſt nulla,Bellame.in cap. Ordinationes, nu-
mero 4.1.quęſt.1.Gemin.in cap.dudum, num.12.
de præbend.libro 6.Caccialup. de penſ. quæſt. 19.
* & eſt*communis opinio,ut dixi de reſignat.benef.
lib.14.quæſt.prima & hęc concluſio expreſſe pro-
batur in dicta Conſtitut.Pij IIII.in §.quare,ibi,*ip-ſo iure a die receptionis corundem vacauiſſe,& va-care,&c.*& in conſt.Pij V.in principio,ibi,*ſtatuit,
& decreuit,vt ipſo iure vacarent Eccleſiæ,monaſte
ria,cæteraque beneficia Eccleſiaſtica, in confiden-
tiam,a quibuſcunque,etiam* S.R.E.*Cardinalibus* .ſi
enim ea beneficia vacant,ergo nulla eſt collatio, &
reſignatio,& huiuſmodi nullitas infertur ipſo iure,
Nauarr.d.conſi.40.num.2.de Simon. quia prędicti
Summi Pontifices decernunt vacare ipſo iure. Ita
4 renunciatio facta ſimoniace eſt†nulla ipſo iure,Re
doan.de ſimon.par.2.cap. 10. numer. 35. & par.4.
cap.11.colum.3.Rebuff.de ſimon.reſign.nume. 7.
& conſi.143.num.13.Nauarr.in cap.ſi quando,ex-
cept.4.late ſcripſi de reſigna.benefic.lib.14. quæſt.
1.cum ſequen.
Ampliatur hęc concluſio,ut non ſolum ſint nul
læ collationes,& reſignationes,per huiuſmodi con
fidentiam factæ,vt dictum eſt,ſed etiam omnes ac
5 ceſſus,regreſſus,†penſiones,& alia quæcunque,etiã
auctoritate Apoſtolica reſeruata confidentiarijs,in
ceſſionibus,& retroceſſionibus, vt optime tuetur
Nauarr.in manual.cap.23.ſub numero 110.uerſic.
quarto,quod non ſolum,& conſi.31.nume. primo,
de ſimon.Et probatur expreſſe in dict. Conſtit. Pij
IIII.108.§.*Ac fructuum,& penſionum reſeruatio
nes,ac facultates transferendi,& collationes bene-
ficiorũ conceſſiones,eis vt præmittitur,factas, et re
greſſus,ſiue acceſſus,& ingreſſus conceſſos huiuſmo
di,ceſſaſſe,& ceſſare, ac extinctos eſſe, &c.*& in §.
*Ac quaſcũque collationes,prouiſiones,profeſſiones,
cõmendas,reſeruationes,facultates, etiã transferẽ
di,& ingrediẽdi,ac alias diſpoſitiones de Eccleſiis,
monaſterijs dignitatibus,& alijs beneficijs,eorum-
que fructib.& beneficiorum collationibus, per nos,
& alios Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros, ẽt
Motu proprio,ſeu Conciſtorialiter,aut etiã per Or-
dinarios,& alios inferiores collatores, etiam ad pa
tronorum eorundem præſentationem, & alias quo-
modolibet,cum interuentu confidentiæ huiuſmodi,
expreſſe ſiue occulte,ac de iure præſumpto,& alias
contra præmiſſa pro tempore factas,nullas, & in
ualidas,nulliuſque roboris,vel momẽti fore,nec cui
quam ſuffragari,ſed Eccleſias;monaſteria,dignita-
tes,ac alia beneficia,&c.*Et cũ prædictis uerbis an-
nullentur omnes prouiſiones cum interuentu con-
fidentię conſtat,quod ius nunquam eſt quæſitum.
Et hoc de reſignatione ſimoniaca fere ſcripſerat
Bellam.in cap.ſi quis obiecerit,1.q.3.Prępoſ. in ca.
ordinationes,num.35.1.q.3.

*SVMMARIVM.*


1 *Confidentiam committentes priuantur beneficiis.*
2 *Beneficia data per confidentiam vacant.*
3 *Confidentia eſt Simonia conuentionalis.*
4 *Delictum confidentiæ grauiſſimum.*
5 *Pœna iuxta menſuram delicti.*
6 *Pœna in caſibus expreſſis.*
7 *An Confidentiarii ſint priuati ipſo iure. & nu. 10.*
8 *In ſimonia Conuentionali priuatio non infertur ipſo iure.*







9 *Conſtitutio Pauli ſecundi cum deteſtabile,loquitur de reali.*
11 *Inter Simoniam realem,& confidentiam nulla differentia.*
12 *Simoniacus realis priuatur ipſo iure.*
13 *Simoniacus conuentionalis non excommunicatur.*
14 *Confidentiarius excommunicatur.*
15 *Confidentiarius in foro conſcientiæ obligatur dimittere beneficium.*
16 *Priuatus ipſo iure non poteſt alienare.*
17 *Confidentiarius non poteſt reſignare, & permutare.*
18 *Cum vacant beneficia ipſo iure poteſt deueniri ad collationem,electionem & pręſentationes.*
19 *Parochiani poſſunt ſe ſubtrahere ab obedientia illorum,qui ſunt priuati ipſo iure.*
20 *Conductores non poſſunt cogi ſoluere priuatis ipſo iure.*
21 *Effectus priuationis ipſo iure.*
22 *Confidentiarius non poteſt tenere beneficia.*
23 *Simoniacus realis non poteſt tenere beneficia.*
24 *Simonia conuentionalis æquiparatur reali.*
25 *Confidentiarius nullum ius quærit in beneficio acquiſito per confidentiam.*
26 *Confidentiarius an priuetur alijs beneficijs obtentis.*
27 *Dictio alijs eſt repetitiua ſimilium.*
28 *Nulla cadit dubitatio,vbi lex loquitur.*
29 *Dictio vſquequaque,quid importet.*
30 *Priuatio ipſo iure non infertur.*
31 *Confidentiarius priuatur beneficijs obtentis ipſo iure.*
32 *Dictio etiam implicat.*
33 *Dictio alij includit ſimiles caſus.*
34 *Vna pars legis declarat aliam.*
35 *Præcedentia declarant ſequentia.*
36 *Verbum,priuamus,eſt præſentis temporis.*
37 *Verba præſentis temporis important, vt non requiratur ſententia.*
38 *Verba futuri temporis requirunt ſententiam.*
39 *Expreſſum,quod ex vi verborum.*
40 *Priuatus ipſo iure nullum habet ius.*
41 *Beneficia Confidentiarij ſunt reſeruata Sedi Apoſtolicæ,& num.66.*
42 *Dictio pariter quid importet.*
43 *Confidentiarij ſunt inhabiles ad beneficia in futurũ.*
44 *Verbum decernimus inducit nouum ius.*
45 *Confidentiarijs non poſſunt dari beneficia.*
46 *Relatio ad omnia refertur.*
47 *Clauſula in fine poſita refertur ad præcedentia.*
48 *Infans eſt inhabilis ad beneficia.*
49 *Collatio facta inhabili eſt nulla.*
50 *Inhabiles non iuuantur regula de Triennali.*
51 *Verbum Quicunque intelligitur de habili.*
52 *Ex diſpenſatione inhabiles fiunt habiles.*
53 *Mediante diſpenſatione fit licitum, quod erat illicitum.*
54 *Confidentiarij non poſſunt impetrare beneficia.*
55 *Diſpenſatio retinendi beneficia per confidentiam non datur.*
56 *Pœnitentiaria an diſpenſet in Simonia.*
57 *Confidentiarij priuantur etiam penſionibus.*
58 *Penſio non venit ſub priuatione beneficiorum.*
59 *In crimine atroci datur priuatio.*
60 *Confidentiarij priuantur etiam reſeruationibus fructuum.*
61 *Fructus reſeruantur loco penſionis.*
62 *Confidentiarij priuantur officijs Rom.Cur.*
63 *Officia Rom.Cur.ſunt quodammodo beneficia.*
64 *Officia Rom.Cur. venduntur etiam laicis.*
65 *Confidentiarij priuantur etiam fructibus officiorum*
67 *Simoniacus in vno beneficio, redditur inhabilis ad aliud.*


## QVAESTIO LVIII.

Quibus beneficijs,& officijs priuentur Confidentia-
rij,quando,& quomodo.

QVinquageſimo octauo, Quæro, An Confiden
tiarij priuentur?& an ipſo iure?quibus bene-
ficijs,& officijs?
Recepta omnium ſententia eſt, committentes
1 confidentiam prohibitam,& Simoniacam †priuari
beneficijs,ut late per Sarn.de trienn. quæſt. 12.per
Card.Pariſ.conſil.20.& 30.uolum.4. magis in ter-
2 minis Caputaqu.deciſ.201. part. 1. & nullum ius,
* ex illis quæri,cum † vacent, fuit pluries, * reſo-
lutum in Rot.teſte Pelegrin.deciſio.338.libro 3.in
manuſcrip. Idque probatur,tum quia committen-
tes ſimoniam priuantur,late Caſſador. deciſi. 5. de
conſtitut.Redoan.de ſimon.lib.4.cap.11. nu.... Et
* communiter*Doctores alias citati,ergo & commit
3 tentes confidentiam,cum confidentia † ſit ſimonia
conuentionalis, Caputaqu.dic.deciſ.201. par.pri-
ma,& deciſi.238.in princip.par.3.tum etiam, quia
hoc expreſſe uolunt extrauagantes Summorũ Pon
tificum Pij IIII. & Pij V. ille Conſtitut. 108. iſte
Conſtitut.87.vt ex eorum lectura clariſſime patet,
& infra referemus verba, & colligitur ex Nauarr.
conſi.31.& 40.de ſimon.Nec immerito, cum hu-
4 iuſmodi delictum † grauiſſimum reputetur, vt per
Maſcard.de probat.concluſ.1306.faciunt tradita ꝑ
Aretin.in cap.cum P.manconella.num.27. de accu
ſat.Clar.§.ſimonia uerſicu.ſcias etiam,lib.5.recept.
ſentent. ideo perpetrantes illud debent hac pœna
5 priuationis puniri,iuxta†menſuram delicti, ca.non
afferamus,diſt.34.Marſil.conſil.6.in fin.&, cum ca
6 ſus ſit expreſſus,pœna†imponi debet,capitu. is qui
de ſentent.excomm.lib.6.Pariſ.in Rubr.ff. de ope.
nou.nunciat.num.40.
Dubium tamen eſt,non negligendum,An huiuſ
7 modi confidentiarij ſint priuati ipſo † iure,uel pri-
uandi, cum maxima ſit differentia inter utrunque
caſum?Eſſe priuandos,tenet Caputaq.deciſio.201.
par.1.motus,quia crimen confidentiæ eſt ſimonia
conuentionalis,Caputaq.deciſ.238.in princi. pag.
3.ſed propter ſimoniam conuentionalem nõ infli-
8 gitur†pœna ipſo facto,ut pluries fuit reſolutum *
* in Rota,cum cenſuerunt Conſtitutionem Pauli II.
9 incip.Cum deteſtabile in tit.de ſim.loqui†de ſimo-
nia reali,cum imponit pœnam priuationis ipſo fa-
cto,& atteſtatur Caſſad.deciſ.5.de conſtit. ubi ad-
ducit rationes,& auctoritates,& deciſ. 1.de ſimon.
* & eſt communis * opinio omnium doctorum, late
Card.Pariſ.conſ.29.& 30.uolu. 4. & plura adducit
Sarn.de triennali,q.12.
10 In contrariũ†tamen hodie eſt veritas, vt.ſ.confi
dentiarij ſint priuati ipſo iure, vt aperte exprimit
Pius IIII.in d.ſua Conſt.108.ibi,*Iccirco omnes,&
ſingulas Eccleſias,etiam Metropolitanas,& alias
Cathedrales,ac monaſteria,ẽt Cociſtorialia,priora
tus,præpoſituras,dignitates,etiam maiores,& prin
cipales,etiam conuentuales,&c. ipſo iure a die re-
ceptionis eorundem vacauiſſe,& vacare,& cætera*

& Pius V.in dicta Conſtitut.87.in princ.ibi, *Vt ip*
*ſo iure vacarent Eccleſiæ,monaſteria,cæteraque be*
*neficia Eccleſiaſtica,in confidentiam a quibuſcun-*
*que etiam Sanct.Rom.Eccleſiæ Cardinalibus, &c.*
Et colligitur ex Nauarr.conſi.31. de ſimon. Quod
ea ratione exiſtimo eſſe hoc ſtatutum, vt eo magis
homines abſtineant ab hoc crimine, tam graui,erũ
pente neruum Eccleſiaſticæ diſciplinæ, iuxta ea,
quæ ſcribit Menoch.de arbitr.Iud.caſ.266. num.1.
& ita nunc eſt tenendum,& iudicandum.
Ex hac concluſione, primo infero , nullam eſſe
11 differentiam,quo ad hoc inter ſimoniam † realem,
& confidentiam beneficialem prohibitam,quia,ſi-
12 cuti ſimoniacus,†realis priuatur ipſo iure,extrauag.
Paul.2.cum deteſtabile,de ſimon.& eſt communis
* omnium Doctorum*opinio,ita,qui commiſit con
fidentiam .
Secundo,infero ſimoniam conuentionalem con
fidentię beneficialis eſſe peiorem alia Simonia cō-
uentionali beneficiali,qua palam ęmitur,vel uendi-
tur beneficium , quia per illam non annullatur a-
13 ctus,nec inducitur † cenſura antequam ab vtraque
parte , ſcilicet vendente, & emente adimpleatur,
Caſſador.dict.deciſion.quinta, de conſtitut. Sarn.
de triennn.quæſt.12.Caietan.ſecunda ſecundæ,quę-
ſtio.100.articul.6.Sot.de iuſt.& iur.quæſtio.8.libr.
9.Nauarr.in manual.capitul.23. numero 103. Et
communiter Doctores.Per hanc autem confiden-
tialem ſic,quia hac accipit,quis beneficium in con-
14 fidentiam,†etiam ante implementum , quod pro-
miſit,collatio , ſiue reſignatio ei facta eſt ipſo iure
nulla,& incurrit in excommunicationem , & tene-
tur ad reſtitutionem fructuum, quos percepit a die
receptionis , & hanc differentiam notabiliter ani-
maduertit Nauarr.in Manual.cap.23. numer. 110.
uerſic.ſecundo,quod ſimonia.
15 Tertio infero,Confidentiarium obligari in foro
conſcientiæ dimittere beneficium , uel beneficia,
cum ſit priuatus eo,aut illis ipſo iure,Felin.in capit.
1.columna 13.uerſicu.incipit,de conſtitut.& in ca-
pitul.Rodulphus,in penultim.colum.uerſicu. limi-
ta tertio,de reſcripr.& in capitul.cum nobis,colum
penult.eodem titul.& in cap. inquiſitionis, in prin-
cip.colum.ſecunda,de accuſat.Cardin. Alexand. in
capitul.fraternitatis,colum.penult.12.quæſt. ſecun
da,Ruin.conſil.4.nume..11.uolum.5.cum alijs,quę
late congerit Alphonſ.Hoied.de incompat. benef.
par.1.capitu.13.numero 61. & ratio eſt , quia non
uidetur in eo iuſte intitulatus,& ideo priuatus ipſo
16 iure non†poteſt alienare , etiam ſi non pręceſſerit
ſententa declaratoria, Bal.in authen.inceſtas,C.de
inceſt.nupt.Collect. in capitul. in quibuſdam , co-
lumna prima,de pœnis,Barbat.conſil.ultim.colum
na tertia,libro 1.Dec.conſil.136.colum. 3. Aretin.
in leg.ſi quis poſt accuſationem,columna ſecunda.
ff.de teſtament.& ex hac etiam ratione non pote-
17 rit†confidentiarius reſignare,& permutare, Alfon.
Hoied. de incompat.benef.p.1.cap.13.num.62.&
num.64.dixi alias.
18 Quarto infero,ſtante hac priuatione † ipſo iure
poſſe fieri collationem illorum beneficiorum,& p̃-
ſentationem,ac electionem,Abba.in cap. 2.in not.
3.de feud.Idem Abb.& alij in cap. cum in cunctis,
de elect.Card.in clement.1.in 15.not.de pœnis,A-
nan.conſil.32.colum.2.Gemin.cap.fundamenta,§.
quod ſi ſecus,notat.2.de elect.lib.6.& communiter
* *alij Doctores, vt patet ex adductis per Alfonſ.
Hoied.tract.de incompar.beneſi.par.1.ca.4.nu.7.
Quinto infero, ſtante hac priuatione, ipſo iure
19 poſſę parochianos ſe ſubtrahere†ab obedientia di-
ctorum confidentiariorum,vt per Petr.de Anchar.
in cap.ad Apoſtolicæ,in not.20.de ſenten. & re iu-
dic.libr.6.Tiraquell.late in leg.ſi vnquam, in uerb.
rȩuertatur,num.36.C. de reuocand. donat. Hinc
etiam eſt,quod conductores rerum dictorum bene
ficiorum,quę uacant ipſo iure,non poſſunt cogi ad
20 ſoluendum†dictis beneficiatis,ut late per Tiraque.
loco cit.num.36.
Aliæ etiam illationes poſſent fieri, quæ colligun
21 tur ex effectibus priuationis ipſo iure , † quos effe-
ctus refert Tiraquell.in repetit.dic.l.ſi unquam,uer
bo.reuertatur a num.268.uſque ad nu.468. Hoied.
dict.tract.de incompat.benef.p.1.cap.4.num. 7. 8.
& 11.& cap.13.a num.59.uſque ad num. 80. Sarn.
in c.ipſo iure,de reſcr.lib.6.
Sexto,& vltimo,infero,quod,ſi tenetur Confidē
22 tiarius in conſcientia dimittere†beneficium,ut di-
xi ſupra in tertia illatione,minus poterit retinere ea
beneficia,ſuper quibus commiſit confidentiam,cũ
hoc ſit effectus priuationis ipſo iure, ut ex prędictis
ſatis liquet , & ex his,quæ longa ſerie more ſolito
congerit Tiraquel.loc.citat. & de Simoniaco tra-
dunt Abba.in cap.cum eſſent in 2.not.de Simon.&
in capit.cum ad noſtram,in 3.not.de elect.Felin.in
cap.tua nos . in Gloſſ. ultim. de Simon. Sarnen.de
trienn.quæſt.12.colum.3.uerſicu. quid dicendum,
Redoan.de Simon.lib.4.cap.9.ſub num. 4.& hi ul-
23 timi loquuntur etiam in†Simonia reali , dantes ra-
tiones,quia ita Simoniacus eſt, committens Simo-
24 niam conuentionalem,ſicut committens † realem,
* ut tradit Bald.qui dicit ita iudicatum*fuiſſe in ciui-
tate Florentiæ,in cap.1.de teſtibus libr.6. ubi Petr.
de Anchar.Philipp.Franc.Roman.ſing.307. Dec.
in cap.ueniens,in Gloſſ.1.de teſtibus Felin.in dic.c.
* tua nos,de Simon.& ita*fuit ſententiatum in Ro-
ta die 11.Martij 1538.in una Conchen.fructuum,
coram Ioann.Paul.& rationes habes per Sarn. dic.
quæſt.12.colum.prima,de trienn.Redoan.d.cap.9.
colum.1.de ſimon.par.4.& Pius IIII.in Conſtitut.
69.incip.In ſublimi,edita anno tertio,ad reforma-
tionem officij Pœnitentiariæ parificauit ſimoniam
realem,& conuentionalem , ſtatuens in utraque,ut
in abſolutionibus a ſimonia reali,uel conuentiona-
li non concedatur,ut ipſi ſimoniaci beneficia,ſuper
qui bus ſimoniam commiſerunt,poſſint retinere.
Secundo , contigit dubitare . An committentes
confidentiam priuentur non ſolum beneficijs ; ſu-
per quibus commiſerunt confidentiam , in qui-
25 bus nullum ius†quæſiuerunt, Nauarr.in manual.ca-
26 pitul.23.ſub numer.111.uerſicu.11.ſed etiam†alijs
antea rite obtentis?Pro negatiua facit,quia in Simo
nia conuentionali hoc non eſt ſtatutum,ut per Caſ
ſador.deciſ.5.de conſtitut.Sarn.de triennn. quæſtio.
12. Dec. & Felin.in cap.2.de reſcrip.Ioann.Selu.
de beneſic.par.3.quæſt. 2.colum.4.Achil.de Graſſ.
deciſ.341.Et ideo non imponatur,le.in præuarica-
tionis,§.ult.ff.de præuaricat.l.diſſentientem , C.de
diuort.Oldrad.conſil.202.Cæpoll.conſ.crimin.16.
colum.2.ad fin.uerſicu.6.Crauett.conſ.90.col.2.ſed
confidentia eſt ſimonia conuentionalis, ut dictum
eſt ſupra pluries:ergo.
Hoc tamen non obſtante,affirmatiua opinio eſt
* uera,& communiter*recepta,ut committentes cō-
fidentiam priuentur non ſolum his bñficijs,ſup qui
bus commiſerunt confidentiam,ſed etiam obtentis
ante commiſſam confidentiam,rite,& licite,vt cla-
riſſime,& expreſſe voluit Pius V.dicta ſua Conſti-
tutione 108.in §.Sed ne quiſquam,ibi, *Et , qui quid*
*tale admiſerint,in futurum etiam omnibus , & ſin-*
*gulis aliis Eccleſiis,monaſteriis, dignitatibus , ad-*
*miniſtrationibus,officiis,& beneficiis obtentis,quæ*
*pariter ſub dicta reſeruatione comprehendi uolu-*
27 *mus,&c.*Pondero dictionem.*Aliis*,quæ†eſt repe-
titiua ſimilium,ad not.in cap.Sedes Apoſtolica , de
reſcr.le.ſi fugitiui,C.de ſeru. fugiti. & ſic diſponit,
de obtentis ante rite, ſicuti de obtentis tunc per cō
fidentiam,ad not.per Pariſ.conſ.29. num.72. uolu.
2.& conſ.72.num.33.uolu.4.&,cum habeamus le-
28 gis caſum,nulla†cadit dubitatio,l.illam,uerſ.de mo
do,C.de collat.l.Ancille,C.de furt.Corn.conſi.13.
col.2.lib.2.Dec.conſ.484.num.1.Roland.conſ.77.
num.5.lib.primo,Cephal.conſ.138.num. 20.lib.1.
& tradit Nauarr.in manual.cap.23. ſub num.111.
& ratio ponitur in princ.dicti,§. ſed ne quiſquam,
ibi,*Vtq; hoc malũ grauioris cenſuræ ſtimulo vſque*
*quaque prohibeatur,& c.*ſcilicet,vt omni modo ex-
tirpetur hoc crimen,nam hoc importat dictio,*Vſ-*
29 *quequaque*,†vt per Card.Pariſ.conſ.6.num.14.15.
16.cum ſequen. vol. primo.Et hæc concluſio pro-
cedit nedum in Clericis habentibus beneficia ſim-
plicia,aut curata,uel requirentia reſidentiam, ſed ēt
in habentibus dignitatem,quantum vis maximam,
nam nominat Pius V.in allegatis uerbis non ſolum
beneficia,ſed etiam monaſteria , ut comprehendat
Abbates Commendatarios:Dignitates, vt compre
hendat Priores,Præpoſitos,Decanos, Canonicos,
& alios huius generis;& Eccleſias,vt complectatur
Epiſcopos,Archiepiſcopos , & ideo Archiepiſco-
pus,Epiſcopus,& alij ſupra nominati committen-
tes confidentiam non ſolum priuantur beneficijs,
ſuper quibus commiſerunt confidētiam, ſed etiam
Archiepiſcopatu,Epiſcopatu,Prioratu, Decanatu,
Canonicatu, & alia dignitate ante commiſſam cō
fidentiam,rite obtenta, & in hoc reſident *omnes
Doctores.
Sed circa hanc concluſionem, vidi dubitari, An
huiuſmodi priuatio,quæ fit de beneficijs,& dignita
tibus obtentis ante commiſſam confidentiam , in-
fringatur ipſo iure,ſicuti priuatio beneficiorum, ſu
per quibus committitur confidentia , ut ante dictũ
30 eſt?Pro negatiua facit,quia priuatio ipſo iure †non
infertur,niſi expreſſe ſit appoſita,Abb. in cap. ulti.
num.11.de iuramen.Calumn.& in cap. primo , nu.
3.ne prælat.uic.ſuas,Angel.conſ.36.Calder.conſil.
10.de uerb.ſignific.Sarn.in cap.ipſo iure, de reſcri.
lib.6.ſed in dicta Conſtitutione Pij V, non legitur;
ergo,&c.
Hoc tamen non obſtante , contraria opinio eſt,
31 uerior,vt confidentiarius † priuetur ipſo iure non
ſolum beneficijs,ſuper quibus commiſſa eſt confi-
dentia,ſed etiam alijs,& dignitatibus obtentis ante,
quam probo ex uerbis poſitis in dicta Conſtitutio
ne Pij V.in §.ſed nequiſquam , primo ex dictione
32 *Etiam*,†quæ implicat,vt habetur in rubr.Codic. de
33 ſeruitut.& aqu.Secundō,ex dictione†*Aliis*,quæ in
cludit ſimiles caſus,not.in c.ſedes Apoſtolica, de rę
ſcr.Tertio,ut congruat ſenſus præcedentibus uer-
34 bis,& pœnis,nam†una pars legis declarat aliam, le.
35 Vtrum,ff.de pet.hæred.& † præcedentia declarant
ſubſequentia,l.qui filiabus,ff.de lega. 1. cum ſimil.
Quarto,fortius , & melius ex illis uerbis poſitis in
eodem,§.Sed ne quiſquam,ibi,*Præſentium auctori*
36 *tate priuamus,&c.*verbum enim *Priuamus*† eſt p̃
ſentis temporis , & ideo inducit priuationem ipſo
37 iure,& operatur,ut non requiratur†ſententia,ad no
tat.in cap.quiſquis,de elect.& in cap.ult.eod.titu.li
bro 6.optime Abbas in cap.nouit,num. 8. de his,q̃
fi.a Prȩlat.ſin.conſ.cap.ubi citat ea , quæ ſcripſit in
cap.51.diligenti, de ſor. compet. & in cap. cum o-
lim,de Arbitr.Idem Abb.in cap.1.num.3.ubi Apo
* ſtill.de Sagitt.& eſt*communis opinio omn.Doct.
38 nam uerbum†*Futuri temporis*,requirit ſententiam,
Abba.in cap.in quibuſdam,nume.7.de pœnis, Ant.
de Burg.in cap.ex parte,num.31.de reſcr.& in cap.
ſicut Roma.num.103.eod.tit.Stephan.de Gaet.in
cap.ad limina,§.4.nume.123.30. quæſt.1.Philipp.
Franc.in ca.1.nu. 123.30.q.1.Phil.Fran.in c.1..nu.
5.de vita,& hon.cleric.late Fel.in cap.de regularib.
de Simo.Mattheſil.ſingu.112.incip.nota,quod ubi
cumque , & ita ex his,concludendum eſt.
Ex quibus patet reſponſum ad contrarium, quia
39 ſatis uidetur hęc pœna expreſſa,cum colligatur† ex
vi uerborum,Bar.in l.uxorem,§.auri plagam, ff.de
legat.3.Cephal.conſ.133.num.8.
Ex qua concluſione infero,poſſe huiuſmodi be-
neficia conferri,cum priuatio infringatur ipſo iure,
40 †& poterit deueniri ad electionem,& præſentatio-
nem,Abba.in cap.2.not.3.de feud.Card.in clem.1.
num.15.not.de pœnis Gemin.in cap.fundamenta,
* §.quod ſi ſecus,not.2.de elect.lib.6.& alij* omnes,
ut per Alphonſ.Hoied.de incompat.benef.pa.pri-
ma,cap.4.numer.7.Et non omittam,quod collatio
horum beneficiorum ſpectat ad Sedem Apoſtoli-
41 cam,ſicuti eorum,ſuper quibus commiſſa†fuit con
fidentia,ut expreſſe probat dicta Conſtitutio Pij
Quint.in prædicto,§.Sed ne quiſquam,ibi,*quę pari*
*ter ſub dicta reſeruatione comprehendi volumus,*
*&c.*Ex quibus uerbis concludendum eſt,omnia be
neficia uacantia,propter crimen confidentię eſſe re
42 ſeruata,nam ita innuit dictio†*Pariter* , cũ parificet
vtrumque caſum,& diſponat idem in utroque,& p
Bar.Alex.Iaſ.& alios,in l.1.ff.de leg.1.
Tertio,dubitatur, An committentes confidētiã,
ſicuti priuantur ipſo iure beneficiis ſuper quib.com
miſſa eſt confidentia,& obtentis antea,ita ſint quo
que inhabiles ad alia obtinenda in futurum? Com-
* munis, * & recepta doctorum ſententia,etiam in
* praxi,* eſt affirmatiua, † ut colligitur ex Anton.
43 de Butr.poſt Ioann.Andr.in cap.penult.colum.1.
uerſicu.ad ſecundum,de elect.ex Mil. in reperto.in
verb.Simoniacus,in beneficio ſimoniaco,& in ter-
minis Caputaque.deciſ.201.par.1.deciſ.238.par.3.
Nauarr.in manual.cap.23.ſub numero 111.uerſic.
* 11.& ſecundum hanc opinionem * reſoluit Rot.in
una S.Andreæ Canonicatus,& præbendæ,2. Ianua
rij 1544.vt atteſtantur Put.deciſ.80. libro 2. in im-
preſſ.& deciſ.5.de Simon.in manuſcr.Peregr.deciſ.
83.lib.1.& expreſſe ſtatuitur in dicta conſt. Pij V.
in dict.§.Sed ne quiſquam,ibi,*Præſentium auctori*
*tate priuamus,& ad futura inhabiles decernimus,*
44 *&c.*verbum enim *Decernimus* inducit † nouum
ius,& declarat antiquum,Abb.in c.decernim⁹,poſt
Card.Zabar.de iud.& ibi Dec.in fi.Gl.in clem.per
litteras,in uerbo decernimus,de præb.Gl. in clem.
2.in uerb.decernimus,de reb.Eccl.non alien.Card.
in c.ad audientiam,de cleric.non reſiden.ſicuti uer-
bum *Indulgemus,& diffinimus*,Gem.conſ.72.col.
2.& *Statuimus*,Abb.col.67.Fel.in c.ſuper qōnum,

§.uerũ,de off.dele.& uerbum *Volumus*, Gl. in Cle-
men.1.de rer.permut.Abb.in ca.Sedes Apoſtolica,
de reſcr.Barba.in clem.litteras,in 4.col. de reſcr.
Nec huic concluſioni obſtat deciſ.Caſſado.5.de
conſt.quia loquitur,quando agitur ad pœnam pri-
uationis,quia tunc bene requiritur, quod ſimonia
ſit realis,vt dictum eſt etiam ſupra,ſecus quo ad in-
habilitandum aliquem ad obtinendum beneficia,
in futurum,quia hoc caſu ſufficit ſimonia conuen-
tionalis,& ſic confidentia,ut in terminis fuit reſolu
* tum,*& declaratum in Rota in vna Cæſarauguſta-
na confidentię,die 20.Martij 1551.coram D.Gui-
dobono, teſte Caputaq.d.deciſ.201.num.5. pag.1.
& d.deciſ.238.num.3.p.3.ubi ita declarat prædictã
deciſionem Caſſad.ſicuti etiam facit Put. alleg.de-
ciſ.80.lib.2.in fin.& hęc eſt communis opinio om
nium Doctorum.
Ex quo infertur,committentes confidentiam nõ
45 poſſe præſentari,eligi,neque eis†conferri beneficia;
Et ratio eſt,quia inhabilibus beneficia non dãtur,
ad plene not.in cap.cum in cunctis,de elect.ſed iſti
ſunt inhabiles,& incapaces,vt dictum eſt ſupra,er-
go,&c.
Et hoc procedit ne dum in beneficijs ſimplicib.
ſed etiam in requirentibus reſidentiam, & curatis,
ac perſonatibus,& dignitatibus,Eccleſijs,& mona-
ſterijs,quod probatur in ead.Cõſt.Pij V.in d.§.Sed
ne quiſquam,vbi,poſtquam locutus eſt de omnib.
prędictis obtentis iam,ſubdit,*Et ad futura inhabi-*
46 *les eſſe decernimus*,quæ uerba referũtur†ad omnia
proxime expreſſa,iuxta tradita in l.ſi idem,cum eo
dem,§.vlt.ff.de iuriſd.omn.iudic.c. ſecundo requi-
ris,de appell.ubi Abb.& alij,ſicuti dicimus de clau-
47 ſula in fine poſita,ut debeat referri†ad iam pręce-
dentia proxima,l.talis ſcriptura,§.ult.de lega.1.ubi
Bart.& alij Docto.l.3.§.filius,ff.de lib.& poſthu.l.
1.C.eod.Alex.conſ.213.lib.2.late Dec.in d.c.ſecun
do requiris,col.2.uerſ.in gl.2.Card.Pariſ.conſi. 53.
num.31.& 32.cum ſeq.uolu.2.Et,ſi his inhabilibus
conferantur beneficia per Ordinarios, vel per Se-
dem Apoſtolicam,collatio eſt nulla,non facta mẽ-
tione de dicta confidentia,vt in caſu dictę deci. Ca
putaq.201.p.1.& Put.Deciſ.80.lib.2.ſicuti collatio
48 facta infanti,quæ quoque eſt†inhabilis,c.indecorũ,
49 de ætat.& qualit.& alijs†inhabilibus, quos omnes
refert Rebuff.in tract.de pacif.poſſ. ſecundum par
uam impreſſionem,nu.172.cum multis ſequentib.
50 ubi etiam concludit,inhabiles nõ iuuari †regula de
51 triennali,nam uerbum,*quicunque*† ibi poſitum in-
telligitur de habili,l.emancipati,iuncta Gloſſ. ff.de
adopt.l.1.C.de Sacroſan.Eccl.l.3.ff.de fid. inſtru.l.
vt gradatim,ff.de munerib.& honoribus.
Limita tamen,niſi illi,qui commiſerunt confidẽ
52 tiam,habuerint†diſpenſationem,vt poſt Io. Andr.
Ant.de Butr.& alios tradit Caputaqu.d.deciſ.201.
* p.1.& deciſ.238.p.3.& eſt communis* opinio rece
pta ab omnibus, quamuis difficulter dentur hodie
huiuſmodi diſpenſationes.
Et ratio eſt,quia,mediante diſpenſatione,fit lici
53 tum,quod alias,†erat illicitum,& prohibitum, vt p
* Specul.in tit.de diſpenſ.& Doctores*omnes in ca.
at ſi clerici;§.de adulterijs,de iudic. Redoan. de Si-
mon.p.4.cap.16.
Et ex his etiam infertur,committentes confidẽ
tiam non poſſe generaliter impetrare beneficia,
54 cum ad illa ſint inhabiles, & incapaces,†ut ex com
* muni*dictum eſt ſupra,immo non poterunt bene-
ficia,quæ dimiſerunt,de nouo impetrare,& illa de-
tinere ex nouo titulo,vt dicit egregie Caputaque.
deciſ.201.num.2.par.1.
* Et de ſtylo* Dataria non ſolet concedere di-
55 ſpenſationem,ut committentes,†confidentiam poſ
ſint retinere beneficia, ſuper quibus illa commi-
ſerunt.
Et ideo Pius IIII.in Conſt.69.incip.In ſublimi,
edita,ad reformandum officium Pœnitentiariæ an
no tertio in §.Caueat, uoluit, ut Simoniacis reali-
56 bus,uel conuentionalibus†non concedatur, ut poſ-
ſint retinere beneficia,ſuper quibus commiſerunt
Simoniam, ac fructus perceptos poſt Simoniam,
ſubdit,*Quinimmo in abſolutionibus huiuſmodi ap-*
*ponatur clauſula,quod vterque ad beneficium,ſuper*
*quo fuit commiſſa Simonia,perpetuo inhabiles exi-*
*ſtant &c.*Idque optima ratione ſtatutum eſt, quia
valde ſcandaloſum uidetur,& mali exempli, ut qs
poſſit retinere beneficium,quod iniuſte habuit, ad
not.in cap.primo,de regul.iur.lib.6. in cap. in cun-
ctis,de elect.
Quarto Dubitatur,An etiam committentes cõ-
fidentiam priuentur,non ſolum beneficijs, & digni
tatibus,vt dictum eſt ſupra,ſed etiam penſionibus?
57 Communis * opinio † eſt affirmatiua, quam ex-
preſſe probat Pius V.dict.Conſtit.in §.Sed ne quiſ-
quam,ibi,*Nec non &c.penſionibus* &c. quod erat
neceſſarium exprimere, quia penſio non ueniebat,
58 ſub priuatione†beneficiorum,Abb.in c.ad audien-
* tiam,2.de reſcr.ubi Felin.& alij, & eſt * communis
opinio,de qua atteſtantur Io.Selua in tract.de bene
fic.p.1.q.3.num.11.Hoied.de incomp.benef.in prę
fat.numer.3.& 4.& p.2.cap.7.numero 4.& fuit plu
* ries*reſolutum in Rot.ut late ſcripſi de reſigna.be-
nefic.libro 2.quæſt. 15. Et ratio huius priuationis,
59 †eſt atrocitas criminis,iuxta dictum Innocent. in c.
primo,de Conſt.& uoluntas Papæ,volentis,ut cõ-
fidentię exulent ab hac curia,& ſi cõfidentiarij pri
uantur beneficijs,eo magis penſionibus, cum pẽſio
ſit minus beneficio,vt per Gig.in ſuo tract. de pen
ſion.Amplia,hanc concluſionem procedere etiam
in penſione temporali,tum ex generalitate, tũ arg.
auth.multo magis,C.de ſacro ſanct.Eccl.
Dubitatur, An huiuſmodi committentes confi-
dẽtiam priuentur reſeruationibus fructuũ? Reſpon
60 deo affirmatiue,quia†hoc eſt expreſſum in d.Con-
ſtitut.Pij V.in §.Sed ne quiſquam,ibi,*nec non fru-*
*ctibus,penſionibus,& alijs rebus Eccleſiaſticis*.ſub
his enim uerbis,*Et alijs rebus Eccleſiaſticis* exiſti-
61 mo comprehendi†reſeruationes fructuum,quæ re-
ſeruantur loco penſionis,Sarnen.de annal. quęſtio.
60.Mandoſ.in eadem regul.quæſtio.30. Rebuff.in
praxi benefic.titu.de reſeruat.tam general.&c. nu-
mero 13,& late dixi in tracta. de reſignat. benefic.
libro 6.quæſt.prima.
Sexto Dubitatur, An Confidentiarij priuentur,
62 etiam officijs Romanæ Curiæ, & † temporali-
bus? Affirmatiue eſt reſpondendum, quia hoc ex-
primit Pius V.in dict.Conſtit.in cita.§. Sed ne quiſ
quam,ibi,*ac etiam Romanæ Curię, & aliis officiis*
*temporalibus* &c.& hoc ex rõne ſuperius dicta,ut
extirpetur oĩno hoc crimen.Propter igĩ cõfidẽtiã
hñtes officia tẽporalia illis priuanĩ,ac officijs Curię
ut ſunt officia,quæ dantur Cardinalibus, Viceecan-
cellariatus,Pœnitentiaria,& Camerariatus, ac Vica
riatus,& alia,ut ſunt Auditoratus Rotæ, Clericatus
Cameræ,& ſimilia,ut Scriptores,Abreuiatores,Pro
tonotarij,



tonotarij,Cubicularij,Milites,& alij, ut longa ſerie
refert Pij II.in Apologia ad Martinum M.impreſ-
ſa poſt commentarios folio mihi 737.Sarn.in pro-
63 œm.regu.q.1.Namque huiuſmodi officia†ſunt be-
neficia quodammodo,vt Paul.Roman.de penſion.
* c.7.nu.11.licet*conſuetudine curiæ ſoleant uendi†
64 etiam laicis,Martin.Lauden.de official.q.7.
65 Septimo Dubitatur,An†priuentur etiam fructi
bus? Reſpondeo affirmatiue:quia id expreſſe expri
mitur in Conſt.Pij V.in d.§.Sed ne quiſquam, ibi,
*nec non & fructibus &c.*
66 Octauo Dubitatur,†ad quem ſpectet collatio ho
rum beneficiorum vacantium per confidentiã? Re-
ſpondeo,ſpectare ad Sedem Apoſtolicam. namq;
ſunt reſeruata,ut cenſuit Pius IIII. in dicta Conſti.
in §.*Ac quaſcunque ipſo iure vacare,ac noſtræ*,&
*Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſeruata &c.* & in
dicta Conſt.Pij V.in princ.ibi,*liberam illorum di-*
*ſpoſitionem ſibi, & Apoſtolicæ Sedi reſeruando*
*&c.*& hoc ſcripſi in tract.de reſig.benef.li.2.q.16.
nu.28.vbi etiam retuli omnia benefi.reſeruata,&c.
Et non ſolum confidentiarij, priuantur obtẽtis,
ſed efficiuntur inhabiles,vt non poſſint alia habe-
re,vt dicitur in d.Conſtit.Pij V.& dixi ſupra.
67 Ita Simoniacus†in vno beneficio redditur inha-
bilis,ad aliud quodcumque,Mil. in reper. in uerbo
Simoniacus in beneficio,Anton.de Butr.in c.penu.
* colum.2.uerſ.ad ſecundum,de electio.& firmauit*
Rota poſt multas informationes in una Toletan.
Theſaurariæ coram Peregrin. & in alia S.Andreæ
coram Puteo,teſte Achill.de Graſſ.deciſ. 341.alias
2.de Sim.in impreſſis,vbi hoc comprobat.

*S V M M A R I V M.*

1 *Confidentiarij ſunt excommunicati.*
2 *Excommunicati non poſſunt abſolui niſi a Papa.*
3 *Confidentiarij ſunt excommunicati ipſo iure.*
4 *Confeſſarius non abſoluit a reſeruatis.*
5 *Abſolutio in confidentia datur in Dataria, & Pæ-*
*nitentiaria.*
6 *Excommunicati celebrantes ſunt irregulares.*
7 *In mortis articulo nulla eſt reſeruatio.*
8 *Confidentiarij abſoluuntur virtute Iubilei pleniſ-*
*ſimi.*
9 *Celebrans ignoranter in cenſura non efficitur irre-*
*gularis.*
10 *Errans circa ius dubium excuſatur.*
11 *Irregularitas non contrahitur ſine dolo.*
12 *Simoniaci occulti licite celebrant poſt pœnitentiam.*

## Q V AE S T I O LIX.

DE excommunicatione,quam incurrunt confiden-
tiarij,& à quo debeant abſolui.

QVinquageſimo nono, Quęro, an committẽtes
confidentiã,ultra pœnas priuationis benefi-
ciorum,dignitatum,& officiorum, incidant in ali-
1 quam†cenſuram? Affirmatiue eſt reſpondendum
* quia ita tenent*omnes,vt per Nauar.in man.ca.23.
ſub.num.111.uerſ.11.& expreſſe probatur d.Con-
ſtitutione Pij V.in §.Sed ne quiſquam,ibi,*& in iu-*
*ris ſubſidium excommunicationis ſententiæ innoda*
*mus,à qua nullus niſi in mortis articulo conſtitutus*
2 *ab alio quam a Romano†Pontifice abſolutionis be*
*neficium valeat obtinere &c.*Et in d.Conſtitu.Pij
IIII.§.& inſuper, vbi mandat, ne quis audeat hoc
crimen perpetrare,ſubdit,*Cardinalibus videlicet,*
*& alijs Prælatis in virtute ſanctæ obedientię, &*
*ſub interdicto ingreſſus Eccleſiæ, reliquis vero ſub*
*maioris excommunicationis latę ſentẽtiæ pęna per*
*contrafacientes eo ipſo incurrenda,a qua niſi à no-*
*bis,aut Romano Pontifice pro tempore exiſtẽte præ*
*ter quam in mortis articulo conſtituti abſolui ne-*
*queant,diſtrictius inhibemus, &c.* Ex quibus uer-
3 bis conſtat,hanc cenſuram†inferri ipſo Iure; vt in
terminis Nauar.in dicto man.c.23. ſub nume. 100.
uerſ.ſecundo,quod.
A qua excommunicatione Confidentiarij non
4 poſſunt abſolui à Confeſſarijs, ut expreſſe † dicitur
in dictis Conſtitutionib.& facit, quod ſcribitur in
c.paſtoralis,c.præterea,de offic.deleg.
5 Quare debent illam†petere, uel a Dataria in fo-
ro interiori,& exteriori,vel a Pœnitentiaria in foro
interiori dumtaxat;Nauarr.conſ.21.nu.7. & 23.de
Sim.& conſ.69.nu.4.eo.tit.Et,ſi ante dictam abſo
6 lutionem celebrent,efficiuntur†irregulares, Nauar.
d.conſ.21.nu.6.de Sim.& probatur, in c.2.& c.ſi ce
lebr.de Cler.excom.miniſtr.Nauar.in man. ca. 27.
num.18.20.cum ſequen.
Limita primo, in mortis articulo, ut dicitur in
7 Bulla,ratio,quia in mortis articulo†nulla eſt reſerua
tio,ut in Conc.Trident.c.7.ſeſſ.14.
8 Limita ſecundo,niſi uirtute†alicuius Iubilei ple-
niſſimi,uel uirtute Bullæ Cruciatæ,quę ſi ad id ſe ex
tenderet,fuiſſet abſolutus, Nauar.conſ. 18. de Sim.
ubi etiam ſcribit,quod celebrando poſt dictam ab-
ſolutionem non efficitur irregularis,faciunt, q̃ ſcri-
bit idem Nauar.in man.c.29.& 26.num. 13.
Limita tertio, niſi miſſaſſet ante abſolutionem
ignoranter,nam attenta ignorãtia, & bona fide nõ
9 †efficeretur irregularis,ut dicit Nauar.d.conſ.18.n.
5.cũ Simonia huiuſmodi ſit iuris humani,& errans
circa ius dubium,obſcurum,difficile,inintelligibile
10 †excuſatur;Innoc.in c.per tuas,el 2. de Simon.cum
alijs,vt per Fel.in c.1.num.15.de re iud.
11 Irregularitas enim non †contrahitur ſine dolo,
Abb.in c.paſtoralis,& c.uerum,de appell. Gemi.in
c.ſolet,de ſent.excom.lib.6.& ideo dicit Nauar.d.
conſ.in fin.quod poteſt retinere in foro conſciẽtiæ
beneficia, quę habet,&c.
Ideo dicit Archid.in c.quibuſdam, 1.qu.1. quod
12 Simoniaci in beneficio occulti, & crimino ſi†licite,
celebrant poſt pœnitentiam,quia neque ſunt ſuſpẽ
ſi de iure,neque impediuntur exequi officium ſuũ
poſt pœnitentiam,ſequitur Turrecrem. ibid. nu.3.
* & eſt communis*opinio doctorum.

*S V M M A R I V M.*

1 *Confidentiarij tenẽtur reſtituere fructus perceptos.*
2 *Simoniacus debet percipere fructus perceptos.*
3 *Iniuſte acceptum eſt reſtituendum.*
4 *Non remittitur peccatum,ſi non reſtituatur ablatũ.*
5 *Vſurarius tenetur reſtituere.*
6 *Reſtitutio eſt actus iuſtitiæ.*
7 *Debet omnino fieri.*
8 *Debet reſtitui res principalis,& etiam fructus.*
9 *Reſtitutio quid ſit.*
10 *Fur tenetur reſtituere.*
11 *Confidentiarij appellantur fures.*
12 *Confidentiarij debent fructus reſtituere, etiam ſi eos*

*expenderint.*
13 *Occupans rem iniuſtæ tenetur ad æſtimationem etiam poſt interitum.*
14 *Habens malam fidem ſemper eſt in mora.*
15 *Moroſo imputatur rei interitus.*
16 *Etiam fructus per induſtriam ſunt reſtituendi.*
17 *Confidentiarij tenentur ad fructus, qui potuiſſent a diligenti percipi.*
18 *Vbi eadem ratio, ibi idem ius.*
19 *Confidentiarij tenentur reſtituere fructus a prima die receptionis beneficij.*
20 *Fur a quo tempore teneatur reſtituere.*
21 *Reſtitutio fructuum obligat in vtroque foro.*
22 *Integre factum, quod dicatur.*
23 *Integre quid.*
24 *Hæredes obligantur ad reſtitutionem fructnum malæ perceptorum.*
25 *Hæredes tenentur defuncti conſciẽtiam exonerare.*
26 *Succeſſor iuuatur eiſdem legibus, quibus auctor.*
27 *Hæres eadem cenſetur perſona cum Defuncto.*
28 *Hæres tenetur ad intereſſe ex delicto Defuncti.*
29 *Confidentiarij hæredes poſſunt compelli ad reſtitutionem faciendam.*
30 *Sunt tamen citandi.*
31 *Confeſſarij non debent abſoluere confidentiarios niſi facta reſtitutione.*
32 *Confeſſarij peccant, ſi abſoluant ante reſtitutionem*
33 *Non debet aliquis abſolui, niſi fuerit attritus, vel contritus.*
34 *Inopia excuſat a reſtitutione.*
35 *Fructus confidentiarij ſpectant ad Cam. Apoſt.*
36 *Compoſito quid eſt.*
37 *In Dataria debent fructus percepti vere exprimi.*
38 *Expreſſio fructuum perceptorum eſt facienda etiam ſi fuerint modici.*
39 *Surreptio etiam in minimo vitiat.*
40 *Dataria ſolet magnam partem fructuum malẹ perceptorum remittere.*
41 *In nouis prouiſionibus quid fiat.*
42 *Nuncij aliquando reſciunt titulos beneficiales.*
43 *Annata dantur in Vrbe.*
44 *Satisfacit, qui tenetur fructus reſtituere, & impetrat donationem.*
45 *Fructus beneficij, quæſiti per Simoniam ad quem ſpectant.*
46 *Adminiſtratio omnium bonorum Eccleſiaſticorum alteri non conceſſa ſpectat ad Papam.*
47 *Idque ex priuilegio Diuino.*
48 *Papa eſt adminiſtrator omnium.*
49 *Omnia Spolia ſunt reſeruata Papæ.*
50 *Confidentiarij, quando abſoluantur in pẹnitẽtiaria.*
51 *Omnia gratis.*

## QVAESTIO LX.

Fructus, quos tenentur reſtituere Confidentiarij, quibus, & quando, & quomodo reſtituuntur.

SExageſimo Quæro, an confidentiarij teneantur
reſtituere fructus perceptos ex illis beneficijs,
*1 quos habuerũt in cõfidentia? Cõis opinio* eſt† af-
firmatiua, quẹ colligitur ex Inn. in c. Niſi cũ pridẽ,
de pact. Caſſad. deciſ. 1. de Simo. Ange. Silueſtrin.
in uerbo. Simonia, cum alijs allegatis per Redoan.
* de Sim. pa. 4. c. 11. nu. 30. cum ſeq. & c. 14. n. 20. dũ*
2 communiter uolunt, Simoniacũ debere† fructus re-
tuere, & expreſſe probatur in d. Conſtitut. Pij IIII.
*§. & eoſdem Cardinales, ſeu quoſuis alios, a prima die receptionis huiuſmodi citra fructus, redditus, & prouentus earundem Eccleſiarum, monaſteriorum, dignitatum, & aliorum beneficiorum, ac penſiones prædictas indebite percipere, ſuoſque fructus facere non potuiſſe, neque debuiſſe, ſed illos omnes, & ſingulos ad Cameram eandem deuolutos fuiſſe, & eſſe, illique deberi ac ipſos Cardinales, & alios, ad quorũ manus, quomodolibet peruenerunt, & eorum hæredes, ad integram illorum reſtitutionem in vtroque foro teneri, & ad id opportunis iuris remedijs compelli debere, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, decernimus, declaramus, &c.* Et in d. Conſtitutione Pij V. in principio in §. nec ualerent, ibi, *illaque recipientes, fructus, penſiones, &c.* & in §. ſed ne quiſquam, ibi, *nec non fructibus, &c.* & tradit Nauarr. conſ. 13. & 21. & 23. & 46. 47. 69. & 73. de Simon.

Et ratio colligitur ex eo, tum quia omnia pecca-
3 ta iniuſtitiæ obligant ad reſtituendum† iniuſte acce
ptum in foro conſcientiæ, c. peccatum, de reg. iur. li.
6. c. ſi res aliena, 14. q. 6. Nauarr. in man. ca. 17. & de
reddit. eccl. q. 2. nu. 7. & 12. tum etiam quia tenetur,
4 quis reſtituere † ablatum ratione acceptionis iniu-
ſtæ, ſiue ea ſit iniuſta in iniuriam proximi, ſiue quia
lege prohibita, D. Thom. & Caiet. 2. 2. q. 62. art. 1.
2. & 6. not. in l. non dubium, C. de legib. l. quemad-
modum, C. de agric. & cenſ. lib. 11. & ca. qui contra
5 iura, de reg. iur. lib. 6. & ideo Vſurarius † tenetur ad
reſtitutionem, D. Thom. d. q. 62. art. 6. Couarr. li. 3.
uar. reſol. c. 1. & communiter alij. Reſtitutio enim
6 eſt† actus iuſtitiæ commutatiuæ, D. Thom. d. q. 62.
art. 1. Dom. Sot. lib. 4. de Iuſt. & iur. q. 7. art. 2. Coua.
in c. peccatum in initio relectionis ſecundẹ partis,
7 num. 1. & ideo debet omnino† fieri, Archiep. Flor.
2. par. tit. 2. c. 8. in principio. Silueſt. in uerbo reſtitu
tio, 5. §. 1. non ſolum, de re principali, ſed etiam, de
fructibus, Caiet. d. 2. 2. q. 62. art. 6. Silueſtrin. uerbo
reſtitutio, q. 7. Io. Mai. in 4. ſen. diſt. 15, q. 26. ad finẽ,
Couarr. lib. 1. uar. reſol. c. 3. nu. 6. & in 3. par. relectio
9 nis, num. 1. cum ſeq. &† diffinitur a Nauarr. in man.
c. 17. nume. 6. quod ſit actus iuſtitiæ ſpecialis com-
mutatiuæ, quomodo redditur alteri, quod ſuum eſt,
vel quod ei debetur ex lege veræ iuſtitiæ formali-
ter, vel uirtualiter de bonis animi, corporis, hono-
ris, vel pecuniæ.
10 Comprobatur hẹc ſententia, quia, ſicut fur† tene
tur reſtituere, c. ſi res, 14. q. 6. ſæpe de reſt. ſpol. l. ſed
& ſi primo, & l. item ueniunt, §. 1. ff. de petit. hæred.
l. mater, & l. mancipium, C. de rei uend. l. in credito-
re, & l. cum ea, ff. de euic. reg. peccatum, de reg. iu. li.
6. late Nauarr. in man. c. 17. nu. 6. 7. & 8. cum ſequẽ.
Caiet. late 2. 2. q. 62. Couarr. lib. 3. uar. reſol. c. 14. &
* in 2. par. relect. §. 1. reg. peccatum, num. 1. & eſt* cõ
munis omnium doctor. ſententia. Ita & Simonia-
11 cus ac† confidentiarius, qui appellantur fures, Tur.
Crem. in c. ordinationes, num. 18. & in c. ſtatuimus,
num. 1. q. 1. Redoan. de Simon. p. 4. c. 14. nu. 21. Du-
rand. de mod. Congr. Conc. rub. 20. nume. 5. & quia
Pius IIII. in d. Conſtitutione, §. & eoſdem, ſtatuit,
Confidentiarios fructus ſuos non facere, ergo ut res
aliena reſtituendi.
Amplia primo, ut confidentiarij teneanĩ fructus
12 †reſtituere, etiam ſi expẽderint illos, ut colligitur ex
his, quæ dicit, Glo. in l. 1. §. rectiſſime, ff. de vi, & vi
arm. Bar. poſt Gl. in l. quod te mihi, nu. 10. ff. ſi cer.
pet. Io. a Medin. de reſt. q. 6. communis opinio teſte
Couarr.



Couarr. in reg. peccatum, §. 6. num. 1. uerſ. nam rece
* ptum* eſt, occupante rem per crimen teneri ad eius
13 ẹſtimationem poſt eius† interitum, etiam abſq; cul
pa ipſius, Gl. in reg. peccatum, Anch. & alij, Sylueſt.
in uerbo furtum, §. 16. D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 6. nã
14 habens † malam fidem ſemper eſt in mora, le. in re
furtiua, ff. de condic. furt. l. ult. C. eo. tit. & moroſo,
15 ſemper imputatur rei † interitus, etiam abſque eius
culpa contingens, l. nemo, §. vlt. & l. ſi ſeruum, ff. de
uerb. obli. l. 1. §. rectiſſime, & l. merito, ff. de ui, & ui
arm. l. ult. C. de condit. furt. l. cum res, §. ult. ff. de leg.
1. l. 1. C. quod met. cauſa. Bal. in rub. de re iud. in prĩ-
cipio. Et hanc concluſionem uidentur probare uer
ba poſita in hac Conſtitutione Pij IIII. d. §. & eoſ-
dem, ibi, *ſuoſque facere non potuiſſe, nec debuiſſe.*
Amplia ſecundo, vt Confidentiarij teneantur re
16 ſtituere fructus etiam perceptos propter† eorũ indu
ſtriam, deducta huius ſollicitudinis iuſta mercede,
ex his, quæ ſcribit Bart. in le. ratio, §. 1. ff. de act. em
ptio. & faciunt notata in l. ſi me, & Titium, ff. ſi cer.
pet. & in l. uideamus, §. ſi actionem, ff. de vſur. nec vi
detur diſcrepare Couarr. in §. 6. reg. peccatum, nu.
** 4. uerſ. & profecto, Impenſæ enim neceſſariæ ſecun
dum** communiorem poſſunt deduci a malæ fidei
poſſeſſore, Salic. in l. domum, pen. col. C. de rei uen-
dic. Bar. in l. in fundo, ff. de rei uend.
Amplia tertio, ut confidentiarij teneantur in fo
17 ro conſcientiæ reſtituere etiam fructus, qui† potuiſ-
ſent a diligenti percipi. nam ad illos tenetur fur, &
iniuſtus rei alienæ poſſeſſor, l. ſi nauis, ff. de rei uen-
di. Abb. in c. grauis, de reſt. ſpol. Alex. & Iaſon. in l.
* apud Iulianum, §. 1. ff. de le. 1.* cõmunis teſte Dec.
in l. generaliter, ff. de reg. iur. Couarr. in §. 6. reg. pec
catum, in fi. uer. ſic & eadem ratione.
Amplia quarto, vt non ſolum fructus, quos per-
cipit Beneficiarius de beneficio accepto in confidẽ
tiam debeant reſtitui, ſed etiam, quod percipit pen
ſionarius de pẽſione ita reſeruata, aut reſeruatarius
omnium fructuum, vt probatur in eadem Conſti-
tutione Pij IIII. d. §. & eoſdẽ, ibi, *fructus, redditus,*
*prouentus ac penſiones prædictas indebitæ percipe*
*re, ſuoſque facere non potuiſſe, nec debuiſſe, &c.*
18 Idque, quia eadem militat ratio, ideo† idem ius ſta-
tuendum, l. illud, ff. ad l. Aquil. l. a Titio, ff. de uerbo.
oblig. cum penſio ſit portio, quædam fructuum, Gi
ga. de penſ. q. 1.
Amplia quinto, hanc concluſionem procedere, ſi
ue huiuſmodi fructus percipiantur per priuatã per
ſonam, ſiue per conſtitutam in dignitate. nam Pius
IIII. in allegato §. & eoſdem, loquitur de Cardinali
bus, & ſtatuit, illos eſſe, vt alios, obligatos ad reſti-
tuendum huiuſmodi fructus perceptos, & non po-
tuiſſe ſuos facere, quod deducitur ex eadem ratione,
quẹ uiget in omnibus, D. Thom. 2. 2. quæſt. 62. art.
1. 2. cum ſequen.
Amplia ſexto, ut Confidentiarij teneantur ad re
19 ſtitutionem fructuum perceptorum a† prima die re
ceptionis beneficij in confidentiam, ut probatur in
eadem Conſtitutione Pij IIII. §. & eoſdem, ibi, *a*
*prima die receptionis huiuſmodi, &c.* & ratio eſt,
quia, ſi a prima die perceptionis non potuit illos
ſuos facere, ergo ab eo tempore tenetur reſtituere,
20 ſicuti arctatur fur, † & alienæ rei occupator, ut tradi
tur in d. reg. peccatum, de reg. iur. li. 6. & faciũt, quæ
ſcribit D. Th. d. 2. 2. q. 62. art. vlt.
21 Amplia ſeptimo, ut reſtitutio† hm̃oi fructuũ faciẽ
da per cõfidẽtiariũ obliget in utroq; foro, ſ. in foro
fori, & foro poli, ut exprimitur in eod. §. & eoſdẽ. d.
Cõſt. Pij V. ibi, *in utroque foro teneri*, quod fuit cõ-
ſulto expreſſum ad tollendas diſtinctiones, quas in
quibuſdam caſibus particularibus afferunt dd. dict.
reg. peccatum, & ibi Coua. poſt Petr. de Anch. & ali
qua circa hanc materiam ponam infra.
Amplia octauo, ut omnes fructus percepti p̃ cõfi
dentiarios debeant reſtitui integre, ut probatur in
eodem §. eoſdem d. Conſt. Pij V. ibi *ad integram il*
*lorum reſtitutionem, & c.* integre enim dicitur fieri,
22 quod fit uſque ad† unum quadrantem, Bal. in c. con-
querente, de reſt. ſpol. Ant. Corſet. de Treb. §. 2. nu.
4. & eſt tex. in c. cum liberum, in uerſ. cum integrita
te reſtituant, de ſepult. & c. tua nobis, uerſ. cum inte-
gritate perſoluitur, de decim. & c. commiſſam uerſi.
ex integro non perſoluunt, & c. in aliquibus de deci.
l. ult. C. ad l. Falc. & Bal. in c. accedens in 2. col. ut lit.
cont. exponit uerbum poſitum ibi, integre, ideſt ple
narie, Gl. in l. nihil aliud, ff. de uerb. ſign. Card. in c.
paſtoralis, de decim. Et integrum eſſe aliquid digno
23 ſcitur, † quod nulla ſui parte ſit mancum, diminutum
aut debilitatum, l. prima, §. cum dicitur, & §. ſequen.
ff. ſi cui pluſquam per leg. Falc. l. ultima. C. ad l. Fal
cid. d. l. 2. C. de bon. uacan. libr. 6. l. 9. §. ulti. ff. de fi-
deicom. libert.
Amplia nono, ut hẹredes illorũ, q̃ cõmiſerũt cõfi-
24 dẽtiã, teneãtur reſtituere fructus† p̃ceptos p̃ dictos
Confidentiarios, ut fuit diſpoſitum per eundem
Pium IIII. in d. Conſt. §. & eoſdẽ, ibi, *& eorum hæ-*
25 *redes.* Hæres enim tenetur† defuncti conſcientiam
exonerare, & pro eo ſatisfacere, c. ult. de ſepult. c. lite
ris de raptor. Abb. in c. cum ſit generale, num. 22. de
for. compet. Rom. conſ. 146. concluſionum, nume.
4. Dec. conſ. 282. numer. 6. & conſ. 303. nu. etiam 6.
Rui. conſ. 26. num. 2. lib. 2. Curt. Iun. conſ. 181. pro-
pe fin. Soc. conſ. 203. nume. 2. libr. 2. & communiter
26 dd. nam hæres & ſucceſſor† aſtringitur, & iuuatur
eiſdem legibus, quibus eius auctor, l. hæredem, l. in
omnibus officiis §. non debet. ff. de regu. iur. Aretin.
27 nume. 3. lib. 3. cum† cenſeatur eadem perſona cum
conſil. 36. num. 3. & conſi. 112. col. 2. Soc. conſi. 82.
defuncto, Auth. de iu. iur. a morient. præſt. circa prin
cip. Bar. in l. 2. §. primo, colum. 2. de prætor. ſtipul.
28 Hinc eſt quod hæres tenetur† ad intereſſe pro deli-
cto defuncti, etiam de Iure Pontificio, Bald. in l. pri-
ma, col. ult. C. ne ex delict. defunct. & in l. furti actio
ne, C. de furt. Paul. de Caſtr. in l. poſtulanti in princ.
ff. ad Trebel. Iaſo. in l. ſicuti legetur, §. ulti. in 3. not.
ff. de leg. 1. conſ. 212. col. 2. lib. 2.
Amplia decimo, ut ad huiuſmodi reſtitutionem
29 †faciendam Confidentiarij compelli poſſint, ut dici
tur in eodem §. & eoſdem, ibi, *opportunis iuris reme*
*diis compelli debere auctoritate Apoſtolica, &c.*
30 Declara, ut, quando hæredes † compelluntur au-
ctoritate Apoſtolica ad dictam reſtitutionem, de-
beant citari argumẽto eorum, quæ habentur in tex.
in c. a nobis, 2. in fi. de ſent. excom. Bal. in l. per diuer
ſas in 10. quæſt. C. mand. Fel. in c. quia G. nu. 4. Dec.
col. 7. de Iud. Rui. conſ. 152. col. 2. & 5. libr. 4. Boer.
deciſ. 295. nu. 15. cum aliis cumulatis per Mar. tract.
de monitorijs, q. 24. nu. 5. cum ſequent.
Amplia undecimo, Confidentiarios non deberi
a confeſſariis abſolui niſi huiuſmodi reſtitutionem
31 †fructuum fecerint, ut colligitur ex Nauar. conſ. 21.
de Sim. num. 6. & 7. & hoc poteſt deduci ex eo, quia
Conſtitutio Pij IIII. dum mandat huiuſmodi reſti-
tutionem, arctat etiam in foro conſcientiẹ, & ſic in-
teriori,

teriori,& diximus in 7.ampl.& tradunt* communi-
ter dd.in d.reg.peccatum,de reg.iur.lib.6.& omnes
Summiſtæ in uerbo Reſtitutio.

Alioquin Confeſſarij,qui per ignorantiam craſ-
ſam, aut affectatam abſoluunt ante reſtitutionem,
uel antequam præcipiat eam confitenti ad id para-
32 to,peccarent,†quia fuerunt in cauſa,nę alienum re-
ſtituatur,Roſe.in uerbo reſtitutio,2.§.5.Ang.in eo.
uerb.ult.§.5.Maio.in 4.diſt.20.q.3.col.4.Nauarr.in
man.c.17.num.22.Debent igitur caute Confeſſarii
pręcipere confidentiarijs reſtitutionem,& ut eligãt
uiam conſcientię,& forum interius per Pœnitentia
riam,Nauarr.conſ.23.in fi.de Sim.uel uiam Data-
riæ,idem Nauar.conſ.69.num.4.eo.tit.& infra dice
mus,& idem Nauar.conſ.21.num.7.de Simo. dicit,
Confeſſarios,non debere abſoluere confidentiarios
niſi fuerint contriti,aut certe adeo attriti, quod pę-
33 niteant peccati,& proponant ab illo ceſſare, † illud
que amplius non committere,c.peccatum, de regu.
iur.lib.6.c.firmatiſſime,15.q.1.c.omnis de conſecr.
diſt.4.& prius habuerint abſolutionem ab excom-
municatione reſeruata & n.6. dicit confidentiarios
debere pęnitere tam grauis peccati.

Declara hæc,ut ad reſtitutionem hi non tenean
34 tur propter inopiam,neceſſitatemque † extremam,
Gl.& dd.in c.quanquam,& in ca.cum tu,de uſur.in
6.Gl.Din.Anch.col.9.Couar.in prin.nu.2.& com-
muniter alii in regu.peccatum,de regu.iur.lib.6.D.
Thom.2.2.q.62.art.ult.Nauar.in Man.c.17. nu.60.
Summiſt.in uerbo reſtitutio.Dom.Sot.li.4. de iuſt.
& iur.q.7.art.4.& alia ſimilia cumulat Nauar. d.ca.
17.num.75.cum ſeq.

Sed poterat dubitari,quibus eſſent reſtituẽdi fru
ctus percepti per confidentiarios,ideo Pius IIII.in
35 ead.Conſt.in d.§.& eoſdem declarat & ſtatuit,†ad
Cameram Apoſtolicam ſpectare,ut patet ibi, *ſed
illos omnes & ſingulos ad Cameram eandem deuo-
lutos fuiſſe,& eſſe,illique deberi &c.*& ita hodie*
practicatur,& tradit Nauarr.conſ.23.in fin.& conſ.
69.nu.4.& 73.nu.2.tit.de Simon.& conſ.62. de præ
ben.nam fit ſupplicatio,in qua narratur confidẽtia
commiſſa,& petitur abſolutio, & diſpenſatio, Na-
uar.d.conſ.69.num.4.de Sim.quæ porrigitur Data
riæ,& ab officiali præpoſito ad hoc mandatur ex-
primi,ſi non eſt expreſſum,quos fructus ex illo, uel
illis beneficiis perceperit,quo facto taxatur ſupplica
tio & ſoluitur compoſitio pro dictis fructibus male
& indebite perceptis,& poſtea ſupplicatio relaxa-
tur,ut tranſeat,iux.ſolitum per quaſdam alias ma-
nus officialium,& reuiſorum,a quibus admittatur
ad Regiſtrum,& uulgari uocabulo appellatur Offi
36 cium Componẽtis,nam compoſitio† nihil aliud eſt
quam gratuita conuentio.Rebuff.de decim.qu.13.
num.14.& debent,ac tenentur coram Deo ſuppli-
37 cantes cõfidentiarii† exprimere in Dataria uere fru-
ctus perceptos,Nauar.conſ.73.num.3.uerſ.3. de Si-
mon.alioquin,ſi minus expreſſerunt, non ſunt tuti
in foro conſcientiæ, ut explicat idem Nauarr.loco
proxime citato,& ratio eſt expreſſa,quia,quoad par
tem fructuum non expreſſorum dicuntur detento-
res rei alienæ,cum illos non fecerint ſuos, ut ſupra
deductum eſt,& ita uidetur tenere Mandoſ.in tra-
ct.ſignat.grat.tit.abſolutio a mala fructus percept.
col.2.uerſ.amplia,ubi dicit, expreſſionem fructuũ
male perceptorum eſſe faciẽdam,etiam ſi huiuſmo
38 di fructus fuiſſent† modici,& fuit reſolutum in* Ro
ta 26.Aprilis 1541.coram Marſican.in una Bellic.
prioratus teſte Peregr.decis.42.libr.1.Put.deciſ.12.
39 de præb.in mã.nam in beneficialibus† ſubreptio ẽt
in minimo uitiat,c.ſi motu proprio,de præb.in 6.&
de oblationibus perceptis debet fieri mentio,Fel.in
c.ad aures in 13,de reſcr.Put.deciſ.180.lib.1.Man-
doſ.loc.cit.colu.4.& Dataria non ſolet omnes fru-
ctus male perceptos exigere,ſed contentatur de ali
qua parte,ut de ſtylo*videmus, & condonat reli-
quos,Nauar.conſ.67.de pręben.& idem Nauarr.de
ſpol.ſuper d.c.nõ liceat Papæ,§.12.nu.4.dicit,quod
in compoſitione facta cum Camera Apoſtolica ma
40 gna† pars ſolet remitti,& Mandoſ.in Sig.grat.tit.ab
ſolutio a malorum fructuum perceptione col.1. di-
cit duntaxat medietatem,uel tertiã partem fructuũ
male perceptorum,& expreſſorum,iuxta ea,quę ſcri
bit Ang.in uerbo Reſtitutio,2.§.4.Nauar.in man.
c.17.num.31.& conſ.47.num.3.in fi.& poſtea dat
abſolutionem ab excommunicatione,refectionem
tituli,& nouam prouiſionem,Nauar.conſ.23.in fin.
de Simon.Idem Nauar.conſ.3.nu.2.de pręb.Idem-
que ſeruatur in aliis refectionibus titulorum, & no-
uis prouiſionibus,quæ petuntur ob diuerſas cauſas,
41 †uel ꝑ aliquã ſubreptionẽ,aut obreptionẽ, uel ꝑ
aliquod delictum,aut irregularitatem,aut contem-
ptum legis in caſu expreſſo,ut in ca.licet Canon de
elect.lib.6.ac in c.de multa,de præb.in extraua. exe
crabilis Io.22.eo.tit.de pręb.in c.2.de hæreſi.libr.6.
& ſimilibus,uel quia non habent Canonicum titulũ
ab initio,nam tunc reualidatur gratia a Papa, & con
ceditur abſolutio,uel noua prouiſio ſuper noua re-
fectione tit.inualidi,cũ noua collatione quę requiri
tur,Nauar.conſ.73.num.1.de Simon.ſoluta compo
ſitione fructuum male,& indebite perceptorũ, Na-
uar.conſ.62.& 67.de præben.idem Nauar. de ſpol.
ſuper c.non liceat Papæ §.12.num.2.& nu.4.& tota
die practicatur & fundatur ſuper ratione,quia perci
piens fructus indebite,efficitur inhabilis,ac rehabi
litatione indiget,ca.in literis,de reſt.ſpol. c. dudum
2.& ibi Hoſt.col.4.& Abb.& alii de elect. Specu.in
tit.de diſpenſ.§.uidendum,circa fi.Fel.in c. in no-
ſtra in 2.corrol.de reſcr.Caſſ.deciſ.7.num.primo,&
4.de præb.Franc.in c.eum qui col.2.eo.tit.in 6.Re-
buff.in prax.in 3.parte ſign.num.56.Selu.de benef.
p.3.qu.2.poſt num.4.& quandoque ſolet Papa da-
42 re† hanc facultatem alicui Nuntio Sedis apoſtolicę
aut alteri,ut reficiat titulos inualidos alicuius pro-
uinciæ,aut Regni,& componat ſuper fructibus in-
debite perceptis:ut annis elapſis, fuit ſeruatum in
Regno Neapolitano:quo caſu minor ſumma pecu-
niarum ſolet expendi,quia mitius agunt,& tum ẽt,
quia ipſi expediunt litteras refectionis titulorum,&
propterea Beneficiati non grauantur in expedien-
43 dis litteris,in urbe,†ubi expenduntur multæ pecu-
niæ ob annatas, Nauarr.conſ.23.in fin.de Simon.
Et fructus condonatos , ſeu ei remiſſos ultra ſum-
mam in compoſitione ſolutã in Dataria poterit be
neficiarius impendere,ac ſi illos a principio ſuos fe-
ciſſet ut tradit Nau.de ſpol.d.c.nõ liceat,§.12.n.14.
uerſiculo,ſubinfertur,idque firmarẽ, ſi ex gratia,ut
q̃nq; conceditur,pręſertim benemeritis Curialibus,
& Palatinis remittitur cõpoſitio,& cõdenãt oẽs fru
ctus male,& indebite ꝑcepti.Idq; fundatur ſuper ꝓ
poſitione* communiter recepta ſatisfacere in foro
interiori,& exteriori obligatum reſtituere fructus
44 beneficii male perceptos† impetrando donationem
ab eo,cui pecunia erat reſtituenda,& non teneri ad
aliam reſtitutionem,Ange.in uerbo Reſtitutio 2.§.
4.arg.



4.arg.c.non ſane 14.q.5.Nauar.in man.c.17.nu.31.
& conſ.47.num.3.in fi.de Sim.& conſ.3. numer.2.
de præb.Ideo remiſſio libera uſurarum facta per de
bitorem creditori,etiam non habenti animum reſti
tuendi eas,ſed retinendi,abſoluit eum ab obligatio
ne reſtituendi,Gl.Anch.& Franc.in reg. peccatum
de reg.iur.lib.6.Laurent.de Rodul.in ca. conſuluit,
num.9.de Vſur.Arch.Flor.in 2.par.tit.2.c. 6. col.3.
Feder.de Sen.conſ.22.Alex.conſi.91.colu.1. libr.2.
Cald.conſ.10.de uſur. Abb.in c.cum tu,eo.tit. de u-
ſur.Io.a Medin.de reſt.q.3.cauſ.2.Tiraq. li. 2.de re-
tract.q.28.num.51.Et communiter alij, ut de*com
muni teſtatur Coua.d.regu.peccatũ in initio,in init.
2.par.relect. nu.5.

Et bonum fuit declarare hos fructus male perce
ptos per confidentiarios ſpectare ad Cameram A-
poſtolicam,nã fuit dubium,& eſt admodum a Do-
45 ctoribus† controuerſum,cui ſpectent fructus benefi
cij quæſiti per ſimoniam?aliqui enim uoluerunt ſpe
ctare ad eccleſiam,cui illata fuit iniuria,Nauar.cõſi.
47.num.2.de Sim.& ſcribentes*fere omnes in c.de
hoc de Sim.per illum tex.quem Nauar. in allegato
conſ.47.declarat procedere ſpecialiter,de reſtitutio
ne pecuniæ acceptæ per ſimoniam commiſſam circa
beneficium.

Alij ſcripſerunt,ſpectare ad ſucceſſorem in bene
ficijs,in quibus fuit commiſſa ſimonia, Nauar.conſ.
46.nu.2.uerſ.tum quod,de Sim.

Alij vero firmarunt eſſe conuertendos in vſum
Eccleſiæ,late Nau.de ſpol.ſuper d.c.non liceat Pa-
pæ § 12.num.4.uerſ.ſecundum,uel pro fabrica,Na-
uar.conſ.62.de præb.Gem.in c.ſi propter num.8.
de reſcrip.lib.6.Old.conſ.112.Lamber.de iur.patr.
lib.3.q.2.art.8.num.1.

Quidam uoluerunt reſtituendos pauperibus, Na
uar.conſ.47.num.3.de Simon.& conſ.18. nume.4.
uerſ.eo.tit.ubi etiam dicit,ex illis poſſe iuuare ali-
quas cognatas,pauperes,uidelicet ſcholaſticos,& ꝓ
bat hoc ex quatuor fundamẽtis idem Nau.in man.
c.17.num.30,quem poteris uidere,de cuius ueritate
uide Couar.in reg.peccatum,in initio 2.par. relect.
ſub num.6.Alij reſtituendos danti,Caiet. in uerſ.Si
mon.in ſumma,iuxta c.ueniens,de ſimo.cui textui
reſpondet optime Coua.in §.2.d.reg. peccatum, de
reg.iur.lib.6.nu.8.& firmat contrariam ſententiam
ſcilicet, turpiter datum,& turpiter acceptum non
eſſe neceſſario reſtituendum turpiter danti, ſed fi-
ſco,uel pauperibus,Palu.in 4.ſent.diſt.15.q.3.art.5.
uerſ.tertia concluſio,Io.a Med.de reſt. q.2.c.2.ubi
teſtatur de*cõi.Nau. conſ.47.nu.3.de ſim. in man.
c.17.num.23.cum ſeq.cum aliis quæ adducit Coua.
loc.cit.num.6.uerſ.ex tertia concluſione,& Nauar.
conſ.3.nu.2.de pact.Et ideo neceſſarium fuit ad tol
lenda dubia hoc declarare,ſcilicet ſpectare ad Ca-
46 meram,idque fundatur,quia omniũ † bonorum Ec
cleſiaſticorum,& fructuum eorum adminiſtratio,
quæ non eſt conceſſa alicui particulari a Papa im-
mediate,uel mediate,pertinet ad ipſum ſolũ Papã,
ut firmat Nauar.de ſpol.ſuper c.non liceat Papę,§.
12.num.2.At nullo iure conceſſa uidetur diſpenſa-
tio fructuum prædictorum male perceptorum per
Confidentiarios,ulli alij,quam Papæ,quia nullus a-
lius habet titulum Canonicum,ergo pertinet ad ip
ſum,nam Conc.Lateran.ſub Leone X. declarauit,
adminiſtrationem bonorum omnium Eccleſiaſtico
rum,ſpectare ad Sanctam Sedem Apoſt. ſeſſ.9.§.&
47 cum fructuum,de ref.idque priuilegio diuino † eſſe
conceſſum Papæ firmauit Inn.in c.nouerint, de ſer.
excom.Card.in c.perpendimus,num.12.eo.tit.cum
alijs,quos citat,atteſtans*de communi Nauar. dict.
tract.de ſpol.§.10.colu.1.& ſecunda,Papa enim eſt
48 omnium bonorũ† Eccleſię ſummus adminiſtrator
Arch.in c.non decet,diſt.12. Abb. in c.conſtitutus
colu.3.de relig.domibus.D.Thom.2.2. quæſt.100.
art.1.ad tertium.Et ideo omnia ſpolia per ſpecialẽ
49 diſpoſitionem† ſunt Papę reſeruata,Cald. conſ.1.de
pecul.cler.Card.in c.niſi cum pridem, §.intueri de
renun.Guid.Pap.dec.100.Boer.deciſ.224. Sarn.in
tract.breuium,num.16.cum alijs,ut per Nauar. dic.
tract.de ſpol.§.9.col.prima,& 2.& §.13. ubi refert
Conſtitutiones Pauli III.Iulii III. Pauli IIII.Pij
IV & Pij V.

50 Poſſunt etiam† Confidentiarij eligere viam con
ſcientiæ,& forum interius,Nau.conſ.23.in fi. de Si-
mon.& petere abſolutionem a Sacra Pœnitentiaria
quæ dat ſolum abſolutionem in foro Poli,Nau.cõſ.
69.num.4.de Sim.& frequenter remittit huiuſmo-
di confidentiarios ad componendum cum Came-
ra Apoſtolica,Naua. de ſpol.ad c.non liceat Papæ
§.12.num.3.in fi.nam ſummi Pœnitentiarij pote-
ſtatem,facultatemque circa hoc, & alia reſtrinxit
Pius IV.Conſt.69.Pius V.conſt.84.in Bullario,ille
fol.744.iſte 1047.Sacra Pœnitentiaria in abſolutio
nibus petitis committit Confeſſarijs, ut abſoluant,
51 & nihil tunc ſoluitur† nam gratis omnia concedun
tur.Sarn.de non iud.iux.for.ſuppl.q. 14.nu.4.

## SVMMARIVM.

1 *An confidentiarij ſint irregulares, & nu.9.*
2 *Irregularitas in caſibus expreſſis a iure tantum.*
3 *Pœnæ non imponuntur ipſo iure.*
4 *Nemo in dubio eſt iudicandus irregularis.*
5 *Collatio facta ſimoniaco,an teneat.*
6 *Collatio facta irregulari eſt nulla.*
7 *Simoniacus in beneficio non eſt ſuſpenſus.*
8 *Irregularis non poteſt celebrare.*
10 *Confidentiarius priuatur in futurum.*
11 *Irregulari non poſſunt conferri beneficia.*
12 *Excommunicatus maiori excommunicatione eſt ir regularis.*
13 *Excommunicatus non poteſt promoueri.*
14 *Simoniacus eſt irregularis.*
15 *Simoniacus amittit executionem ordinis.*
16 *Simoniacus redditur inhabilis ad alia.*
17 *Expreſſum quod dicatur.*
18 *In dubio quis debet ſe iudicare Irregularis.*
19 *Collatio facta homicidæ eſt nulla.*
20 *In foro Conſcientiæ delictum præſumitur.*
21 *In foro Conſcientiæ tutior uia capienda.*
22 *Doctor contrarius debet repelli.*
23 *Simoniacus eſt irregularis.*
24 *Irregularitas quid eſt.*
25 *Irregularitas cur dicitur.*
26 *In Decreto non fit mentio de Iregularitate.*
27 *Irregularitates quot ſunt.*

## QVAESTIO LXI.

An confidentiarii,& ſimoniaci incidant in irregula
ritatem,& quid eſt irregularitas.

SExageſimo primo, Quæro, An cõmittentes con
fidentiam ſint irregulares?

Negati-

1 Negatiuam† opinionem uidetur firmare Naua.
conſ.35.in tit.de ſim. dum reſpondit Simoniacum
etiam ſcienter non eſſe irregularem.
Cuius ſcientia primo poteſt probari, quia Irregu
2 laritas non incurritur niſi caſibus in expreſſis† a iure
Spec.de diſpenſat.§.Iuxta,Maiol.de irregu.libr.pri
* mo,c.1.Nauar.conſ.35.nu.37.de hom.& eſt* com
munis opinio,ut dixi de reſign.benef. libr.4.quæſt.
3.num.38.ad exemplum aliarum pœnarum, quæ
3 nunquam ipſo iure dicuntur† impoſitæ niſi exprima
tur,gl.communiter*recepta in ca.ult.de Iur.patr.&
in clem.1.de uit.& honeſt.cler.Bal.in l.1.in fi.C.de
legib.Alex.conſi.103.col.pe.lib.1.cum alijs ut ſcri-
pſi de reſign.benef.lib.14.q.2.col.2.
4 Et propterea nemo† in dubio eſt iudicandus irre
gularis ſpecul.in d.§.Iuxta, uerſ.generaliter, facit
tex.in c.ſignificaſti 2.de homi.& quod notat Abb.
in c.ad audientiam de hom.Nauarr.conſ.1.de cler.
non ord.min.ſed nullibi exprimitur fieri quem irre
gularem,ob crimen ſimoniæ,uel confidentiæ com-
miſſum in beneficio.Ergo,&c.
5 Secundo,comprobatur,quia collatio facta† ſimo
niace tenet, ut poſt Inn.in ca.in noſtris de conceſſ.
præb.tenet Fel.in c.inſinuatum col.1.ante medium,
de ſim.& nullo iure cauetur,dicit Nauar.d.conſ.nu.
5.quod adeptus aliquod beneficium per ſimoniam
etiam a ſemetipſo,non poſſit adipiſci aliud, etiam
abſque diſpenſatione,Ergo ſimoniacus non eſt irre
6 gularis.nam,ſi eſſet† irregularis,collatio nõ teneret
c.cum in cunctis,§.ult.de elect.Fel.in ca.2.col. 2. de
reſcr.& in c.inquiſitionis,Rebuff.de pacif.poſſ. nu.
280.Couar.in c.alma mater,par.1.§. 7. ſub num.1.
Nauar.conſ.1.& conſ.17.num.2.de hom. & conſi.
* 44.eo.tit.communis*opinio,ut dixi de reſigna. be-
nef.lib.4.q.3.nu.33.& 34.
7 Tertio,accedat,quia ſimoniacus in beneficio† nõ
eſt ſuſpenſus,nam peracta penitentia eo relicto,po
teſt celebrare,Innoc.quem refert Nauar. in man.c.
8 23.num.111.quod non poſſet facere ſi eſſet † Irre-
gularis,Gl.& Docto.in clem.generalem de ætat.&
qualit.Gem.conſi.33.Anan.in rubr.de cler.excom.
min.Nau.in man.c.27.num.194.& dixi d.q.3.li.4.
de reſign.benef.nu.60.cum ſeq.
9 His tamen non obſtantibus,† contrariam opinio-
nem exiſtimo ueriſſimam,& tenendã in iudicando,
& conſulendo,quam uidetur firmare Maiol.de ir-
regular.libr.5.cap.45.ſub numer.5.& moueor pri-
mo ex uerbis poſitis in d.conſtitutione Pij V. in §.
ſed ne quiſquam,ibi & *ad futura inhabiles decerni-
mus,& in iuris ſubſidium excommunicationis ſen-
tentia innodamus,a quo nullus niſi in mortis articu-
lo conſtitutus ab alio quam a* Rom.*Pontif.abſolutio
nis beneficium ualeat obtinere*.Põdero primo, quia
priuat obtentis,& reddit inhabilem ad futura,ut nõ
10 poſſit† in futurum obtinere beneficia,Maiol.de ir-
reg.lib.5.c.45.ſub nu.5.Ex quo ſatis uidetur con-
ſtare de irregularitate,quæ inter præcipuos effectus
11 hunc inducit,ut irregulari† nõ poſſint beneficia cõ-
ferri,Abb.in c.cum noſtris de conceſſ.præb.Nauar.
conſ.17.de Sim.& alij ſupra allegati.
Secundo dum excommunicat confidentiarios
& reſeruat abſolutionem Papæ excommunicatus
12 enim maiori excommunicatione† eſt irregularis,ut
late probat Maiol.de irreg.lib.3.c.21.nu.1.7.& nu.
13 19.cum non poſſit promoueri† nec promotus exer-
cere,c.poſtulaſtis de cler.excom.miniſ.& ibi Gl.&
Doct.late Couar.in c.alma mater.p.1.c.6. prope fi-
* nem,Summiſtæ omnes*in uerbo excommunicatio,
c.ſi quis Epiſcopus 11.q. 3.Specul.d.tit.de diſpenſ.
§.iuxta.
** Secundo moueor,quia ex**receptiore ſententia
14 Simoniacus† etiam in beneficio eſt irregularis, vt la
te probat Lambertin.de iur.patr.p.1.lib.2.q. 9.art.
10.Maiol.de irregu.lib.5.c.45.ſub.nume.1.Achill.
de Graſſ.deciſ.341.uol.2.de Simon.in impreſſis, n.
15 4.cum amittat† executionem ordinis, & non poſſit
promoueri,c.ſi quis, de Simo.cap.ſtatuimus,1.q.1.
Specul.d.§.Iuxta D.Thom.in 4.diſtin.25. art.2.&
* Ideo*communis eſt opinio Simoniacum, † in uno
16 reddi inhabilem ad aliud,Mil.in repert.in uerbo,Si
moniacus,in beneficio,Antonius de But.in ca. pen,
col.2.uerſ.ad ſecundum,de elect.& fuit pluries reſo
* lutum in*Rota,ſcilicet in una Toletan.Theſaura-
riæ,coram Pelegrino,& in alia S.Andreæ,corã Put.
teſte Achill.de Graſſ.d.deciſ.341.Et facit Conſti-
tutio Pij Quint.§.quicunque,quam declarat Nauar.
conſ.34.de Simon.ergo eo fortius Cõfidentiarius.
Tertio.Ex alijs argumentis,quæ adducit, licet il-
lis reſpondeat Nauarr.d.conſ.35.numer. 1.& 2.de
Simon.
Non obſtant argumenta in contrarium adducta
nam ad primum reſpondetur,veriſſimum eſſe, irre
gularem non cenſeri aliquem niſi fuerit expreſſum,
ſed negamus in caſu noſtro non eſſe expreſſum, cũ
contrarium conſtet ex ponderationibus factis in cõ
ſtitutione Pij V.vt in primo argumento fuit dedu-
17 ctum,nam† expreſſum dicitur, quod colligitur ex
uerbis,vel ratione,aut ex antecedentibus,vel ſubſe-
quentibus,Bartol.in l.uxorem,§.agriplagam, ff. de
leg.tertio.& in l.fideiuſſor,§.meminiſſe,ff.de leg.1.
Curt.Iun.conſ.160.num.9.Cephal.conſ.133.num.
20.& conſi.137.num.30.Crauet.conſ. 162. nume.
2.in fin.& 190.num.5.Card.Pariſ.conſi.32. nume.
78.uol.1.& conſ.71.num.5.uol.4.Vnde argumen-
tum potius retorquetur in contrarium,eo magis,qa
id,quod dicebat Nauar.procedit in Simonia, quod
firmauerat ante editam Cõſtitutionem a Pio V.ut
ipſe dicit d.conſ.35.in fin. quaſi, quod poſtea con-
trarium firmaret.Et id,quod retulimus,quod nemo
in dubio ſit iudicandus irregularis,procedit, ut ſu-
perior non poſſit ei prohibere,& interdicere ſuſce-
ptionem,uel adminiſtrationem ordinum, ſed quo
ad eum,qui uel promoueri,vel promotus miniſtra-
18 re uelt in dubio† ſe irregularem præſumere debet,
yt petat ſe ad cautelam diſpenſari,Glo.in ca. ſi quis
diſt.2.Glo.& Aug.in cap.ſi quis per ebrietatem,de
conſecra.diſt.2.Tabien.in uerbo Irregularitas, nu.
3.Armill.in uerbo irregularitas,num.8.& 9.Silueſt.
in uerbo dubium,quæſt.4.& in uerbo homicidium
3.quæſt.1.in princ.Nauar.conſ.primo,numer.2. de
cleric.non ordin.miniſtr.& conſi.12.num.2.& con
19 ſi.22.de homic.Et ideo in Irregulari,&† homicida
ſecurior eſt opinio collationem eſſe nullam,ut poſt
* omnes*tradunt Dec.& Fel.in cap.2. de reſcri. cum
alijs citatis per Achill.de Graſſ.d.deciſ.341.nume.
20 3.Et in foro conſcientiæ in dubio† delictum præſu
21 mitur,ut tutior uia pro† anima capiatur,Gl.in ca.ve
niens,de ſponſat.Dec.in c.in præſentia,num.13.de
probat.Soc.Iun.conſ.29.num.31.uolum.2. Marſil.
ſingul.151.
Ad ſecundum argumentum reſpondetur, Fel.in
d.cap.inſinuatum fundari in doctrina Inno.in cap.
cum in noſtris de cõceſſ.præb.quam doctrinam ali
ter declarat idem Felin.in cap.inquiſitionis, de ho-
mic.



mic.poſt Abb.nu.12.& idem Fel.eſt ſibi contrarius
in c.2.de reſcr.ubi ſcriptum reliquit, doctrinam præ
dictam Inn.vulgo non bene intelligi,ideo tanquam
22 contrarius† debet repelli,ut de Inn.in quodam caſu
dicit Abb.in ca.extirpandæ, §.quia uero in repet.
num.51.de præb.& de Bar.dicit Sarn.in §. ſupereſt
num.39.de act.& de Iaſ.idem Sarn.in §.in perſonã
* nu.47.eo.tit.Et ita Rota*in illa Toletan.Theſaura
riæ reſpondit ad Fel.teſte Ceſ.de Graſſ.d.deci.341.
num.7.
Ad tertium reſpondetur,loqui in ſimoniaco, nõ
in confidentiario, inter quos magna eſt differentia
23 cum in† confidentiario caſus ſit expreſſus in iure, l.
ancillæ C.de furt.uel reſpondetur,illud non eſſe ue-
rum neque in ſimonia,& cũ fundi ex adductis & pa
tet in allegata deciſ.Ceſ.de Graſ.341.ubi ponuntur
rationes,& auctoritates,& illa ſententia Rotæ com
* probatur*a praxi,& ab ea non eſt recedendum,& 
eam tenui in tract.de reſign.benef.lib. 14. quæſt.2.
num. 14.cum ſeq.
Et hac ſumpta occaſione, non eſt omittendum
24 quod irregularitas nihil aliud eſt,quam nota, † ſeu
impedimentum canonicum ex facto,uel defectu ꝓ
ueniens,quo quis prohibetur ad Eccleſiaſticos or-
dines promoueri,& in eiſdẽ miniſtrare, ita Spec.in
tit.de diſpenſ.§.Iuxta in principio,Silueſt.in uerbo
irregularitas,num.1.Ang.Tabien.& alij ſummiſtæ
in eodem uerbo.Turrecrem.in cap.ſi quis Epiſco-
pus 11.queſtion.3.Hoſtien.in ca.2.de cler. excom.
miniſtr.Nauar.in man.c.27.nu.192.Io.Andr.& Ar
chid.in c.1.de re iud.libr.6.Lap.in clem. ſi furioſus
de hom.Mar.Soc.ſen.in c.ſententiam,colum.2. Ne
cler.uel Monac.& probatur in c.ult.de temp.ord.c.
præcepimus,&c.curandum,diſt.34.c.tanta diſt. 86.
25 c.Epiſcopi 21.q.4.Et dicitur† Irregularitas,uel con
tra regulam Apoſtoli de vitiis vitandis in Epiſcopo
§.nunc autem,in uerbo regula,diſt.25. Arch. in ca.
quoniam,diſt.48.uel contra regulam Eccleſiæ, In-
noc.in c.niſi cum pridem,num.7.ubi Hoſt. Abb.&
alij de ren.& in antiquis canonibus de ea nulla re-
26 peritur mentio,† ſcilicet in libris decretorum, Ioan.
Andr.in d.c.1.de re Iud.lib.6.Ant.de Butr.in ca.ult.
de cler.excom.miniſt.in decretalibus autem ſæpe,
Præp.in ſum.diſt.80.Spec.d.§.Iuxta,Hoſt.in c.2.de
cler.excom.miniſtr.& in d.c.niſi cum pridem,§.per
ſonæ ubi Abb.num.17.Card.q.1.& alij,de renunc.
27 Et tot† ſunt irregularitates,ut oẽs congerere ſit im
poſſibile,ut per Pelag.de planct.Eccl.lib.1. art. 48.
Nauar.quod refert Maiol.de Irreg. lib.1.c.1. nu.1.
& in illo tractatu referuntur omnes,& habetur etiã
latiſſime per Burgas in eodem tract. Specu. ubi ſu-
pra dicto §.Iuxta.

*SVMMARIVM.*

1 *An Confidentiario debeat a Confeſſionario imponi onus monendi ſocium ſceleris,& nu.6.*
2 *Inducens aliquem ad peccandum ad quid teneatur.*
3 *Confeßarii Regum quid debeant facere.*
4 *Proximus amandus.*
5 *Peccat,qui proximum non defendit.*
7 *Lex charitatis non obligat ad mortale.*

## QVAESTIO LXII.

Quod ſit munus Confeſſarii in abſoluendis confi-
dentiariis.

SExageſimo ſecundo. Quæro,An petenti abſolu
tionem a peccato,& Cenſuris ſimoniæ, ſeu con
1 fidentiæ debeat imponi onus monendi eum,† cum
quo admiſit illud ſcelus,ut faciat eius penitentiam,
& reſtitutionem, quam ob id facere tenetur?
Pro affirmatiua primo, facit id, quod ſcribunt
Scot.in 4.diſt.15.qu.7.art.1.& Adrian.in 4.de reſt.
2 q.3.quod inducens† aliquem ad peccandum tenetur
ei reſtituere omnia bona,in quibus ei nocuit, indu-
cendo eum ad penitentiam illumque exhortando
ad opera bona.
Secũdo poteſt põderari, quod dicitur in c.de hoc,
de ſimo.ubi Alex.iij.Iuſſit iudici,ut induceret prin-
cipes,qui aliquid acceperunt electo in Epiſcopum
Oxonien.ad reſtituendum eidem Eccleſiæ Oxoni.
& Abb.ibi nume.6.reprehendit Confeſſarios Re-
3 gum,ac Principum eos non hortantes,& monentes
reſtituere accepta ab electis,& promotis ad dignita
tem.
4 Tertio comprobatur ex charitate,& † amore,quẽ
debet proximo,præſertim ſocio in delicto,S.Bonau.
& Rich.in 3.diſt.29.Nau.in mã.c.14.nu.23.& ideo
5 peccat,qui proximum† non defendit,ca. paſce,diſt.
86.c.Symmachus,diſt.83.c.quantæ de ſent.excom.
D.Tho.2.2.q.62.art.7.
6 His non obſtãtibus,contrariam† opinionem exi-
ſtimo ueriorem,ſecundum quam conſuluit in facti
contingentia Nauar.conſ.2.de ſim.
Et primo quia nullo Canone,nullaque lege de-
terminatur,ut onus admonendi imponatur ei, qui
petit abſolutionem a peccato.& atteſtatur Nauarr.
loc.cit.ante num.3.uerſ.ſecundo,ergo non eſt dicẽ-
dum,l.illam,C.de collat.auth.de trien.& ſemiſſ.§.
conſideremus,c.legatur 24.qu.2.Ideo neque ſimo-
niaco,& confidentiario debet huiuſmodi onus im-
poni;nam nulla ratio nullo iure naturali diuino, &
humano fundata reddi poteſt,cur magis debeat ſi-
moniacus admonere ſui peccati cõſortes, quam alii,
qui aliquando multo maiora peccata commiſerunt,
cenſuraſque grauiores incurrerunt,Quare non mi-
rum,ſi c.quoniam c.de irregulari,c.cum eſſent,c. no
bis de ſim.q̃ loquuntur de pena & abſolutione ſimo
niacorum,nullam faciunt mentionem de penitẽtia,
& onere huiuſmodi monitionis.Non obſtant argu
menta in contrarium adducta.Nam ad primum re
ſpondetur,illud procedere,quando is induxit aliquẽ
ad peccandum ui,metu,& dolo,aut fraude, nã tunc
tenetur illum monere,& ei reſtituere,alias ſecus,ut
per Sot.lib.4.de iuſt.& iur.q.4.art.3.& ita declarat
Nau.afferendo exempla in man.c.14.nu.32.
Ad ſecundum,reſpondetur,c.de hoc non proba
re,quod confeſſarii,& alij abſoluentes a Simonia in
foro Conſcientiæ debeant imponere abſoluto pœ
nitentiam,& onus utendi præfata monitione nã lo-
quitur de Iudice delegato a Papa in foro exteriori,
& uult quod ipſemet reſtituat.
7 Ad tertium,reſpondetur,quod Lex charitatis†
non obligat ad mortale peccatum,Ideo concluden
dum eſt &c.
Sacra uero Penitentiaria in litteris,quib. dat, uel
cõmittit abſolutionem,ſolet hoc onus imponere,ut
atteſtatur Nauar.d.conſ.2.nu.1.de Sim.

*SVMMARIVM.*

1 *In dubio confidentia præſumitur.*
2 *Confidentia eſt delictum.*

3 Quiſ-

3 *Quiſque præſumitur bonus.*
4 *Contractus præſumitur licitus.*
5 *Actus præſumitur factus prout ius diſponit.*
6 *Habens literas expeditas videtur habere intentionem fundatam.*
7 *Bulla facit probationem probatam.*
8 *Bulla facit manifeſtum.*
9 *Tractatus preſumitur bonus.*
10 *Reſeruatio uidetur rite facta.*
11 *Præſentatio, & electio in dubio cenſetur bona.*
12 *Interpretatio fit ſemper, ut confidentia excludatur.*
13 *Præſumptio quod omne delictum excludatur.*
14 *Præſumptio excludens turpitudinem capienda.*
15 *Quælibet cauſa excuſat a dolo.*
16 *Præſumptio ſuſtinens actum eſt fortior alia.*
17 *Præſumptio ſuſtinens actum amplectenda.*
18 *Præſumptio excludens ſimulationem, & fraudem eſt capienda.*
19 *Vnum indicium tollit aliud.*
20 *Coniectura una excludit aliam.*
21 *Præſumptio fortior tollit minus fortem.*
22 *Abſolutio danda, cum non conſtat de confidentia.*
23 *Actore non probante, Reus abſoluitur.*
24 *Iudices debent eſſe prompti ad abſoluendum.*

## QVAESTIO LXIII.

Quod confidentia, neque Simonia, præſumatur.

SExageſimo tertio, Quæro an confidentia in du-
1 bio†præſumatur? Negatiua opinio uera eſt, quã
* tenent communiter*omnes in terminis, Put. deciſ.
385.lib. 1. Caputaque.deciſ.202.num.6. Gabr. cõſi.
171.in principio, lib.2.idque probatur ex eo, quia
2 confidentia eſt†delictum, Caputaq.deciſ.202. num.
5.par.1.& deciſ.238.par.3.in principio, ſed delictũ
in dubio non præſumitur, Barb.conſ.77.in princip.
uol.4.Boer.deciſ.215.num.22.Alex.conſ. 125. col.
4.in princ.& ſeq.uol.4.Soc.Iun.coſ.83.col. 1. uol.2.
* late Crau.conſ.18.col.ul.& communiter* Doct.tra
dunt, ergo & confidentia, &c. Et ratio rationis eſt,
3 quia quiſque † præſumitur bonus, niſi malus pro
betur, c.ult.de Scrutin.in ordin.facien.l. omnimodo
C.de inoff.teſtam.Gl.in c.ſuper literis de reſc.Inn.
in c.2.col.3.de in integr.reſt. Marſil. conſi.2. nu.9.
& Iuſte poſſidere Bar.in l.commune, §.inter prædo
nes, ff.comm.diuid.Gl.in c.1. §.ſi duo de pact.tenẽ.
cum alijs, ut per Gabr.tract.commun. opin. titu.de
malef.concl.2.num.7.& ſicuti cõtractus, qui poteſt
4 cenſeri†licitus, & uſurarius, præſumitur licitus, & nõ
uſurarius, Bal.in l.rogaſti, §.ſi tibi.col. ult.ff. ſi cert.
petat.Gl.Hoſt.& Io.And.in c.Naui. de uſur. Alex.
conſ.290.col.1.uer.accedit lib.6.Iaſ.l. ſeruum fugi-
tiuum col.5.de ſer.fug.& quilibet etiam actus, Bar.
in l.non ſolum, §.ſed ut probari, ff.de op.nou.nunc.
Fel.in c.ex parte col.2.de offic.deleg. Caſſad. ſuper
reg.canc..deciſ.4.nu.5.Ita in caſu noſtro reſignatio
præſentatio, & collatio præſumentur abſque confi-
5 dentia factæ, & ſicut Ius†diſponit, c.ex literis de cõ
ſtit.c.ſedes de reſcrip.c.uenientes de Iur.Iur. Cald.
conſ.11.in fi.de feud.Crau.conſ.186.num.9. ut pro
ſint Bar.in l.gerit num.21.ff.de acqu.her. Soc.Iun.
conſi.113.nume.3.libr.4.Menoch.de arbitr. Iudic.
caſ.126.num.8.

Ex qua concluſione primo infero, quod habens
litteras beneficij reſignati expeditas, habet fundatã
6 intentionem†ob non confidentiam, ut in terminis
ſcriptum reliquit Caputaque.deciſ.202. num. 6. Et
7 ratio etiam eſt, quia Bulla†facit probationem proba
tam, Bald.in l.quoties, in ultimis uerbis, C. de Iudi.
& in l.intereſt, C.de ſolution.& conſ.176.lib.1.Cal
can.conſi.77.Alex.conſi.134.col.ult.lib.2.& indu-
8 cit†manifeſtum, Bar.in l.1.colum.2.ff.de oper.nou.
nunc.Alex.conſ.59.lib.2.cum alijs, ut per Dec.cõſi.
36.nu.6.Card.Pariſ.conſ.77.nu.4. uol.3.

Secundo Infero, tractatum præcedentem inter re
9 ſignãtem, & reſignatarium preſumit†bonum, Bald.
in l.rogaſti, §.ſi tibi, ff.ſi cert.pet.Soc.cõſ.83.pro cer
to nu.11.li.3.Idem Soc.conſ.59.num.6.lib.3. Dec.
d.conſ.36.col.3.Card.Pariſ.d.conſ. 77.nu.5.

Tertio Infero, Reſeruationem factam in reſigna
10 tione, & litteris reſignationis præſumit†factam abſ-
que uitio confidentiæ, & ut ius diſponit, ut per Cal-
der.con.11.in fi.de feud.& ſupra deductum eſt.

11 Quarto, infero, preſentationem†electionem, colla
tionem præſumi factam abſque cofidẽtia, iuxta ea,
quæ tradit Alc.de præſum.reg.3.præſum.2.

Quinto, infero, generaliter in hac materia con-
12 fidentiæ eſſe capiendã interpretationem, ut† confi-
dentia, & ſimonia excludatur, Put.dec.385.lib.1.

Et hoc regulare eſt in quibuſcunque caſibus, ut
13 capiatur præſumptio, ob quam† delictum excluda-
tur, l.merito, ff.pro Soc.Marſil.conſ.2.col.1. & ſeq.
Cæpol.conſi.crim.21.nu.16.Barb. conſ.77.in prin.
uol.4.Crau.conſ.18.in fi.late Alc.de præſ.reg.3.pſ.
prima. Et ob id cauſa excludens ſimoniam, & turpi
14 tudinem†eſt capiendà, iux.not.in c.dilectus, 1. de Si
mon.Fel.in c.tua nos, in princ.& num.5.eo.tit. An-
ch.conſ.271.num.1.Put.deciſ.489.lib.2.Dec. conſ.
218.num.5.Sarn.de trien.q.12.numer.11. & 12.&
* communiter*Doct.& quælibet†cauſa excuſat a pœ
15 na communis*opinio, teſte Cur.Iun.conſ. 132. nu.
primo etiam colorata Gl.in l.Plagij, verbo Iuſta C.
* de plagiar. communis * opinio teſte Ioann. de
Amic.conſ.84.nu.5.Boer.deciſ.168. nume.11.Soc.
Iun.conſ.45.nu.16.lib.1.Dec.conſ.170. poſt nu.2.
Grat.conſ.37.nu.21.lib.2.

Sexto, infero, hanc preſumptionem, quæ exclu-
dit confidentiam, ſuſtinere actum, & ideo eſſe for-
16 tiorem†contraria, ut poſt alios optime deducit Io.
Annibal.& in l.poſt contractum, numer.107.de do
17 nat.&†eſſe capiendam Grat.conſ.42.num.14. libr.
primo, & conſ.43.num.4.lib.2. Et ſatis uulgare eſt,
18 ut præſumptio, quæ eſt †excluſiua delicti, ſit ſumen
da, Thom.Grama.deciſ.18.& conſ.31.nu.11. & in
materia ſimulationis, & fraudis deducit Io. Annib.
d.l.poſt contractum, nu.18.ff.de don.

19 Et regulare etiam eſt, ut†unum indicium tollat
aliud, Alex.conſ.77.in fi.lib.primo.

20 Et ut una cõiectura†tollat aliam, Bal.conſ. 32.li.
2.Fulg.conſ.173.Thom.Gramm.uot.23. num. 12.
& uot.13.nu.28.Bal.in l.prima.in fi.C.loc.& in ma
* teria Confidentiæ*receptiſſimum eſt, ut præſum-
21 ptio†fortior tollat minus fortem, Caputaque.deciſ.
202.par.1.quod etiam in probationibus uendicare
* ſibi locum, eſt communis* opin.in ca.in præſentia
de probat.

Septimo infero, quod, cum non præſumatur con
fidentia, & præſumptio ſit in contrarium, ut patet
ex ſuperius adductis, quod ſi ſufficienter non con-
22 ſtat de ea, abſolutio†eſt danda, ut in terminis ſcri-
bit Gabriel.conſi.171.in princ. lib.2. Et ratio eſt,
23 quia actore non probante, reus †eſt abſoluendus, l.
* qui accuſare, ubi communiter*Doct.C.de accuſat.
c.ult. §.de iur.iur.Card.Pariſ.conſi.1.nu. 9. uol.1.&
24 conſ.158.nu.25.uol.4.& iudices debent† eſſe prom
pti ad abſoluendum, Dec.& Cagn.late in reg.fauo-
rabiliores, ff.de reg.iur.Pariſ.in rub.ff.de oper.nou.
nunciat.num.105.

25 Octauo, infero, Verba†Semper eſſe interpretan-
da pro non ſimonia, & confidentia, ut fuit reſolutũ
* in una *Firman.Capellaniæ, Lunæ, 10 Maij 1582.
corãm R.P.D.Aldobrandino tũc Auditore Rotæ
nunc S.D.N.nam ibi inter alia adducebantur, ad p
bandam ſimoniam, quedam uerba reſignatarij, *te
dono per una certa coſa*, & fuit concluſum, eſſe in-
terpretanda ex cauſa reſignationis ſpontaneæ, non
autem quod præcederet conuentio: Et alias in una
* Lucana *Canonicatus, die 19. Decembris de anno
1555.& 1557.coram Cardinali.S.Crucis fuit reſolu
26 tum†quod, ſi executio non ſit conformis tractatui p̃
cedenti, non probetur ſimonia.



## SVMMARIVM.

1 *Iudex ſecundum allegata debet iudicare.*
2 *Actor debet probare quod intendit.*
3 *Sententia lata abſque probationibus iniuſta.*
4 *Per probationes conſtat de confidentia.*
5 *Ex probationibus ueritas apparet.*
6 *Probatio quid eſt.*
7 *Notorium non indiget probatione.*
8 *In claris non eſt opus coniecturis.*
9 *Quæ Iudici ſunt aperta nulla indigent probatione.*
10 *Argumentum quid.*
11 *Probationum ſpecies duodecim.*
12 *Et quæ.*
13 *Confidentiæ crimen plene & concludenter probari debet quamuis ciuiliter agatur.*
14 *Simonia cum agitur ad priuationem plene probari debet.*
15 *Simonia leuioribus probationibus probatur quoties agitur ad repellendum aliquem ab aſſequutione beneficii.*
16 *Impetrantes beneficia per Simoniam & confidentiam ſunt odioſi.*
17 *Actus interpretari debet in bonam partem.*
18 *Verba, gli ho dato tanto, & c.non important Simoniam.*
19 *In Simonia requiritur conuentio.*
20 *Vnus teſtis cum fama non probat Simoniam.*
21 *Dictum vnius teſtis cum alio ſocio criminis non probat Simoniam.*
22 *Teſtis ſocius criminis non probat Simoniam.*
23 *Fama publica non probat confidentiam.*
24 *Dictum Reſignantis poſt reſignationem non probat Simoniam.*
25 *Verba futurum gratum non probant Simoniam.*
26 *Verba generalia non probant Simoniam.*
27 *Teſtes deponentes de ſolutione facta reſignanti non probant Simoniam.*
28 *Teſtes deponentes de perceptione fructuum facta a Reſignante poſt reſignationem non probant Simoniam.*
29 *Ex perceptione facta cum cauſa non probatur Simonia.*
30 *Ex mandatis reciprocis non colligitur confidentia.*
31 *Ignorantia an excuſet a confidentia.*
32 *Petens abſolutionem non cenſetur fateri ſimoniã.*
33 *Bonarum mentium eſt culpam timere ubi non eſt.*
34 *Probationes interpretantur pro non confidentia.*

## QVAESTIO LXIIII.

Quibus probationibus conſtat de confidentia.

SExageſimo quarto, Quæro, &c. Nunc autem de
probationibus confidentię agendum eſt, cum iu-
1 dex ſecundum illas debeat†iudicare, ca. iudicantem
30.q.5.l.illicitas, §.ueritas, ff.de off.præſid. ca. 1.ubi
Io.Andr.de off.ord.Glo.in primo uerbo contra de
re iud.lib.6.& non poſſit aliter, Abb.conſ.1. incipit
tria col.1.& 2.lib.2.Barbat.in c.cum in iure, col.28.
de off.& poteſt.iud.deleg.Fel.in c.quoniam contra
num.3.de probat.Pariſ.conſ.153.num.4.& 5.uol.4.
Craue.conſ.171.numer.7.Ceſal.conſi.421. numer.
61.& conſ.265.numer.14.& 16. Clar.lib. 5. rece-
* pt.ſent.§.ultim.quæ.31.numer.10.ideo receptum*
2 eſt, actorem†debere probare quod intendit l.qui ac
cuſare, C.de eden.l.2.ff.de probat.l.negantes, C.de
accuſ.in c.primo, ut Eccl.benef.c. circa de elect.lib.
6.Abb.conſ.9.num.54.Hercul.de proba. nega.nu.
30.Rip.de peſte part.2.num.125.Dec.in l. culpa ca
3 ret, num.9.ff.de reg.iur.Hinc†ſententia lata abſque
probationibus dicitur iniuſta, l.probatã, & ibi Bart.
C.de ſent.Ruin.conſ.117.in lite uertente, num.17.
& 20.lib.5.Vant.in tract.de null.ſenten. ex defectu
proc.num.37.Marſ.in rubr.C.de probat. nume.67.
Ideo huiuſmodi inueſtigatio utilis erit, & neceſſaria
l.1.ff.de integ.reſt.c.imitare 16.q.1.c.ſi quis 2.q.4.
late tradit Maſc.de probat.q.1.col.1.

Quæro igitur, quomodo conſtet de confidentia
* ad effectum, ut iudex poſſit iudicare, & declarare
4 confidentiarios, &c. Communis*opinio† eſt, de ea
5 conſtare per probationes, quia per illas †veritas ap-
paret, l.nec commiſſa, C.de liber.cauſ. Couar.in c.1.
uar.reſol.uerſ.ſeptimo, & manifeſte Abb.in ca.licet
num.20.de probat.Maſc.de prob.1.Thom. quæſt.
6 3.nume.2.Probatio †autem nihil aliud eſt, niſi rei
dubiæ per argumenta oſtenſio, ut placuit Az. &
Accurſ.in rubr.de probat. Hoſt.in ſum.eod. titu.
* in principio, & communiter alij, ut per Abb. Deciũ
& alios nouiſſimos in rub.ext.de probat.rei dubiæ,
7 quia†Notorium non indiget probatione, ad not.
in l.prima, ff.de reſt.in integrum l.prima, ff. de dot.
8 pręleg.c.ult.de cohab.mulier, & in claris, non†eſt o-
pus coniecturis, l.continuus, §.cum ita, ff.de uerbo.
obligat.quę enim iudici ſunt aperta, nulla indigent
9 probatione, l.ſi uero, §.pio rei, ff. qui ſatiſd. cog.&
10 illud uerbum per argumenta ſumitur † generaliter,
& largo modo, ut in l.2.C.quomodo appel. non re-
cip.c.ſi pro humani, de hom.lib.6.& late per Man-
doſ.in d.rub.de probat.nume.8.& facit argu.§.1.de
act.comprehendit igitur omnes probationum ſpe-
cies, quæ ſecundum Spec.in tit.de.probat. §. uiden-
11 dum, ſunt†duodecim, ſcilicet†per teſtes, per confeſ-
12 ſionem partium, per inſtrumenta, per euidentiam
facti, per præſumptiones, per famam, per iuramen-
tum, per libros antiquos, & ſcripturas antiquas in la
pidibus ſculptas, per literas sygillatas sygillo Epi-
ſcopi, per denũciationem publicarum perſonarum,
per communem opinionem, per indicia indubitata,
ſecundum autem Hoſt.nouem. ſecundum Tancre.
ſex.ſecundum Maſc.ſeptem, & omnes has enume-
rat Maſc.d.tract.de prob.tom.1.q.5.

Illud autem in primis eſt conſiderandum, rece-
* ptum eſſe in *ſacro Rotæ Auditorio, & comproba-
* tum ex*ſtylo hoc crimen confidentiæ probandum
13 †eſſe plene & concludenter, quamuis ciuiliter aga
tur,

tur,ut fuit reſolutum in una Imolen.* confidentiæ
Lunę 14.Februarij 1592.coram R.P.D.Pamphilio
& in vna*Calaguritan.confidentię 25. Iunij 1593.
coram eodem,& nouiſſime in una* Aret.confiden-
tię Lunæ 23.Ianuarij 1595.& alias pluries. Et has
deciſiones habui a R.P.D. Varela nobiliſſimo, &
Doctiſſimo uiro meique amantiſſimo.
Et hoc ad exemplum Simonię,in qua communis
*opinio eſt,requiri plenam, & concludentem pro-
14 bationem,cum agitur†ad effectum priuationis, Gl.
in c.ueniens il primo,uerb.illorum,de teſtibus.& ibi
Abb num.6.Dec.num.8.& alij*omnes,Card.Zaba
rell.c.ſicut,& ibi Marian.Soc.ſen.ſub num.5. uerſi.
ſed plus placet de Sim.Cott.deciſ.173.Moedan.de
ciſ.184.communis opinio*teſte Alc. conſ. ſecundo
colum.2.& 3.tom.1.de communi etiam Nat.conſ.
299.nu.3.in fi.uerſ.quia reſpondit li.2.& fuit reſolu
tũ in Rota in una* FirmaCapellaniæ 7.Maij 1582.
coram S.D.N.tunc Auditore Rotæ,& in vna Brit-
tonori.Commendę*Lunę 12.Decembris 1588.&
Die tertia Maij iterũ 1589.corã R.P.D.Gipſio &*
in Tulle.parochialis corã R.P.D.Decano 28.Maij
15 1593.Licet ſecus ſit quoties agitur†ad repellendum
aliquem ab aſſequutione beneficij nondum obten-
ti,nam tunc ſufficiunt probationes leuiores, Fab.de
ciſ.47.li.2.reſoluit Rota in una*Caurien. Canonica
tus x.Maij 1581.coram R.P.D.Seraphino, & in a-
lia*Calag. de Naro 20.Maii 1590.corã Comitulo.
Ideo,ſicuti in Simonia,quoties agitur ad priuatio-
nem,quamuis agatur ciuiliter, requiritur probatio
plena,& concludens,ita & in confidentia, ex inter-
pretatione Rotæ,& ex ſtylo recepto, requiritur ple
na,& concludens probatio,&, ubi non eſt talis,Ro
ta ſemper pronunciauit pro non confidentia;& mul
toties fui in hac Sententia contra Iudicem confidẽ
tiarium,& ſecũdum determinationem Rotę fuerũt
finitæ cauſę,& hoc, tum quia uigent eędem ratio-
nes,quæ in Simonia,tum præterea ad compeſcendã
audaciam illorum,qui mouẽt has lites,& uolunt be
16 neficia uiuorum,genus enim† hoc hominum ualde
odioſum eſt in Curia,accedat,quia ſemper debet ca
pi præſumptio excludendi delictum,l.merito,ff.pro
17 ſoc.Et actus debet†interpretari in bonam partem,
Put.deciſ.181.& 440.lib.primo & promptiores de
bemus eſſe ad abſoluendũ q̃ ad condemnandũ iux-
ta uulgatam,regulam,prout recti iudicis partes in-
dubio eſſe debent Ange.in l.dedit, num. primo, ff.
qui ſatiſd.cog.
18 Et ideo illa uerba(gli†ho dato tanto,non gli uo-
glio dar piu niente)Rota in dicta*Firmana Cappel
lanię corã S.D.N.de auno 1582.interpretata eſt,ut
non importent Simoniam,quia potuit eſſe , quod
19 non dederit ex conuentione,†ut requiritur, Gloſ.in
c.quam pio 1.q.2.Dec.conſ.118.nu.4. Card. Pariſ.
conſ.30.nu.21.uol.4.&*communiter alii.
Et in eadem*Firmana fuit reſolutum,nõ eſſe†cõ
20 cludentem probationem in hac materia, dictum u-
nius teſtis cũ fama,Gl.in c. ueniens 1.de teſtibus cõ
munis*opinio teſte Dec.conſ.210.prope fi.
Et in una Ciuitaten.*confidentiæ ſabbati 23. Ia-
nuarij 1593.coram R.P.D. Mãtica fuit reſolutum,
21 dictum†unius teſtis non ſufficere etiam cum præ-
ſumptione,quę oritur ex dicto Alterius, qui parti
ceps fuit criminis,Doct.in c.ſicut,de teſt.
Et in dicta*Tullen.parochialis 28. Maij 1593.
22 reſoluit dictũ Socij criminis non†admitti,& hoc la-
tę comprobaui,quæſt.66.numer. 21.cum ſequen.
in hoc tractat.
23 In eadem Tullen.fuit reſolutum†famam publicam
non probare: quod etiam fuerat dictum in illa*I-
molen.confidentiæ,coram R.P.D. Pamphilio, 14.
Februarii 1582.Glo.in c.ueniens,& ibi Abb. nu.8.
Dec.nu.22.de Teſtibus,Gabr.concl.1.de prob. nu.
12.Put.deciſ.171.in fi.lib.2.
Et in eadem*Tullen.fuit firmatum,†dictum reſi
24 gnantis poſt reſignationem dicentis reſignaſſe ſub
quibuſdam conditionibus,& modis, non probare.
De qua re dixi,q.68.num.22.
Et in eadem Tullen.fuit*dictum, quod teſtes de
25 ponentes audiuiſſe N.dicentẽ futurũ†gratũ, &c.nõ
probare Simoniam,& fuerat deciſum in dicta Brit-
tonorien.Commendæ 12. Decembris 1588. quia
26 uerba generalia non probant†Simoniam,Sot. de iu
ſti.& iur.lib.9.q.8.art.5.concl.3.
Et in eadem*Tullen.fuit reſolutum, †teſtes de-
27 ponentes de ſolutione facta reſignanti non proba-
re Simoniam,quia potuit reſignatarius ſoluere ex a
lia cauſa,& non conſtabat de pacto.
Et in dicta imolen.* confidentię Lunæ 14. Fe-
28 bruarii 1592.fuit reſolutum,teſtes deponentes† de
perceptione fructuum facta a reſignãte poſt reſigna
tionem non probare confidentiam,niſi deponat de
pręcedente conuentione. Nam poterit dari caſus,
quod ex poſt pacto reſignatarius ſponte, & ex ali
qua cauſa,illos ſoluerit ad tradita per Gl.in c.pręſen
ti de off.ordina.lib. 6.de qua re uide ea, quæ ſupra
ſcripſi,q.31.
Et in illa*Conſentin.prętenſæ confidentiæ 4.Fe
bruarii 1591.coram.R.P.D.Orano fuit reſolutum
29 †non conſtare de confidentia ex perceptione fa-
cta poſt reſignationem,cum conſtaret de cauſa per
ceptionis.
Et in illa Calaguritan.* confidentiæ Die Lunæ
14.Decembris 1592.coram R.P.D.Penia,ac in ea-
dem Veneris 25.Iunij 1593.coram R.P.D. Pam-
30 philio fuit deciſum,ex illis †mandatis reciprocis nõ
colligi confidentiam cum non conſtet de pacto.
Et in dicta Aretin.*confidentiæ coram R.P.D.
31 Decano Rota excluſit confidentiam ex ueriſimili†
ignorantia clauſulæ appoſitę in ſupplicatione, attẽ-
ta paupertate,tetigi q.46.num.64.uer.lim .Et in p̃-
fata*Brittonor.cõmendæ Lunę 12.Decẽbris 1588.
32 fuit reſolutũ non cõſtare de Simonia, per †ſupplica
tionẽ in qua N.petebat abſolutionẽ ab ea,cũ petẽs
abſolutionẽ nõ uideatᷣ cõfiteri Simoniã,q̃a eius cõ-
feſſio pręſumitur ad cautelam,ad tollẽdũ ſcrupulũ,
33 nam bonarum mentium eſt,culpam†timere, etiam
ubi non eſt c.2.de obſeru.ieiun. Natt.conſ.161.nu.
15.Quod nota,quia eſt ualde ſingulare.
Et propterea in hac materia,ubi agitur ad priuã
dum aliquem beneficiis propter confidentiam cõ-
miſſam,debet huiuſmodi confidentia probari ple-
ne,& concludenter,& ita uſus obtinuit,quod poſſet
aliis multis modis,& rationibus comprobari, quas
conſulto omittam breuitatis cauſa, eoque maxi-
me,quia in quæſtionibus præcedentibus,& ſequen-
tibus late omnes caſus poſui,Et probationes in cri-
mine hoc confidentię in mitiorem partem inter-
prætantur pro non cõfidentia,iuxta tradita per Bar
bat.conſ.12.nu.34.uol.2.

### *SVMMARIVM.*

1 *Per teſtes probatur confidentia.*





2 *Omnia poſſunt Teſtibus probari.*
3 *Probatio per Teſtes eſt naturalis.*
4 *In ore duorum,vel trium ſtat omne verbum.*
5 *Probatio per Teſtes eſt dignior alijs.*
6 *Viua vox eſt firmior.*
7 *Viua vox mouet animum Auditoris.*
8 *Plura ſunt quę nõ poſſunt,niſi per teſtes probari.*
9 *Teſtificari eſt actus a lege.*
10 *Neceſſarius eſt vſus teſtium.*
11 *Ferre teſtimonium dignitas dicitur.*
12 *Officium teſtium ad quid verſetur.*
13 *Veritas amanda.*
14 *Teſtes debent deponere per ſenſum corporis.*
15 *Teſtes abſq; Iuramẽto non probant in confidentia.*
16 *Nullum eſt dictum Teſtis abſque Iuramento.*
17 *Papa non diſpenſat,vt credatur teſtibus abſque Iu-
ramento.*
18 *Pars aduerſa in receptione teſtium debet citari.*
19 *Quando Iudex procedit ex officio non eſt neceſſaria
citatio partis in receptione teſtium.*
20 *An teſtes debeant citari ad perhiben,Teſtimonium.*

## QVAESTIO LXV.

An per teſtes probetur confidentia.

SExageſimo quinto Quero, an per teſtes probe-
tur confidentia?Communis*opinio oĩum Do
1 cto.eſt affirmatiua q̃ in praxi*tota die†obſeruatur,
& probatur,tum auctoritate,tum ẽt rõne,auctorita
te,ex d.Conſtit.Pij V.in §.Teſtes,rõne,quia omnia
2 poſſunt†teſtib probari,Inn.in c,cũ P.de fid. inſtru.
3 ubi dicit hanc†probationem naturalem,ẽt cõgrue-
re cũ iure diuino,Abb.in c.3.loco,n.5,uerſ. ultimũ
tñ dictũ,de probat.p̃ illud diuinæ uocis teſtimo-
4 nium.In†ore duorum,vel triũ ſtat oẽ uerbum, c.cũ
5 eſſes,de teſtam.Et ob id hmõi probatio oĩb. alijs†
validior,& dignior exiſtimatur,Abb.in rub.de te-
ſtib.ex cũ Ioã.de fid.Inſtr. Fel.poſt Barbat.in rub.
de fid.Inſtr.n.1.Dec.in d.rub.de teſtib.& eſt * cõis
opinio,ut per Doct.in d.c.cũ P.de fid.inſtr.Viuius
in com.opin.uer.teſtis de*magis cõi atteſtatur,Ma
6 ſcar.de probat.tom.1.q.5.nu.3.Et hoc,tũ quia † ui
ua uox firmior eſt,quam mortua,ut in auth. de in-
ſtru.cau.& fid.§.ſi quis igitur,ca.3.loco, de probat,
Az.in ſum.tit.de teſtib.cũ uiuæ uocis ſonus fortius,
7 ac efficacius permouet † auditoris aĩum,l. ſi in tres,
ff.de arbit.l.1.C.de ſent.ex breui.recit.l.de minore,
§.de tormenta,ff.de q.& iõ plura probantur teſtib.
8 †quæ non probantur aliter,vt patet ex citat.p̃ Ro.
cõſ.349.inci. dum q̃ritur, Fede.de Sen.q.211.Old.
conſ.199.Bal.in l.ſciunt,col.2.C.de probat.tum ẽt,
9 quia†teſtificari eſt actus,a lege inuentus,l.q̃m.circa
fi.C.de heret.p̃ bonum publicũ,Barbat.in c.2.de
10 probat.& eſt munus publicum,&†neceſſarium,l.1.
ff.de teſtib.l.ult.C.ſi cer.pet.Barb.in c.teſtimoniũ,
11 n.16.de teſtib.& iõ ferre † teſtimoniũ dr̃ dignitas,
c.p̃ceptũ,32.q.5.Spec.de teſtib.§.apponitur,n.29.
12 cũ officiũ†teſtiũ uerſetur ad ueritatem detegendã,
13 quæ ſuper†omnia amari dẽt,l.cum ita legatum, ff.
de cond.& demon.c.quiſquis 10.q.1.
14 Qui teſtes debent cãm†afferre in eorũ depoſi-
tionib.p̃ illũ corporis ſenſum,quo percipitur id,de
quo rogantᷣ,l.qui teſtõ heres inſtituitur,§.ult.uerſ.ſi
vel ſenſu percipiatur,ff.de teſtam.Abb.in c. cũ cau
ſam,de teſtib.Tindar.in ſuo tract.de teſtib.num.9.
Aliqua tñ dubia oriuntur in hac materia, q̃ ſunt
neceſſario explicãda.Primũ erit,an teſtes abſq; iu-
ramento probent in hac materia confidentię?Rñ-
15 deo†negatiue,ut in terminis tenet Gabr.conſ.184.
n.9.li.2.namq; teſtes,antequam perhibeãt teſtimo
nium,debent a Iudice arctari iuſiurandi religione,l.
iuſiurandi,C.de teſtib.Spec.eo.tit.in uerſ. ſequitur,
16 alias†nullum eſt eorũ dictũ,d.l.iuſiurandi,c.tuis,de
teſtib.ubi oẽs*Lanfr.de teſtib.in principio,Crot.in
eo.tract.p.7.n.227.Grauatius Calaber ad Veſtr.in
ſua praxi,c.2.li.6.n.34.cum ſeq.deciſ Pedem.79.n.
17 18.Immo aliqui ſcribunt ſummum† Pontificẽ non
diſpenſare,vt credatur teſtib.abſque iuramento,Fe
li.in c.conſtitutus,in 6.col.de reſcr.Rol.a Vall.cõſi.
8.nu.14.li.4.Aug.de Ancon.de poteſt.Eccleſ.quæ-
ſtio.55.art.4.
Secundum erit dubium,an pars aduerſa debeat
18 citari in eorum receptionem.Rñdeo † affirmatiue,
ut ẽt tenet Gabr.d.conſ.184.n.9.li.2.& rõ eſt, quia
dicta teſtiũ pro nihilo reputantur,ſi pars cuius in
tereſt,non fuerit vocata,c.2.de teſtib.l.ſi qñ,C.eo.l.
iudices, C.de ſid.Inſtr.Dec.in c. in nomine Domi
ni,nu.28.de teſtib.& communiter*ita praxis obſer
uat,teſte Viu.in com.opin.uerſ.Teſtis.
Limita tamen,ut per Maſcar.de probat. tom.1.
q.5.n.87.uſque ad n.117.& per eundẽ Maſcar. eo.
tract.concl.431.& per Abb.in c.2.nu.7.de teſtib.
19 ubi alij.Et p̃cipue in caſu, qñ iudex procederet ex
officio,ut praxis ẽt in hac materia obſeruat in pro-
ceſſu informatiuo,Bald.in l.non dubium,col. 6. C.
de legib.Io.And.in c.ult.de præſumpt.Fel. d. ca.2.
col.2.in prima lim.de teſtib.
20 Tertium dubiũ,an teſtes†debeãt citari ad perhi-
bendũ teſtimoniũ?Affirmatiuã opinionẽ tenuerũt
Alex.conſ.180.n.7.li.2.Rui.conſ.10.n.5.li.5.& alij
multi,Contraria tñ opinio eſt vera,q̃ tenent Lan-
fran.in tract.de teſtib.in princ.ſub n.5.uerſ.quinto
quęro,Gl.in l.poſt legatũ,§.his uero,ff. de his, qb.
ut indig.Bal.in l.presbyteri,C.de Epiſ. & cler.ſuffi
cit enim,ut teſtes producantur ad iudicem,Bald.in
auth.ſed nouo iure,C.ſi cert.pet.Ioã.Bapt.Aſin.in
prax.§.7.c.5.limit.92.& cõiter*obſeruatur.Et cum
hic caſus alias fuiſſet propoſitus ab ornatiſſimo, &
nobiliſſimo D.Fabritio Caieta Cõſentino,mihi ma
xima,& antiqua amicitia coniuncto,ita reſpõdi, &
poſtea ita fuit iudicatum.
Teſtes autem inimici, deponentes nimis auda-
cter,ſuſpecti, & ſocij criminis non probant, ut di-
cam infra quæſtione ſequenti.

### *SVMMARIVM.*

1 *Vbi requiritur legitima probatio,Teſtes debent eſ-
ſe omni exceptione maiores.*
2 *Verbum legitime quid importet.*
3 *Semper Teſtes debẽt eſſe omni exceptione maiores.*
4 *In cauſa criminali Teſtes debent eſſe luce meridiana
clariores.*
5 *In cauſa matrimoniali Teſtes,quomodo debent eſſe.*
6 *In confidentia admittuntur teſtes criminoſi,& in-
habiles.*
7 *In Simonia,quælibet perſona admittitur.*
8 *Exceptio capitalis inimicitię admittitᷣ in Simonia.*
9 *Simonia eſt maius crimen omnibus alijs.*
10 *Quælibet perſona admititur ad probandum hære-
ſim .*
11 *Confidentia,& Simonia,ſolent committi occulte.*
12 *Quoties aliter veritas haberi non poteſt Teſtes mi
nus idonei admittuntur.*

13 *Minor 25. ann's in criminalibus admittitur.*
14 *Laicus, quando admittatur contra Clericum.*
15 *Meretrices, & lenones, quando admittantur.*
16 *Ob atrocitatem delicti licitum eſt transgredi Iura.*
17 *Hæreticus, & paganus non probant Simoniam.*
18 *Iudæus non probat contra Chriſtianum.*
19 *Deo infidelis eſt, quoque alijs.*
20 *Confidentia probatur per teſtes ſocios criminis.*
21 *In tribus criminibus ſocius criminis probat.*
22 *Socij criminis, & muneris non probant Simoniam.*
23 *Promiſſio, & datio in Simonia æquiparantur.*
24 *Aſſaſſinus etiam ex promiſſione.*
25 *Teſtes inimici non probant confidentiam.*
26 *Teſtes deponentes audacter repelluntur.*
27 *Teſtes de auditu, & publica voce & fama non probant Simoniam.*

## QVAESTIO LXVI.

An teſtes debeant eſſe omni exceptione maiores.

SExageſimo ſexto Quæro, an ad probandam cõfidentiam teſtes debeant eſſe omni exceptione maiores?

Pro affirmatiua primo ponderantur quedã uerba poſita in d. Conſti. Pij IIII. in §. ſicque, ibi, *etiam per præſumptiones, & coniecturas legitimas &c.* 1 verbum enim legitimas vr requirere, †ut teſtes ſint omni exceptione maiores, Hoſt. Inn. Io. de Anan. Abb. & alij in c. Fraternitatis, de teſtib. & eſt notabilis deciſio Rotæ, quam ad hoc refert Marſi. conſ. 2. nu. 51. li. 1. nam alias non poſſet dici legitima probatio, ad late tradita per Fel. in c. 2. nu. 12. de teſtib. 2 uerbum enim †legitime eſt magnæ importantiæ, ut in caſu, de quo per Bald. in l. unica, col. 9. uerſ. quæro debitor, C. de confeſſ.

Secundo affertur, quia regulariter in omni mate- 3 ria debent eſſe †teſtes omni exceptione maiores, vt habetur ſexcẽtis in locis, in tit. de teſtib. in ff. & Docto. in c. 2. de teſtib. & eo magis in cauſa criminali, 4 ubi probationes debent eſſe †luce meridiana clario- * res, l. ſciant cuncti, C. de probat. & omnes* Doct. tradunt, vt per Boſſ. in tit. de conuict. nu. 8. in prax. crimi. & in Simonia in terminis Marſ. conſ. 2. n. 46. 37. * 48. Fel. in c. 2. nu. 12. ubi Dec. n. 27. atteſtatur* de cõmuni, de teſtib. Grat. conſ. 2. col. ult. li. 2. Car. Pariſ. conſ. 57. col. 2. li. 1. Corn. conſ. 28. col. 2. li. 3. & conſ. 5 134. in prin. li. 1. ſicuti †in cã matrimoniali, Gl. in c. 1. uerbo, maiores, de conſang. & affin. ubi Abb. n. 5. & alij, Crau. conſ. 169. col. 1. Grat. conſ. 2. n. 3. & 34. li. 2. Zaſ. conſ. 4. nu. 11. li. 2. Dec. conſ. 310. col. 1. &* * communiter Docto. vt per Gabriell. lib. commun. opin. conclu. 8. in principio.

His tamen non obſtantibus, contraria opinio ne- * gatiua eſt uera, &* communiter recepta, ut ad probandam confidentiam non requirantur teſtes om- 6 ni exceptione maiores, ſed ſufficiant † criminoſi, & alias inhabiles, Nau. in man. c. 23. ſub n. 110. uerſic. noto 9. Maſcard. de probat. concl. 1306. nu. 16.

Quæ concluſio probatur expreſſe in d. conſtitut. Pij V. in §, *cæterum criminoſi, & cæteri omnes qui ad perhibendum in caſibus Simoniæ teſtimonium recipi poſſunt ad prædicta omnia admittũtur &c.* nã 7 in crimine Simoniæ quælibet †perſona indiſtincte admittiẽ in teſtẽ, & ad teſtificandũ, & exceptiones cuiuſque generis, & qualitatis repelluntur, & nõ ad- 8 mittuntur, præterquam exceptio †capitalis inimicitiæ, & cõſpirationis, vt probat tex. in c. licet heli, de * Sim. vbi Gl. Ant. de Butr. Abb. Anan. Fel. &* cõiter Doct. & eſt etiam tex. in c. per tuas, el 1. eo. titu. ubi Gl. Abb. Fel. & alij oẽs, Gl. in c. cũ P. de accuſat. Redoan. de Sim. p. 4. c. 5. nu. 7. & 9. cum ſequ. Nauar. in man. d. c. 23. ſub nu. 110. & ratio ibi ponitur, quia 9 Simonia eſt maius †crimen omnib. alijs criminib. d. c. per tuas, c. ult. 1. q. ult. & quaſi maius hæreſi, c. eo. 10 1. q. 1. ſed ad probandam hereſim quelibet †perſona admittitur & crimine irretita, & inhabilis, c. tãta, de heret. c. ſi quis Papa, di. 79. l. ſi quemquam, C. de Epiſ. & cle. Gl. in c. ueniens, el 2. in fi. de teſtib. Lap. alleg. 94. col. 1. uerſ. & iõ inſurgit Io. And. in addit. ad Spec. tit. de teſte, §. 1. deciſ. Tholoſ. 3. in fi. Abb. in c. cum in tua, nu. 7. de ſponſa. Marſi. cõſi. 102. col. 1. uerſ. opponit. Grat. conſ. 59. colum. 1. uerſ. accedit quoque, lib. 2.

Accedit, quia Simonia, & confidentia eſt de illis 11 criminib. quæ ſolent committi, †occulte, ut per Re- * doan. de Sim. p. 4. c. 6. col. 3. & 4. eſt* commune opinio Doct. & tamen, quoties ſumus in his criminib. 12 & veritas †aliter haberi non poteſt, tunc teſtes minus idonei fidẽ faciunt, c. ueniens, el 2. in fine de teſtib. & ibi, Gl. ult. c. cũ dilecti, & ibi Gl. de elect. Gl. in c. 3. loco, in uerbo iurare, de prob. Lap. allega. 94. col. 1. Marſi. ſing. 73. & conſ. 31. nu. 32. & conſi. 42. nu. 5. & conſ. 102. col. 1. nam rõne difficultatis illi teſtes recipiunt, qui alias a teſtificando reijcerẽtur, ut optime ſcribit Rom. conſ. 76. col. 2. uerſ. 2. Idem ꝓ- 13 batur. Et ideo minor †25. ann. in criminalibus admittitur, quando aliter veritas haberi non põt, Iaſ. in l. ult. col. 1. C. de his, quib. ut indig. Marſil. in leg. Diuus, col. 2. uerſ. nota etiam, ff. de quæſtionib.

14 Hinc laicus admittitur †contra clericum, quando veritas aliter probari non poteſt, Abb. Ant. de But. Fel. & alij omnes, in c. de cetero, de teſtib. Alex. cõſ. 64. col. 1. li. 1. Gramm. uot. 45. nu. 20. Marſi. in prax. * §. diligenter, nu. 81. cõis* opinio teſte Gabr. com. cõ- 15 clu. de teſtib. concl. 7. nu. 6. Hinc †meretrices, lenones, & alij infames, quando veritas aliter haberi nõ põt in criminalib. admittuntur, Salic. in l. ea quidẽ, col. 1. C. de accuſat. Marſil. in d. §. diligenter, nu. 8.

Comprobatur ex atrocitate delicti, ob quã cau- 16 ſam licere iura transgredi †ſcriptum reliquit Innoc. communiter* receptus in c. 1. de cõſt. ut refert Clar. lib. 5. recept. ſent. §. 1.

Dubium tñ oritur, an ad probandã Simoniã, & 17 confidentiã admittatur hereticus, †& paganus? Reſpõde negatiue, Gl. in c. ſi diſs, de ſim. in uerb. catholicus, Redoã. de Sim. p. 4. c. 5. n. 13. cũ ſeq. Hinc Iu- 18 dæus non †eſt idoneus teſtis cõtra Chriſtianũ in cauſis criminalib. c. 1. & 2. c. Iudex, de teſtib. c. ſi pagan', & c. ſi her eticus, 2. q. 7. l. qm, C. de hæret. Marſ. cõſ. 12. col. 3. quia, qui Deo †eſt infidelis, non poteſt ho- 19 mini eſſe fidelis, cap. non poteſt, 2. q. 7.

Scdõ dubitaẽ, an probetur confidentia ꝑ teſtes *20 ſocios criminis? cõis* opinio eſt † affirmatiua in Simonia, q̃ tenent, Gl. in c. vlt. 15. q. 3. & in c. ſi qs Papa, di. 79. Doct. oẽs, in c. 1. de teſtib. li. 6. Ang. ĩ ſum. in uerbo teſtis, cũ alijs, vt ꝑ Redoan. de Sim. p. 4. c. 5. n. 28. ſpãle enim eſt in trib. criminib. exceptis, ꝑut 21 ſocius criminis admittaẽ in teſtem, ſ. †in cã hæreſis, læſæ maieſtatis, & Simonia, d. c. 1. de teſtib. li. 6. ubi * omnes Doct. nam in alijs ſecus, communis* opinio, vt per Ioan. de Amic. conſi. 27. num. primo, Gl. in l. ult. C. de accuſa. Clar. li. 5. recept. ſent. §. vlt. queſti. 21. uerſ. Dictum ſocij. In confidentia autẽ pluries reſoluit Rota teſtes ſocios, crimin. s repelli in una Aquen. Beneficij Lunæ 17. Maij 1593. coram R. P. D. Blan-



D. Blanchetto, & alias, & in ſimonia fuit dictum in illa Firmã. Cappellaniæ de anno 1582. coram S. D. N. Et in illa Tullen. Parochialis coram Decano veneris 28. Maij 1593.

Et hoc procedit, quoties eſſent ſocij criminis, & 22 †muneris, nam tunc abſque dubio non admitterentur in confidentia, ſicuti ueque admittuntur hoc ca- * ſu in ſimonia, vt fuit reſolutum* in Rota in una Pãpilonen. Parochialis de Paterna coram D. Fabio Accorambono Decano 13. Iunij. 1552. teſte Caputaq. deciſ. 244. par. 3. & ratio eſt, quę ponitur per Doct. in d. c. 1. de teſtib. li. 6. & in c. ueniens el 1. de teſtib. Et quoties agitur ad effectum priuationis, & ita diſtinguit, Fab. deciſ. 47. li. 2. not. in d. Tullen.

Et ampliatur hoc procedere, etiã ſi ageretur de ſimonia ciuiliter, Redoã. de ſim. p. 4. d. c. 5. n. 28. Sal. in l. qñ liberi, n. 6. C. de teſtib. Dec. in c. 2. de conſ.

Ampliatur ſecundo, procedere, etiam ſi teſtes ſocij criminis, & muneris nihil receperunt, quia ſuffi- 23 cit, quod eis fuerit †promiſſum, vt fuit* reſolutum in d. Pampilonen. teſte Caputaq. citata deciſ. 244. p. 3. nu. 3. & etiam tradit, Gl. in d. c. 1. de teſtib. in 6. Dec. in c. ueniens, el 1. nu. 9. ante finem de teſtib. Ita in ſi- 24 mili dr aſſaſſinus, ſi tantum fuit †promiſſum, ut occidat, licet nihil habuerit, Sali. in l. non ideo minus, in fi. C. de accuſat. Curt. Sen. conſ. 20. col. 18. uerſ. omit- * to poſtremo, Grammat. uot. 9. colũ. 1. communis* opinio, ut late reſoluit alios allegando Gabriel. de malef. concl. 1. num. 1. cum ſeq.

Et hunc criminis participem a teſtimonio repelli ſcribunt Fulg. conſ. 136. col. 2. in fi. Cor. conſ. 112. nu. 5. li. 3. conſ. 58. nu. 5. li. 1. Gramm. deciſ. 25. nu. 1. & deci. 40. nu. 16. Card. Pariſ. conſ. 53. nu. 15. uol. 4. cum alijs, vt per Maſcar. de probat. concl. 466.

Et reliqua circa materiam hanc vide, quæ poſui de reſig. benef. lib. 14. qu. 10. ubi latiſſime tractaui hanc quæſtionem.

25 Teſtes †autem inimici repellentur, ut fuit* reſolu- * tum in Rota, in una Aquen. Lunæ 17. Maij 1593. coram R. P. D. Blanchetto, & in illa Imolen. proxime citanda.

26 Ita †& etiam qui nimis audacter deponunt, ac animoſe loquuntur, Anch. conſ. 227. ſub nu. 5. Ale. conſ. 5. nu. 4. li. 3. Gramm. conſ. 12. nu. 14. Crauett. * conſ. 1, nu. 9. & ita fuit reſolutum in una* Imolen. cõfidentię Lunæ 24. Febr. 1592. coram R. P. D. Pamphilio.

27 Ita †pariter non probant teſtes de auditu, etiam de publica uoce, & fama, etiam ſi cum hac publica uoce, & fama adſit unus teſtis, nam pluries fuit re- * ſolutum, ex hoc non probari ſimoniam, in illa* Firman. de anno 1582. coram S. D. N. in d. Imolen. & Aqu. Gl. in c. ueniẽs 1. de teſtib. Dec. cõſ. 210. in fi.

### SVMMARIVM.

1 *Teſtis vnus non probat.*
2 *Etiam ſi eſſet in dignitate.*
3 *Vbi cauſa eſt commiſſa conſcientiæ alicuius vnus teſtis non ſufficit.*
4 *Plures teſtes ſingulares nihil probant.*
5 *Teſtes ſingulares probant confidentiam.*
6 *Ob difficultatem probandi ſufficit vnus teſtis.*
7 *In Criminalibus duæ probationes imperfectæ, non iunguntur.*
8 *In Ciuilibus ſecus.*
9 *In crimine uſurarum coniunguntur probationes imperfectæ.*
10 *In confidentia iunguntur præſumptiones.*
11 *Quælibet probatio, quæ iungi debet eſſe ſemiplene probata.*
12 *Cum agitur de probando quid in genere, ſufficiunt teſtes ſingulares.*
13 *Iuriſdictio probatur per teſtes ſingulares.*
14 *Conſuetudo quoque.*
15 *Poſſeſſio etiam.*
16 *Et fama.*
17 *Et hæreticus.*
18 *Adulterium.*
19 *Furor.*
20 *Electio ſepulturæ.*
21 *Quælibet coniectura probanda per duos Teſtes.*
22 *Papa poteſt ſtatuere in certis caſibus, vt ſtetur dicto vnius Teſtis.*
23 *De iure Diuino requiruntur duo Teſtes.*
24 *Papa non poteſt diſpenſare uper iure diuino.*

Confidentia probatur per teſtes ſingulares.

## QVAESTIO LXVII.

SExageſimo ſeptimo, Quæro, quot teſtes probẽt coniecturas, ſeu præſumptiones confidẽtię poſitas in Conſtitutione Pij V. & an teſtes ſingulares ſufficiant? Et quidem uidetur dicendũ, requiri duos ad minus teſtes, & ſingulares non probare. nam re- * cepta* eſt doctorum ſententia teſti unico non ad- 1 hiberi †fidem, cap. licet, c. ueniens, c. iuſiurandi, de teſtib. c. admonere, 33. q. 2. c. in nomine domini de te- 2 ſtib. etiam ſi ille eſſet †in dignitate quantumuis maxima conſtitutus, Bellam. deciſ. 628. cum tribus ſeq. Feli. in c. quod ſuper col. 4. de fid. inſtr. idem Feli. in c. poſt ceſſionem, col. 4. de proba. Soc. Sen. reg. 423. 3 & etiam ſi cauſa eſſet commiſſa conſcientię † alicuius Alex. conſ. 209. col. ult. li. 6. & etiam ſi ſit iudicãdum inſpecta ueritate, & æquitate Corn. conſ. 165. * uol. 4. & recepta* pariter eſt doctorum ſententia teſtes ſingulares non probare, c. nihilominus, vbi Gl. 3. q. 9. c. tam literis, vbi etiam Gl. 2. de teſtib. ca. cum dilecti, de elect. c. licet cauſam, vbi Abb. col. 2. de probat. Petr. de Anchar. conſ. 274. Corn. conſ. 286. col. 2. lib. 3. Alex. conſ. 3. in fi. li. 1. Cardi. Pariſ. conſ. 57. 4 col. 2. uol. 1. etiam ſi eſſent †plures, Bal. in l. iuſiurandi, col. 2. C. de teſtib. Ale. conſ. 18. col. ult. li. 4. & cõſ. 20. & conſ. 71. eo. li. Card. Pariſ. d. conſ. 57. loc. cita. * Soc. Iun. conſ. 90. nu. 8. uol. 2. Et* in crimine ſimonię fuit reſolutum in illa Firman. Capellaniæ 10. Maij. 1582. coram S. D. N.

His tamen non obſtantibus, contraria opinio * 5 communiter eſt recepta, ſufficere teſtes †ſingulares, vt tradũt Nau. in man. c. 23. ſub n. 110. uerſ. nota 9. Maſcard. de probat. concl. 1306. num. 15. & probatur expreſſe in d. conſt. Pij V. in §. Teſtes autem de quaque re ſingulares ſingula probare valeant præſumptiones, & coniecturas, &c. quæ verba probant, quod licet de iure communi, quælibet præſumptio eſſet probanda per duos teſtes conteſtes, hodie autem ſufficit, vt probetur per teſtes ſingulares, & ſic Pius V. dimidio minori probatione contentatur, q̃ 6 de iure communi requiritur. Et ratio huius concluſionis ponitur in eadem Conſtitutione Pij V. in §. ſiquidem, ibi, *ſed pleriſque cauſis præſumptiones, & coniecturas, quæ ad illud probandum deducuntur minime ſufficere*, eiuſque rei cauſa plurimos, qui ante litterarum prædictarum editionem huiuſmodi

M 2 confi-

confidentiam exercebant,vbi cognouerunt obſtru
ctam ueritatem ob difficultates probandi in iudi-
cijs confidentias ipſas contempta conſtitutione p̄-
dicta,Eccleſias,monaſteria,& beneficia ſic recepta,
vt prius retinere alios fructus,penſiones,& alias res
accipere,alios eorum exemplo ad ſimilia,& grauio
ra fidentius commoneri,&c.Difficultas igitur pro-
6 bandi operatur,vt†ſufficiat vnus teſtis,doct.in l.pri
ma,§.vltimo,ff.de uerb.oblig.Marſi. in l. ſi quis ne
quæſt.colum.32.uerſicu.& reſpondendo,ff.de quæ
ſtio.& late deducit Gabriell.de teſtibus conclu.pri
ma,& 2.

Et facit,quod fuit deciſum in una Biſinianen.pē
ſionis de anno 1574.coram Illuſtriſſimo Lancelot
to.Vnde licet in criminalibus regulariter duæ pro-
7 bationes imperfectę non iunganturt†ad faciendam
plenam probationem,Gloſſ.Anton.de Butr.Imol.
Felin.& alij in cap.ueniens,1.de teſtibus Anan.con
ſi.59.colum.2.in fin.Archid.in cap.ſciant,2.quæſt.
8.Oldrad.conſi.192.poſt med.Iaſ.conſi.167.colū.
* vltim.lib.4.communis,*de qua atteſtatur Marſi. in
l.de minore,§.plurimum,num.55.ff.de quæſt.Dec.
conſi.429.num.9.& conſ.210.in fin.fallit tamen in
hoc crimine,in quo ſpeciale eſt,propter eius graui-
tatem,vt probationes imperfectæ ſimul iungantur
8 ad conſtituendam plenam probationem, ſicuti in†
ciuilibus iunguntur,Bar.in l.2.§.primo, ff.de excuſ.
tut.& in l.prima,§.idem Cornelio,ff.de quæſt.Ale.
cōſ.20.libr.4. Anch.conſ.276.col.prima,Imo.con
ſi.138.colum.prima,Cardin.Pariſ.conſi.3.num.95.
* volum.4.Marſil.conſil.20.num.47.communis*opi
nio teſte Grammat.conſil.ciuil.45.num.9.Gabrie.
de probat.conclu.prima,num.primo, ubi infinitos
9 congerit,& in†crimine vſurarum, Baldus, in l.pri-
ma,colum.penultim.& ultim.C. de teſtament. Iaſ.
conſi.11.lib.2.Crauett.conſi.73.colum.prima,Soc.
Iun.conſi.97.lib.2.

10 Eo magis cum†facilius iungantur plures pręſum
ptiones ad plenam probationem(vt in caſu noſtro)
Anton.de Butr.in cap.ueniens el primo,colum.ul-
tim.de teſtibus Gabriell.d.concluſ.prima, numero
* 63.& ideo receptum * eſt iungi duas præſumptio-
nes ad plenam probationem,Glo.in cap.accedens
el ſecundo,ut lit.non conteſt.& in ca. cum cauſam,
in glo.2.de probat.Ioan.de Anan.conſ.49. colum.
prima,uerſic.ex quibus Roman.conſi.7.colum. pri
ma,& conſ.54.in fin.Craue.conſi.35.num.6.& con
ſi.73.num.20.& conſ.159.num.11.

Accedit,quia hæ pręſumptiones,quæ iunguntur
in caſu noſtro, vnaquæque probatur ſemiplene, &
tamen probationes imperfectæ indiſtincte iungun
tur,cum quælibet probatio,quæ iungi debet,ſit ſe-
11 miplene, †. probata,Bartol.in le.ſpadonem,§. qui
iura,de excuſat.tuto.Paul.de Caſtro.conſilio 92.in
fin.libro 2.Ancharan.conſi.276.colum.prima,Are
tin.conſil.65.colum.2.Alexand.conſil.20. columnn.
prima,uerſicu.finaliter,libro 4. ſufficiunt etiam te-
12 ſtes ſingulares,cum agitur de probādo†quid in ge-
nere,gloſſ.in leg.ob carmen,§.vltim.ff.de teſt.Ab
ba.in capitul.cum dilecti,de elect.Ancharan.con-
ſil.277.columna 4.Franc.Curt.conſil.64.colum. 2.
* Grat.conſil.150. columnn.2. libro 2. Communis *
opinio teſte Corne.conſil.34.colum.penult. & con
ſil.247.colum.8.libro 1.ut habemus exemplum in
13 probanda†iuriſdictione,in qua ſufficiunt teſtes ſin-
gulares,Innocen.in cap.qualiter, & quando,de ac-
cuſat.Alexand.conſil.3.colum.4.libro 4.Bald.in le.
prima,colum.ultim.C.de teſtibus Socin.Iun.conſi.
14 98.columna 3.libro 2.Et ad probandam†conſuetu
dinem, Alexand.conſil.172.colum.3. libr. 2.Guid.
Pap.conſil.116.& conſil.131.Cardin. Pariſ.conſil.
15 25.colum.ultim.uolum.4.Et ad †probandam poſ-
ſeſſionem,Felin.in capit.licet ex quadam,columna
4.in fin.de teſtibus,Bald.in leg.actor.columnn.3.C.
de probat.Alexand.conſil.64.colum. prima, libro
2.Ruin.conſ.44.numero 4.uolum.4.& conſ.67.nu-
16 me.15.uolum.5.Et ad probandam†famam. Barto.
in le.plurimum,§.tormenta,columnn. 5.de quæſtio.
Corne.conſi.34.colum.penul.libr.2.Alexand.con-
ſil.51.colum.penult.libro primo,Franc.Curt.conſ.
17 64.colum.4.Et ad probandum † quem hęreticum,
Ioann.Anan.in cap.primo,in fin.de hæret.Calcan.
conſ.10.colum.6.& ſequent.Alexand.conſ.85.co-
lum.ultim.libr.2.Soc.Iun.conſ.99.colum. 3.libr.2.
Ad probandam confeſsionem,Cardin. Pariſ. conſ.
18 57.colum.penult.uolum.primo., ad probandum †
adulterium Iaſ.conſ.11.libr.2.& ſtuprum Soci.Iun.
d.conſ.99.colum.prima,libr.2.Boer. deciſ. 23.nu-
mero 44.Alexan.conſ.13.colum.ultim.lib.7.& pro
bandum cenſum,Caſſan.conſ.16.columnn. ultim.&
19 ad probandum†furorem,Alex.conſ.85.col.ult.li.2.
Pariſ.conſ.87.col.2.uol.3.Ruin.conſ.67.col. 4.uol.
20 1.& ad probandum†electionem ſepulturæ, Guid.
Pap.q.544.His igitur,& alijs caſib.ut per Maſcar.
de probat.to.1.q.5.nu.118.Gabr.de teſt.d.conclu.
2.ſufficiunt teſtes ſingulares,ideo non erit nouum,
vt etiam in caſu noſtro ſufficiant ob rationem alle-
gatam ſupra.

21 Et,licet regulariter,quælibet †coniectura ſit pro-
banda per duos teſtes ad minus,Gl.in l.ult.in uer-
* bo,uel inducijs,C.fam.erciſ.communis* opinio te-
ſte Soc.conſ.54.nu.2.lib.4.Io.de Amic.conſ. 127.
nu.10.ubi dicit,non legiſſe contradictorem,tamen
in caſu noſtro vnus teſtis probabit unam coniectu
ram,ad not.per Clar.li.5.recept.ſent.§.ult.q. 22. &
dicit Fel.in c.humilis,n.7.uerſ.non poſſit de maio.
& obed.in certis caſibus poſſe ſtatui per Papam, vt
22 †ſtetur dicto unius teſtis,Spec.de teſtib.§.reſtat,nō
tamen generaliter ſtatuere hoc in omni caſu, cum
23 ſit de iure diuino†ut duo teſtes requirantur,c.in om
ni,de teſt.c.cum eſſes,c.relatum, de teſta. & in his,
* quæ ſunt*iuris diuini,non poteſt diſpenſare,c.litte-
ras,& ibi omnes de reſtit.ſpol.c.ult.§.is itaque.diſt.
6.Gem & Prępoſ.in c.ſicut diſt.14.D.Th.4.quoli.
24 q.14.& in 4.ſen.di.27.q.14.Hodie autem 7.li. De-
cretalium in hac parte reformatur conſtitutio hęc,
& ſtatuiſ,ut duo teſtes requirant̃,& optima rōne.

SVMMARIVM.

1 *Confidentia probatur confeſſione partium.*
2 *Confeſſio eſt vera,& propria probatio.*
3 *Confeſſio maior probatio,quam per teſtes.*
4 *Et validior.*
5 *Confeſſio ſuperat omnes probationes.*
6 *Confidentia eſt Simonia conuentionalis.*
7 *Simonia probatur Confeſſione.*
8 *Confeſſio ſuperat coniecturas.*
9 *An Confeſſio reſignantis ante reſignationem noceat reſignatario.*
10 *Reſignans quando poſsit præiudicare reſignatario.*
11 *An confeſsio reſignantis poſt reſignationem noceat reſignatario,& nu.21.*
12 *Confeſsio probat contra confitentem.*

13 *An*



13 *An Confeſſio facta in vno iudicio probet in alia.*
14 *Confeſsio in iudicio eſt illa,quæ præiudicat.*
15 *Inimico non creditur.*
16 *Confeſſio vnius partis in materia confidentiæ , an poſſit diuidi.*
17 *Teſtes de Confeſſione reſignatarij non probant.*
18 *Dicta teſtium in dubio interpetrantur contra producentem.*
19 *Indicia in Simonia debent eſſe concludentia.*
20 *Fama cum Teſtibus ſingularibus non probant Simoniām.*
21 *Confeſſio de Simonia,quando probat.*
22 *Ex ſupplicatione abſolutionis a Simonia non probatur Simonia.*

## QVAESTIO LXVIII.

Confeſſione,quando probetur confidentia.

SExageſimo octauo,Quæro,an confidentia pro-
betur ex confeſſione partium reſignantis vel
1 †reſignatarij?Communis*opinio eſt affirmatiua,ſe
* cundum quam fuit reſolutum in vna*Cæſaraguſt.
* teſte Pelegr.deciſi.338.lib.2.in recollect.manus.&
tradit R.P.D.Seraphinus deciſ.90.lib.primo manu
ſcr.& colligitur ex Caputaq.deciſ.242.p. 3.

2 Primo,probatur,quia†confeſſio eſt vera,& pro-
piè probatio Salice.in rubr.C.de probat. colū. ult.
Barto.in l.ſi duo Patroni,§.Idem Iulianus,ff.de pe-
tit.hæred.Hoſtien.in ſumm.de probat.§. vlt. Spe-
culat.eo.tit.§.videndum,& hanceſſe veramopinio
nem atteſtatur Dec.in rubr.ext.de probat.numero
77.& ibi hanc defendi ex pluribus rationibus,& au
ctoritatibus,confutando contrarias: immo eſt for-
3 tior,probatione†per teſtes,& inſtrum.Gramm.de-
4 ciſ.36.num.66.Soc.iun.conſi.39.num.18.lib.2.&†
validior.l.generaliter.C.de rebus credit.l.publia,in
fin.ff.de poſ.cap. Lotarius.30.q.2.Abba.conſ. vlti.
colum.vlt.lib.2.Bald.in l.Deo nobis in 5.not.C.de
Epiſc.& Cler.Craue.conſi.60.numero 3.& maior
Craue.conſ.217.num.10.& conſ.121.num.4. Zaſi.
conſ.primo,num.4.& 5.lib.primo,Menoch.de re-
cuper.poſſ.rem.primo,num.217.Tancred.de ordi.
5 Iudic.lib.3.tit.de confeſſ.& uere†ſuperat omnes a-
lias probationes,Dec.conſ.38.num.6.Cardi. Pariſ.
conſ.112.num.42.volum.4. Ergo confeſſione po-
teſt probari confidentia cum poſſit probari teſti-
bus,& Inſtrumentis.Auth.multo magis, C. de Sa-
croſan.Eccleſ.

6 Secundo,quia†confidentia eſt ſimonia conuen-
* tionalis,vt ex communi ſæpius eſt dictum,ſed ſimo
7 nia†probatur per confeſſionem factam in iudicio
criminali per eum,qui ante reſignationem conue-
nit cum reſignante de dando illi penſionem,& po-
ſtea beneficium fuit reſignatum in manibus Ordi-
narij ſimpliciter,& poſtea Reſignatarius conſenſit
penſioni,cum iſte tractus ſit ſimoniacus,Bellam.dę
* ciſ.12.& ita fuit reſolutum in vna Vlixbonen.*
Quartariæ coram Accorambono Lunæ Die 16.
Maij 1552.teſte Caputaq.deciſ.242.par.tertia , &
tradit Bald.conſ.31.num.primo,lib.3. Maſcard.de
probat.conclu.1305.num.7.ex c.presbiter,15.q.5.
* & eſt communis*opinio.Ergo,&c.

Tertio,quia ſi extrauag.Pij IIII.& Pij V. volunt
ſufficere coniecturas,& præſumptiones ad proban
dam confidentiam,ergo eo magis ſufficiet confeſ-
8 ſio,quæ non ſolum ſuperat †, coniecturas, ſed om-
nes alias probationes,Dec.conſ.38.num.6.& com-
* muniter*Doct.vt ſupra adduxi.

9 Dubium tamen†eſt,an confeſſio reſignantis con
fitentis de confidentia ante perfectam reſignatio-
nem noceat reſignatario?

Pro negatiua adducitur deciſ.Put.6.de confeſ.in
recollect.manu.Et ratio eſt,quia regulariter confeſ
ſio cedentis non probat contra ceſſionarium,nec ei
nocere poteſt.Paul.de Caſtr.conſi.134.num.3. lib.
primo,Corn.conſ.139.num.4.lib.3.ubi atteſtantur
* hanc eſſe communem * opinionem.Cardin.Pariſ.
conſ.58.num.8.& 12.& ſequen.volu.primo,& con
ſi.19.num.59.vol.3.Raff.Cuman.conſi.79.colū.1.
Gozad.conſ.3.num.8.Affl.deci.163. in fin.Alciat.
in l.1.§.ſed ſi mihi,num.41.ff.de uerb.oblig.Salice.
* in l.ult.C.de procur.& communiter* Doct. ut per
Tiraqu.de vtroque.retr.tit.de retr.legn.§.2. glo.2.
num.14.Et probatur in le.facta, §. ſi heres cum ibi
plene not.ff.ad Trebell.l.patrem,§.vlt.ff. quemad-
mo.ſeruit.amitt.& ita fuit reſolutum in una Medio
* lan.*hoſpitalis,8.Iunij 1551. coram Reumano, ut
retuli,lib.1.de reſign.benef.q.16.num.24.

Contraria tamen opinio affirmatiua eſt uera, vt
huiuſmodi confeſſio reſignantis noceat reſignata-
* rio ſecundum,quam iudicauit Rot.*in una Legio-
nen.Canonicatus,& præbendæ,Die Veneris,2.De
cembris 1569.coram R.P.D.Seraphino, ut ipſe at
teſtatur dicta deciſi.90.libr.1.in recoll. manuſcrip.
quamuis Rota die 17.Nouembris 1568.corā Ora-
dino nihil reſoluerit,& in ſimilibus terminis fuit re
ſolutum in una Tiraſonen.Archipreſbiteratus co-
ram Marſicano,27.Maij 1541.teſte Put.deci. 141.
lib.1.& ratio eſt,quia reſignans ante perfectam reſi
10 gnationem†potuit reſignatario præiudicare cōmu
* nis opinio*teſte Caputaq.deciſ.93.num.4.par.1.&
dixi de reſign.benef.lib.1.q.16.num.20.

Non obſtant argumenta in contrarium allega-
ta,quia procedūt in confeſſione facta poſt reſigna
tionem,ut declaraui,d.qu.16.lib.1.de reſign.benef.
colum.2.& 3.

11 Aliqui ampliant hanc † concluſionem,vt confeſ
ſio formalis reſignantis de confidentia commiſſa
noceat reſignatario , etiam ſi ſit facta poſt reſigna-
tionem,& ita intelligūt deciſ.Rot. ſupra allegata,
cum aliter non poſſet verificari : quia confidentia
committitur in ipſo actu ceſſionis,& mouētur etiā,
quia ſufficiunt coniecturæ,& præſumptiones ad p̄
bandum hoc crimen,ergo eo magis confeſſio, tum
etiam,quia,cum præſupponamus huiuſmodi con-
feſſionem non concernere commodum cedētis, er
go nocebit reſignatario,tam ſi ſit facta ante reſigna
tionem,vel in actu reſignationis,quam ſi poſt,quia
fere in his caſibus eadem eſt ratio,ut egregie decla
rat Corn.conſ.129.ſub num.4.lib.3. Doctores igi-
tur ſupra allegati dicētes confeſſionē cedentis poſt
ceſſionem non nocere ceſſionario loquuntur in ca-
ſu,quando illa confeſſio tenderet ad commodum
reſignantis,vt per Maſcard.de probat.conclu.374.
nu.3.ſed a contraria opinione non eſt recedendū,
quia ita tenuit Rota ſæpe,ut dicam infra, n.22. Et
nota,quod omnes in hoc conueniunt,ut confeſſio
12 †reſignantis,quandocunque facta contra ipſum in-
ducat effectualem probationem,ut tradit Card.Pa-
riſ.conſ.58.num.8.uol.1.ubi alios allegat.

Amplia rem procedere ſi confeſſio fuiſſet facta
13 in alio iudicio, nam regulariter confeſſio †facta in
uno iudicio probat in alio niſi contra confeſsionem

M 3 illam

I llam fuiſſet iudicatum Alexand.in l.2.numero 27.
C.de edend.ubi Rip.numero 21.Dec.nume.62.Et
* ſuit ita reſolutum in una* Terdon. Archipresbyte
* ratus veneris 15.*ann.1552.coram D. Capiſucco,
teſte Caputaq.deciſ.197.par.1.
Et quod dictum eſt de confeſſione reſignantis, ut
prei udicet ſibi & reſignatario.
Intelligitur a Doctoribus in confeſſione facta in
14 iudicio quam† prçiudicare eſt tex.in c.ult.&c. ueſtra
ubi gl.de cohab.cler.c.cum olim in fi.de uerb.ſignif.
c.ult.de reſt.ſpol.l.prima,C.de confeſſ.l.prima,§. di
uus,ff.de q.l.generaliter C.de non num. pec. Corn.
conſ.224.lib.4.Salic.in l.unica .C.de confeſſ. com-
munis*opinio,ut per Maſcard. de prob.concl. 348.
Ideo ſcribit Nauar.in conſ.66.in tit.de Simo.In-
cip.Reuerendiſ.Pater,nu.4.quod eſt tranſpoſitum,
fol.299.tom.2.nu.4.quod confeſſio reſiguantis di-
centis,& publicantis,quod in tractatibus ſuper re-
ſignatione interuenerut illicita pacta,ac ſimoniaca,
& confidentialia,non probet confidentiam, quia
emanauit huiuſmodi confesſio extra iudicium, &
nullus præter ipſum id teſtificetur arg. c.a nobis de
15 teſtibus.Et quia erat† tunc inimicus cui non credi-
tur etiam in crimine ſimoniç,cap.per tuas el grande
verſic.hæc omnia de ,Sim.Et quia contrarium poſt-
ea in iudicio depoſuit.
Dubium eſt,ſi vnus eorum in iudicio confitea-
tur perceptionem fructuum fuiſſe factam poſt reſi-
gnationem,ſed ex tali cauſa,an huiuſmodi confeſ-
16 ſio poſſit diuidi per Iudicem? Pro † utraque parte
poſſent adduci argumenta, & doctrinæ, Rota ta-
* men in una * Brixien.prçtenſæ confidentiç 5.Iunij
1591. coram R. P. D. Pegna videtur tenuiſſe non
debere diuidi ex Abb.in c.bonæ.n. 29.de reſt.ſpol.
* Et Rota * in una Firman.Cappellaniæ S. Ma-
riæ,Lunç 7.Maij 1582.coram R. P. D. Aldobran-
dino ,nunc S.D.N.tenuit quoſdam teſtes deponen
17 tes de confeſſione† reſignatarij de datione facta re-
ſignanti non probare ſimoniam,cum ſpecifice non
deponerent cauſam, & potuerit eſſe dediſſe cauſa
remunerationis,aut ex alia cauſa, ex qua exclude-
18 retur delictum,& dicta † teſtium ſemper interpre-
tantur contra producentem, Rot. deciſio. ſexta de
teſtibus.Tiraquell.de retrac.lign.§.primo. gloſſ.6.
num.4.Dec.in cap.ueniens 1.de teſtibus . Et in ea-
dem fuit dictum indicia, & coniecturas in crimine
19 ſimon.debere eſſe euidentia,& concludentia,& pro
20 pterea fama† cum teſtibus ſingularibus de confeſ-
ſione non probare ſimon.Dec.d.cap.ueniens.num.
12.in fin.uerſicu.non obſtant.Put.Dec.171.in fin.
21 de ſimon.In eadem etiam fuit dictum† confeſſioné
cedentis poſt ceſſionem non præiudicare ceſſiona-
rio,Paul.de Caſtr.in le.facta,§.ſi hæres,ff. ad Tre-
bell.Afflict.dec.165.num.5.Riminald.conſil.151.
num.12.libr.prim.& conſil.381.nu.21.& 23.lib.2.
22 Et in terminis de† Simonia,quod confeſſio reſigná
tis de Simonia non probet aduerſus reſignatarium
conſuluit Alciat.reſponſo 2.libr.primo,colum.pri-
ma,ubi hoc probat pluribus argumentis, & fuit re-
* ſolutum in Rota in * vna Tullen.parochialis co-
ram Decano ueneris 28.Maij 1593.per doctrinas
allegatas,quibus adde,Caputaq.deciſi. 185. par. 1.
Idem quoque dicendum erit in confidentia,quia vi
get eadem ratio.
23 Et hanc † concluſionem amplia, etiam ſi Reſi-
gnans poſt reſignationem ſupplicaſſet Papæ pro
abſolutione a Simonia commiſſa cum reſignatario.

vel à confidentia,nam ex hoc non arguitur,& pro-
batur Simonia,& confidentia,ut fuit dictum in di
cta Tullen.parochialis coram Decano. nam cum
ea confeſſio emanauerit a Reſignante, non poteſt
præiudicare reſignatario,Bald.in leg.in bonæ fidei,
colum.5.verſic.expedita eſt tertia pars, C.de rebus
cred.Felin.cap.ſi conſtiterit,colu.2.de accuſat.Dec.
in rub.de conſt.num.54.
Immo nec contra ipſum talis confeſſio petendo
abſolutionem probat Simoniam,& confidentiam,
* vt fuit dictum in una*Britonorien.Commendç Lu
nç 12.Decembris 1588.coram Gipſio, quia uide-
tur ad cautelam petere pro ſcrupulo,quem habet,
faciunt not.per Angel.in verbo conſcientia nume.
primo.bonarum mentium enim eſt, culpam time-
re,vbi non eſt,cap.2.de obſeruat.ieiun.

*SVMMARIVM.*

1 *Delicta non probantur Inſtrumentis, & ſcripturis & num.7.*
2 *Confidentia probatur per epiſtolas.*
3 *Oratio declarat factum.*
4 *Litteræ probant mentem noſtram.*
5 *Ex litteris miſſis ad hoſtes probatur crimen læſæ Maeſtatis.*
6 *Ex epiſtola probatur mandatum ad delictum.*
8 *Conſpiratio probatur inſtrumentis.*
9 *Literæ probant contra ſcribentem.*
10 *Literæ debent recognoſci.*
11 *Literç amatoriæ repertæ penes mulierem probant.*
12 *Literæ in cifra ſcriptç non probant Simoniam.*

## QVAESTIO LXIX.

Confidentia,quando probetur ex Epiſtolis.

SExageſimo nono Quæro,an confidentia probe-
tur per literas Reſignatarii ſcriptas reſignanti,
aut alteri.
Pro negatiua facit, quia delicta non probantur
1 †inſtrumentis & ſcripturis.Bar.in d.l.in ſenatus nu.
* 2.ff.ad Sen.conſ.Turp.Communis*opinio, de qua
atteſtantur Ber.in c.at ſi clerici numer.14.de Iudic.
Curt.Iun.in auth.ſi quis in aliquo.poſt num. 34. C.
* de eden.& ſeruari in praxi*atteſtatur Gand.de ma-
laf.tit.de pœnit.nu.15.
Affirmatiua tamen opinio eſt uera, & communi-
* ter* recepta † p doctores,& ſecundum eam in facti
2 contingentia iudicauit Rota in vna Mindonien. Ca
nonicatus,& præbendæ,coram D. Antonio Augu-
ſtino die 25.Octobris 1551.teſte Caputaque. deciſ.
200.par.prima.nam ibi reſignans habebat debitũ
500.ducatorum cum quodam mercatore,pro quo fi
deiuſſit reſignatarius futurus,& tunc pro cautela,&
indemnitate reſignatarii,qui fideiuſſerat reſignans
conſtituit Procuratorem ad reſignandum libere in
manibus Papç quendam Canonicatum, & præben
dam in ſui fauorem,qui canonicatus , & præben-
da poſtea fuerunt reſignati per illum procuratorem
fideiuſſori,& in ſuis litteris directis reſignanti, reſi-
gnatarius fatebatur,dicendum ſibi feciſſe reſignare
Canoniuatum,& Prçbendam ex eo, quia ipſe reſi-
gnans non ſoluerat pecunias, quas debebat , quæ
3 ratio† declarat huiuſmodi cõfidentiam l.cum pater
§.dulciſſimis.ff.de leg.ſecundo,& ita reſoluit Rota.
Et probatur hæc opinio,primo , quia , ſi Confi-
dentia



dentia probatur per coniecturas,& prçſumptiones
ſecundum extrauagantes Pij IIII.& Pij V. ergo ſuf
4 ficiunt literç,quæ ſatis clare mentem noſtram† ape
riunt,dd.in c.poſt ceſſionem,de probat.
Accedit quia , cum hoc delictum inter amicos
tractetur,literæ debent ſufficere,cum aliæ probatio
nes minores ſufficiant,dd.in cap.propterea,de teſti
bus Marſill.in Rubr.C.de probat.num. 312. Dec.
conſi.543.num.13.
5 Hinc ex litteris miſſis ad Hoſtes† committi cri-
men læſæ maieſt.tradunt dd.in leg.prima.ff.ad leg.
Iul.maieſta.Boſſ.de crimin.lçſ.maieſt.num.12.fol.
6 132.colum.4. Hinc ex litteris probari † mandatum
* datum ad committendum delictum receptum * eſt
à doctoribus.
Non obſtat argumentum in contrarium addu-
7 ctum,quod delicta non probentur ſcripturis,† quia
reſpondetur illud procedere quando delictum con
ſiſtit in facto ſeparato a ſcriptura , ut eſt homici-
dium,furtum,adulterium,& ſimilia, ſecus autem ſi
delictum conſiſtit in facto coniuncto cum ſcriptu-
ra,ut eſt hæreſis,& Simonia , ac confidentia : nam
tunc poteſt ſcriptura probari, ita notabiliter decla
rat Clar.lib.5.recept.ſent. §. ult.q.54.in princ. fol.
* 146.& eſt communis opinio in* praxi recepta , ut,
quoties ex tenore ſcripturç conſtat de delicto,tunc
probetur ex ea,ita notabiliter Abb. in c.cum in Ec
cleſ.num.2.de maio.& obed.ponens exemplum in
8 obligatione facta† per Canonicos de conſpirando
in Epiſcopum,ut ex illo inſtrumento probetur con
iurationis crimen,& alia exempla, vt per ipſum.
Et huiuſmodi Concluſio comprobatur,quia,re-
9 gulariter litteræ miſſiuæ probant† contra ſcribentẽ,
ut per Bald.in rubr.C.de fid.inſtrum.Bartol. & alij
in l.admonendi,ff.de Iur.iur.Alex.in l.prima,C.de
edend.Card.Pariſ.conſ.90.nu.7.& 12.uol.1.
Declara tamen hanc concluſionem procedere
10 dummodo illç literæ miſſiuæ fuerint† recognitç, vt
egregie declarat Card.Pariſ.conſi.54.num.6.uol.4.
11 dicens,quod literæ† amatoriç reperte penes mulie-
res,apertam coniecturam inducunt ſi fuerint reco-
gnitæ,l.non epiſtolis,C.de probat.l. publica,ff.de
poſiti.l.cum de indebito, ff.de probat. cum alijs , ut
per Felin.in cap.ſcripta,num.12.de fid.inſtr.Barto.
poſt glo.in l.capite quinto,ff.de adulter. Modern.
in rubr.C.de Edendo.Declara ſecundo , dummo-
12 do literæ ſint clare,ſecus ſi in cifra† loquantur, nam
hoc caſu non probant ſimoniam,& confidentiam,
* vt fuit reſolutum in una*Brittonoriẽ.Commendæ
Lunæ 12. Decembris 1588. coram Gipſio, & 3.
Maij 1589.

*SVMMARIVM.*

1 *Confidentia probatur Inſtrumentis.*
2 *Confidentia eſt ſpecies Simoniæ.*
3 *Simonia probatur inſtrumentis.*
4 *Quæ delicta probentur Inſtrumentis.*
5 *Probatio per Inſtrumentum dicitur propria probatio.*
6 *Ac vera,& firma.*
7 *Inſtrumentum dicitur veritas euidens.*
8 *Quod conſtat per inſtrumentum , dicitur manifeſtũ.*
9 *Probatio per Inſtrumentum eſt firmior probatione per teſtes.*
10 *Ex remiſſione debiti probatur Simonia.*
11 *Inſtrumenta correſpectiua probant Simoniam.*

## QVAESTIO LXX.

Inſtrumentis,an probetur confidentia.

SEptuageſimo Quçro, an confidentia probetur
* Inſtrumentis? communis*opinio omnium do-
1 ctorum,eſt affirmatiua, ut patet † ex his, quæ ſcri-
bunt Creſcent.deciſ.78.Moedan.deciſi. 124.Sarn.
deciſ.4.lib.2.Peleg.deciſ.81.& 82.omnes in recolle
ctis manuſcr.& ſecundum hanc opinionem fuit iu-
* dicatum in*Rota die 19. Nouembris 1560. teſte
Caputaqu.deciſi.142.li.2.etiam in recoll.manuſcr.
2 Et hanc concluſionem primo probo,quia† con-
fidentia eſt ſpecies Simoniç,& dicitur Simonia cõ-
uentionalis,Caputaq.deciſ.201.num.primo,par.1.
3 Sed Simonia† probatur inſtrumentis,capit. placuit,
16.q.3.Decius.conſ.118.num.1.Menoch.conſ.67.
num.8.lib.1.Maſcard.de probat.conclu. 1305. nu.
* 2.& 3.& eſt *communis opinio.
Secundo,quia Simonia , & confidentia proban-
tur his modis,quibus alia crimina , Redoan. de Si-
monia,par.4.cap.6.num.1.Maſcard.de probat.cõ-
clu.1305.num.1.ſed alia crimina probantur inſtru
mento,quoties delictum conſiſtit in facto incorpo
4 rato,uel connexo† ipſi inſtrumento ut in vſura,hæ-
reſi,& alijs caſibus tradit,Clar.libr.5.recept.ſent.§.
vlt.q.54.in principio,Ergo confidentia poterit pro
bari inſtrumentis,cum poſſit eſſe connexa, & incor
porata ipſi inſtrumento.
5 Tertio,quia probatio per inſtrumentum † dici-
tur proprie probatio,cap.forus,§.eam,de uerbo. ſi-
gnifi.glo.in rub.ff.de fid.inſtrum.Innoc.in ca. cum
Ioannes,num.6.eo.tit.in 6.Dec.in rub. de probat.
6 ex.num.44.ac† uera,& firma,gloſſ.in cap.primo,de
cenſi.ipſum enim inſtrumentum habens ſua requi-
7 ſita dicitur probatio probata,& ueritas † euidens
non probanda; Bald.in l.quoties in ultimis uerbis,
de Iudic.& conſil.176.libro primo,Calcane.conſi.
8 75.nam,quod conſtat per inſtrumentum †, dicitur
manifeſtum,capitul.cum olim,de uerbor. ſignifica.
Alexand.conſilio 37.columna prima, libro ſecun-
do:& certum.Ioann.Andræ.in capitul. ultim.de li-
9 bell.oblatio.& ob id probatio per inſtrumenta †
dicitur firmior probatione per teſtes, leg.hac con
ſultiſſima, C.qui teſtament. facer. poſſ. leg. ſi alte-
rius,C.ſi minor maior.ſe eſſe dixerit, lege teſtium,
C.de teſtibus,l.cenſus,ff.de probat.
Exemplum huius Conſtitutionis poſſet dari in
10 inſtrumento remiſſionis debiti , ex quo probari †
ſimoniam ſcripſit Dec. in leg. ſi quis obligatione,
numero primo,ff.de regul.iur.& in capitul.ueniens
de teſtibus . Dummodo probetur precesſiſſe con-
uentionem,Alciat.conſil.2.num.10. libr.primo,&
num.18.& 20.Maſcard.de probat.Concluſi. 1305.
num.5.& 6.ut dixi alias.
11 Exemplum etiam erit in inſtrumentis† correſpe
ctiuis Caputaq.deciſ.142.lib.2.in manuſcr.

*SVMMARIVM.*

1 *Confidentia probatur per coniecturas, & ſigna.*
2 *Nulla cadit dubitatio, vbi lex loquitur.*
3 *Confidentia eſt ſpecies Simoniæ.*
4 *Simonia probatur coniecturis.*

5 *Coniecturæ ſufficiunt, cum aliquid ſecrete ſolet tractari.*
6 *Donatio in fraudem fiſci probatur coniecturis.*
7 *Donatio eſt cauſa lucratiua.*
8 *Titulus beneficialis dicitur lucratiuus.*
9 *Tacitum fidei commiſſum, vt incapaci reddatur probatur*
10 *Renunciatio dolo facta probatur ſignis.*
11 *Omnia, quæ fiunt dolo, probantur coniecturis.*
12 *Legatum probatur per pręſumptiones.*
13 *Contractus Simulatus probatur ſignis.*
14 *Confidentia eſt de his, quæ Secrete fiunt.*
15 *Quæ ſecrete fiunt ſunt difficilis probationis.*
16 *Quæ ſunt difficilis probationis probantur coniecturis.*
17 *Fama probat in his, quæ ſunt difficilis probationis.*
18 *In antiquis ſufficit probatio per indicia.*
19 *Simonia probatur præſumptionibus.*
20 *Adulterium probatur præſumptionibus.*
21 *Hæreſis quoque.*
22 *Ac crimen partus ſuppoſiti.*
23 *Probationes debent eſſe luce meridiana clariores.*
24 *Simonia eſt de criminibus exceptis.*
25 *Simonia eſt crimen deteſtabile.*
26 *Cætera crimina ad comparationem Simoniæ pro nihilo reputantur.*
27 *Hæreſis eſt de criminibus exceptis.*
28 *Probatio per coniecturas eſt vera probatio.*
29 *Qua ratione dicantur coniecturæ.*
30 *Coniectura quid ſit.*
31 *Coniectura coniícit, & colligit.*
32 *Præſumptiones quare dicuntur.*
33 *Præſumptio differt à fictione.*
34 *Præſumptio verſatur circa rem dubiam.*
35 *Fictio verſatur in rè certa.*
36 *Fictio nunquam conuenit cum veritate.*
37 *Præſumptiones, & coniecturæ ex tribus conſtant.*
38 *Argumentum quid ſit.*
39 *Argumentum ſumitur ex prius poſitis.*
40 *Signum quid ſit.*
41 *Præſumptiones & coniecturæ verſantur circa decem prædicamenta.*
42 *Quoties præſumptio eſt poſita in lege ex ea poteſt ſequi condemnatio.*
43 *Ex pręſumptionibus etiam indubitatis non poteſt ſequi condemnatio.*
44 *Præſumptio inducit veritatem, donec contrarium probetur.*
45 *Præſumptio iuris quid ſit.*
46 *Ex facto colligitur præſumptio, & coniectura.*
47 *Ex geſtis mens, & animus colligitur.*
48 *Ex facto ſequenti declaratur voluntas præcedens.*
49 *Ex præteritis extimantur præſentia.*
50 *Ex his, quæ non apparent, nulla præſumptio colligitur.*
51 *Ex cauſa ſumitur coniectura.*
52 *Cauſa ſignificat, quid actum ſit.*
53 *Coniecturæ, vt probent confidentiam debent eſſe euidentes, & vrgentes.*
54 *Simonia probatur per coniecturas.*
55 *Coniecturæ in Simonia debent eſſe claræ, & ſufficiẽter concludentes.*
56 *Signa de quibus fit mentio in cap. ſicut de ſimon. debent eſſe euidentia.*

## QVAESTIO LXXI.

Quomodo ſufficiant coniecturæ, & præſumptiones ad probandam confidentiam.

SEptuageſimo primo, Quæro, an confidentia pro
betur per cõiecturas, præſumptiones, & ſigna.
* Communis*omnium doctorum ſententia recepta
*1 etiam in praxi*eſt†affirmatiua, ut per Caputaque.
deciſ.200.num.6.par.prima, Gabr.conſ.184.n.10.
lib.2.Nauar.in man.c.23.ſub num.100.
Quæ ſententia primo probatur, in dicta Conſti-
tutione Pij IIII.§.ſicque in pręmiſſis, ibi, *etiam per*
*præſumptiones, & coniecturas legitimas &c.* & in
dicta Conſtitutione Pij V.in principio, & in §.te-
ſtes, ibi, *præſumptiones, & coniecturas, &c* & ſic,
2 cum habeamus caſum legis, nulla † cadit dubitatio,
l.ancillę, de furt.ſecundo probatur, quia confiden-
3 tia eſt ſpecies†Simoniæ, & eſt Simonia conuentio-
* nalis, vt ſæpe dixi ex*communi, ſed Simonia proba
4 tur ſignis, †indiciis, & præſumptionibus, cap. ſicut,
de Simonia, ibi, *mox vt eius ſigna per aliquam per-*
*ſonam, &c.* & ibi omnes Doct. Alex.de Neuo.con-
ſi.97.inter conſi.crim.lib.primo, Oldrad.conſ.324.
Sarn.de trienn.q.18.Diaz.in prax.crim.cap.85.Me
noch.de pręſumpt.lib.primo, quæſt.58.num. 3.Re
doan.de Simon.par.4.cap.6.num.24.25.cum ſequ.
* communis*opin.teſte Clar.lib.5.recept.ſentent. §.
Simon.in fin.& dicetur infra. Et ratio eſt, quia ſe-
crete inter coniunctos, & amicos tractatur, Ideo p̃-
5 ſumptiones, †& coniecturæ ſufficiũt, iuxta ea, quæ
ſcribunt Docto.in c.pręterea, de teſt.Paul. de Caſt.
conſ.82.uiſis his.col.ult.& conſ. 327. in cauſa mo-
ta, colum.3.Petr.de Anchar.conſ. 257. ſi prædicta.
colum.2.Alex.conſ.292.uiſis colum.ult.lib. 7. cum
alijs per Dec.conſ.543.num.13.& 14. Maſcard.de
probat.concl.1304.num.12.
6 Ita Donatio in fraudem fiſci, † & creditorum p
batur indicijs, & præſumptionihus, le. poſt contra-
ctum, ff.de donat.ubi Bartol.& alij Docto.qui text.
7 loquitur in donatione, † & ſic in cauſa lucratiua,
ut ibi Ioann.Annibal.num.115.& omnes alij do-
ctores ſequuntur, & tamen titulus beneficialis dici-
8 tur † lucratiuus, cap.dudum, de præbend.lib.6.ubi
Gloſſ.Communiter Docto. Ita tacitum fideicom-
9 miſſum, vt indigno, † & incapaci fiat reſtitutio in
fraudem legis, probatur ſignis, & coniecturis, leg.in
tacitis, ff.de leg.primo, le.in fraudem, ff.de his qui-
bus, vt indign.ubi Bartol.cum alijs, quę late conge-
rit Mantica in tract.de coniectu.vltim.uolunt.libr.
10.titu.4.
10 Ita renunciatio † dolo facta in fraudem expe-
ctantium ſignis, & coniecturis probatur, ca.2.de re
nunc.lib.6.ubi Docto.& præcipue, Gloſſ. in uerbo
coniecturis, Oldrad.conſil.324.& omnia alia, quæ
11 fiunt † dolo, probantur coniecturis, le. dolum, C.
de dol.cum alijs, vt per Maſcard.de probat.conclu.
12 350.& ideo præſumptiones † afferuntur in teſta-
mentis, ad dandum, uel adimendum legatum, Peral
ta, in rubr.ff.de hæred.inſtit.nume.172. ubi multa,
13 adducit, & ob id contractus† ſimulatus probatur ſi-
gnis, & coniecturis Archidiac.in cap.quia plerique.
14.q.3.Paul.de Caſtr.in l.rogaſti, §.ſi tibi, ff.ſi cert.
pet. Archidiacon.conſil.257.num.primo, & ſecun-
do. Iaſ.conſ.150.nu.primo, libr.4.Boer.deciſ.102.
num.5.Grammat.deciſ.76.num.16.Rolan.a Vall.
conſ.40.& conſ.92.lib.2.Guid.Pap.in trac.pręſum
pt.cum



ptio.cum aliis infinitis, quæ congerit Maſcar.con-
cl.447.Confidentia igitur, cum ſit de his, quæ dolo,
& fraude perpetrantur, nõ mirum ſi cõiecturis pro-
14 batur, Et etiam, quia confidentia eſt de his, quæ† ſe-
crete fiunt, & occulte cõmittuntur, ut in ſpecie Cra.
conſ.122.num.8.Corn.conſ.340.col.pen.ad fi.uol.
1.Dec.quem refert, & ſequitur Menoch.de Arbitr.
Iud.caſ.116.num.2.Et patet in conſtitutione Pij v.
in principio ibi, Vitium quidem confidentiæ occul-
te irrepſiſſe &c.ut per Redoan.de Sim.p.4.c.6. col.
3.& 4.cum ſequent.&, quæ ſecrete, & occulte fiunt,
15 †ſunt difficilis probationis, Iaſ.conſi.141.col.3. libr.
4.Boer.deciſ.101.num.3.& 4. Affl.deciſ.57.num.3.
Card.Pariſ.conſ.57.nu.34.& conſ.54.num. 61.uol.
4.Soc.Iun.conſ.32.num.12.lib.2.& conſ.90. nume.
* 17.eo lib.2.& receptum eſt per*omnes in his, quæ
16 ſunt difficilis probationis, admitti probationem† p
coniecturas, & præſumptiones, Arch.in c. inter me-
moratos 16.q.3.Imol.in c.veniens, de uerb.ſign.Io.
* And.in c.1.de dol.& *communiter libr.6. Anto.de
Butr.in c.ex ratione de appel.Barb.in c. ſi conſtite-
rit col.pe.de accuſ.Sal.in l.prima, C.de dilation. Ro
* man. conſ.76.columm.3.communis*omnium Do-
cto.ſententia, ut late reſoluit, infinitos adducendo,
Marſ.in rub.C.de proba.nume.313.uerſ.etiam idẽ
Hinc in his, quę ſunt difficilis probationis, fama cũ
17 aliquibus†adminiculis plene probat, cap.proprerea
de teſtibus, Fed.de Sen.conſ.119.nulli dubiũ.Hoſt.
in c.ult.quod met.cauſ.Ant.de Butr. in c.ueniens 2.
de teſtibus, late Alex.conſ.53.lib.2.
18 Hinc in antiquis† ſufficit probatio per indicia, &
coniecturas, Paul. Caſtren. conſ.164.in præſenti,
col.prima, lib.2.Ancha.conſ.310.& conſ.ult.Alex.
conſ.187.num.3.lib.2.Soc.Sen.conſ.205.col.2.uer.
4.lib.2.Card.Pariſ.conſ.104.num.42.43.uol.primo
& conſ.67.num.14.& conſ.83.num.47.col.3.Crau.
conſ.8.num.1.& alij omnes. Et hac ratione ad pro-
19 bandam Simoniam ſufficiunt† coniectruræ, & præ-
ſumptiones, Abb.in c.ſicut Simoniaca, per illũ text.
de Sim.poſt Inn.eſt etiam tex.ubi Fel.late in c.ſicut
eo.tit.Arch.in c.qui ſtudet, in uerbo de tẽplo prima
q.prima, Io. And.in d.c.cum contumacia, de hæret.li.
* 6.communis*opinio teſte Clar.lib.5.recept. ſent.§.
Simonia, in fi.Roland a Vall.conſ.31.num. 17. lib.
3.cum alijs, ut per Maſcar.de probat.concluſ.1304.
num.9.Menoch.conſ.67.num.7.libr.1.Corn. conſ.
341.ſub num.6.lib.primo, Craue.conſ. 122. ſub nu.
8.licet multi relati per Maſc.loc.cit.ſub num.14.te
neant contrarium. Hac ratione adulterium, quia ſe-
20 crete† ſolet committi probatur præſumptionibus,
c.præterea, de teſtibus, c.3.loco, & c.literis de prob.
Bar.in l.2.§.ult.in fi.ff.ad l.Iul.de adul.& in l.prima
ff.de extraord.crim.Brun.de ind.par.1.q.4. num.7.
21 & hæreſis† etiam, c.cum contumacia, de heret. libr.
6.ubi Io.Andr.Gl.in cap.1.de teſtibus lib.6.Ac cri-
22 men† partus ſuppoſiti, Boſſ.in prax.titu.de par.ſup-
poſ.nu.13.Falſum, Dec.in c.porrecta col.1.de cõfir.
util.uel.inutil.& conſ.189.col.1.& alios multos ca-
ſus refert Menoch.de præſum.lib. 1.q.58.
Vnde, licet regulariter in criminibus requirantur
23 †probationes luce merediana clariores l.ſciant cun
* cti, C.de proba.& eſt communis*opinio, teſte Cla.
lib.5.recept.ſent.§.ult.q.66.uerſ.debent, tamen in
hoc ſufficiunt coniecturæ, & præſumptiones, pro-
pter eius atrocitatem, cum ſit de criminibus exce-
24 ptis, †Simonia etiam commiſſa tantum in beneficio
* communis*opinio, teſte Aret.in c.cum P. Manco-
nella num.27.de accuſ.de communi etiam Clar.d.
25 §.Simonia uer.ſcias autem, & ſic† crimen deteſtabi-
26 le, c.ſicut Simoniacę, de Sim.& cætera, †quo ad illud
pro nihilo reputantur, c.per tuas de Sim.c.ult.1.qu.
ult.Diaz in.prax.cri.c.85.in princ.ubi refert terribi
lia uerba Paſchalis Papæ, Maſcar.d.concl. 1304.nu.
27 2.& 3.Menoch.conſ.67.lib.1.Ita etiam in†crimine
excepto hęreſis ſufficiunt præſumptiones, & conie-
* cturæ, c.cum contumacia, de hære.lib.6.ubi commu
niter Doct.c.in fidei.eo.titu.& lib.Abb. in d.c.ſicut
* Simoniacæ num.3.de Simon.communis* opinio te
ſte Boſſ.in prax.titu.de hæreticis nu.5.late Simanc.
de hær.c.5.& eſt communis opinio.
28 Tertio, comprobatur hęc †ſententia, quia proba
tio per coniecturas, & præſumptiones eſt vera, &
propria probatio, Gl.in l.ſi tutor.ubi Bal. C. de pe-
ric.tut.Abb.in c.1.in ſecundo not.per illum tex.de
cler.non reſid.& in c.cum dilecti in 1.notab. de do
nat.Fel.num.3.in rubr.de prob.Dec.num. 149.Ti-
raq.in l.ſi unquam, uerbo donatione, nume. 158.C.
* de reu.donat.& *communiter alij, ut late deduxi in
d.rubr.de prob.
29 Et ideo coniecturę dicuntur, † quia coniungun-
tur origini, & ſunt quædam connexuræ, & colligatu
ræ, Bald.in l.non hæc, C.unde legit.& in rubr.C.de
probat.num.4.& in l.prima col.3.uerſ.unde queri-
tur, C.de præuil.dot.Ideo Menoch.de præſum.lib.
30 primo q.7.num.27.dixit coniecturam† eſſe latentis
rei indicium, Cur.ſen.in l.admonendi, nu.290.ff.de
iur.iur.nam per rationes, ſigna, & tempora, & huiuſ
31 modi coniicit, & †colligit, & Bal.in l.ea quidem nu.
10.C.de accuſ.ſcriptum reliquit, cõiecturam eſſe re
putationem ueri ex aliquo alio ſic ueriſimiliter ordi
32 nato. Et præſumptiones† dicuntur, quia ante legiti
mas probationes aliquid ſumunt pro uero, Simanc.
lib.Catholic.Inſt.tit.50.de præſumpt.num.4.& dif
33 ferre† a fictione omnes conueniunt.*nam coniectu
ræ & pręſumptiones uerſantur circa rem dubiam
34 quæ eſſe †uel non eſſe poteſt, Bal.in rubr.C.de pro-
bat.Mar.Salam.in l.Gallus, §.quędam recte, nu.32.
35 ff.de libe.& poſt.fictio uero eſt in re†certa eius, qđ
eſt poſſibile contra ueritatem pro ueritate a iurę fi-
cti aſſumptio, Bar.in l.ſi is qui pro emptore, nume.
21.ff.de uſucap.& ibi Iaſ.num.169.Alc.lib. parerg.
36 Iuris c.primo, Quare fictio† nunquam conuenit cũ
ueritate, coniectura, & præſumptio ſępe, Turrecre.
in c.ferrum, diſt.50.Fel.in c.quanto, num.2. de præ-
ſumpt.Bar.in c.at ſi clerici, num. 110.de iud. Alex.
conſ.158.num 7.Hinc etiam fictio non admittit p
bationem contra ſe, Soc.Sen.in l.cum auus, nu. 73.
ff.de cond.& demonſtr.Gl.in ca.2.de arbitr.libr.6.
alias autem differentias inter pręſumptionem & fi-
ctionem ponit Menoc.de tract.præſum. lib. primo
q.8.per totum.
37 Et coniecturæ, ac præſumptiones† ex tribus con
ſtant, ſcilicet argumentis, † exemplis, & ſignis,
Fabi. Quintil.lib.5.Inſt.orator.ca. 9.Alex.lib.5.re
ctor c.5.Menoch.d.lib.1.de præſump.q.6.in princ.
38 Argumentum eſt ratio, †quæ rei dubiæ facit fidem,
ut uoluit Tull.in Topica, & in Partitionibus, dixit
argumentum eſſe probabile inuentum ad faciendũ
fidem, uel ſecundum Bal.in l.ea quidem nume.9.C.
de accuſat.eſt propoſitio ex aliquibus exiſtentibus
reſultans ad propoſitum oſtendendum, ſeu conclu-
dendum ſubdit eſſe collationem plurium ad unam
39 concluſionem, nam ſumitur ex † prius poſitis, l.3.§.
primo, l.ob carmen, ff. de teſtibus, l. cum res.C.de
probat.

probat.l.non omnes §.a Barbaris,ff.de re mil.ſignũ
40 autem†eſt,quod ſub ſenſum aliquem cadit, & quid
dã ſignificat c.ſignum,de conſecr.diſt.2.& ibi Tur
recrem. & alii.
41 Ac huiuſmodi præſumptiones, & coniecturę†
verſantur circa decem prædicamenta Bal.in l.ex p-
ſona,C.de probat.Alc.in tract.de præſump.regu.3.
præſumpt.25.Euerard.in Cent.legal.in loco a tem-
pore ad temp.num.6.late Menoch.lib.1.tract.præ-
ſumpt.quæſt.14.
Concludendum igitur eſt, ex præſumptionibus,
& coniecturis,poſſe Iudicem procedere ad condem
nationem,& declarare collationẽ, & pręſentationẽ
confidentiariam,& committentes incidiſſe in pœ-
* nas contentas in dict. Conſtitutione Pij V. & ita*
cõmuniter per omnes obſeruatur, ac practicatur,nã
42 quoties†præſumptio eſt poſita a lege,(ut in caſu no
ſtro)tunc ex ea poteſt ſequi condemnatio etiam ca-
* pitalis,communis*opinio , de qua atteſtatur Boſſ.
in tit.de conuict.num.29.Clar.lib.5. recept. ſent.§.
ult.q.20.uerſ.etiam ſcias:licet regulariter ex pręſum
43 ptionibus etiam indubitatis non debeat quis † con-
* demnari,communis* opinio ,ut per Dec.conſ.175.
poſt nu.8.Clar.d.q.20.uerſ.ſcias tamen.
Declara ut probetur confidentia per coniectu-
ras,& præſumptiones poſitas in hac Conſtitutione
Pij V.in §.ad probandum uero,ubi in quatuor caſi-
bus Pius V.ex uериſimili præſumit,& habet pro ue
44 ritate,& confidentia,illud factum,donec†contrariũ
probetur,Bal.in rubr.C.de probat.num.4.& in l.ea
quidem num.5.C.de accuſ.Alci.de præſu. in tertia
par.in præl.num.1.Menoch.qui refert omnes diffi
45 nitiones,pręſumptionis †iuris,libr.primo de præſu.
q.4. Quæ quidem præſumptiones,& coniecturæ ſu
muntur in dicto §.ad probandum uero, ex eo quod
factum eſt poſt reſignationem circa perceptionem
fructuum,aut alias ut ibi,& regula ſatis trita eſt; in
46 iure colligi præſumptionem,& coniecturam ex†fa-
cto,l.eum qui,C.de Epiſ.& Cler.& ibi Bald. & alii
l.ſi tamẽ §.ei qui,ff.de ædil.edi.l.ſi ut certo, . cuſto-
diam ff.commod.§.ult.gl.Inſt.de iniur. nam ex ge-
47 ſtis†mens & animus conijcitur,§. pauonum , & ibi
Glo.inſtit.de rer.diuiſ.l.Paulus,ff.rem rat.hab.& ex
48 facto ſequenti declaratur uoluntas præcedens, & e
contra l.ſed & Iulianus,§.interdum,ff.ad Sen. conſ.
Maced.l.ſi concubinã,§.res amotas,ff.rer.amot.l.cũ
quis,in fi.C.de natur.liber.& ex præteritis æſtimari
49 †ſolent præſentia,Fab.lib.ſeptimo Inſt.orator.c.3.
Alc.de præſump.reg.2.præſum.25.Ideo ex his,quæ
50 non apparent,†nulla præſumptio colligitur, Anch.
conſ.302.materia &c.Craue.conſ.202. numer.9. &
conſ.319.nume.13.Menoch.conſ.121.num.84.lib.
2.de præſum.lib.1.q.23.Eoque magis, quia adeſt
cauſa faciendi id,& reſignandi illud beneficium,ob
pactam confidentiam,& perceptionem illicitã fru-
51 ctuum,& ex cauſa †ſumi coniecturam communi-
* ter*eſt receptum,ut colligit Menoch.d.li.primo de
præſumpt.q.17.& probatur in l.in fundo, in princ.
ff.de rei uend.& in l.ult.in fi.ff.de act.& oblig.nam
52 cauſa eſt illa,quæ ſignificat†an aliquid actum ſit,uel
non,Doc.in l.verum,ff.de furt.Bal.in l.ſiue poſſide
tis,col.ult.C.de prob.
Declara pręterea,ut coniecturæ,ad hoc, ut pro-
53 bent confidentiã,debeat eſſe†euidentes,ac urgẽtes,
q̃ reũ ipſum de tali crimine conuincant, ut fuit reſo
* lutum in una* Calaguritan. confidentiæ 25. Iunii
1593.coram R.P.D.Pamphilio,& nouiſſime in u-
* na Areti.*confidentiæ Lunæ 23.Ianuarij hoc anno
1595.coram Decano.
54 Ita etiam,quamuis†in Simonia coniecturæ,& in
dicia ſufficiant ad condemnandum,c.per tuas, de Si
mon.c.1.de teſtibus in ſexto Corn.conſ.342.nume.
18.lib.1.Crau.conſ.121.num.8.Clar. in §.Simonia
uerſ.Item ſcias,Tamen huiuſmodi coniecturæ de-
55 bent eſſe claræ,†& ſufficienter concludentes, Zaba.
in c.ſicut,in fi.de Sim.Alex.de Neuo,conſ.64. nu.2.
Caputaque.deciſ.202.par.prima & fuit pluries reſo
* lutum in Rota,& præſertim in illa* Tullen. paro-
* chialis corã Decano 28.Maii 1593.& in una* Brit-
tonorien.Commendæ 12.Decembris 1588.coram
* Gypſio,& illa* Aquen.coram Blanchetto.
Ac Simoniam neceſſario importantes ita , ut ni-
hil aliud importare poſſint,Fel.in c.ſuper his,num.
17.de accuſ.Natt.conſ.299.num.23.Nam id,quod
dicit textus in c.ſicut,de Simon.quod crimen Simo
56 niæ†probatur per ſigna,intelligitur de ſignis euidẽ
tibus,& reum de crimine conuincentibus,c. eorum
11.q.3.c.euidentia.de accuſ.& ita ſentiunt Goffr.
Oſtien.Io.And.Butr.Zabar.& alii in d.c.ſicut, qui
ſubaudiunt ſigna,ideſt euidentia,& reum conuin-
centia,& ſequitur Alex.de Neuo d.conſ.64. num.2.
* Quod conſilium ſæpius canonizauit*Rota, ut fuit
dictum in pręfata Aret.

*S V M M A R I V M.*

1 *Coniecturæ probantur per duos teſtes conteſtes. & num.5.*
2 *Coniecturæ in Simonia debent plene probari.*
3 *Fama, & teſtes ſingulares non probant Simoniam.*
4 *Coniecturæ euidentes conuincunt Reum.*
6 *Probatio per duos teſtes facit plenam probationem.*
7 *Quod probatur duobus teſtibus , euidenter apparet.*
8 *Confidentia probatur coniecturis probatis per teſtes ſingulares.*

## Q V AE S T I O LXXII.

An unicus teſtis probet unam coniecturam.

SEptuageſimo ſecundo , Quæro, cum ſufficiant
coniecturæ,& præſumptiones in hoc crimine
confidentiæ,quomodo debeant probari huiuſmo
di coniecturæ? Videtur prima facie dicendum, ple-
nę eſſe probandas,primo ex dicta conſtitutione Pij
IIII.§.ſicque in præmiſſis,ibi , *per præſumptiones,
& coniecturas legitimas &c.* pondero verbum le-
gitimas,quod innuit,ut coniecturæ debeant legiti-
1 me,ideſt plene probari prout de iure requiritur, †
ſcilicet per duos teſtes conteſtes,Glo. communiter
recepta in l.ult.C.de fam.hærciſc. cum alijs quæ ad
hæc congerit Menoch.de præſum.lib.1.qu.51.col.
prima & ſecunda.Secundo quia in Simonia conie-
2 cturæ,†& indicia debent probari,Inn.in c. ſicut,de
Sim.Inn.in c.per literas de præſump.Io.Andr.in c.
ut officium §.primo, de hæret.lib.6.Fel.in d.c.ſicut
in principio,Redoan.de Simon.par.4.c.6. num.22.
3 & nu.51.& ideo non ſufficere†publicam famam,&
teſtes ſingulares, in terminis ſcribit Put.deciſ.171.
nu.11.li.2.Fel.in c.cum oporteat,nu.6.de accuſ.
* Tertio Quia*receptum eſt in iure, ut illæ præſum
ptiones & coniecturæ conuincant reum de crimi-
ne,



4 ne,q̃ ſunt† euidentes, Gl.ult.in c.inſinuatũ, de Sim.
* loquens de Simonia*communis opinio,teſte Alex.
de Neuo.conſ.64.nu.4.& ſeq.de communi etiam at
teſtatur,Clar.lib.5.recept.ſent.§.Simonia in fine,&
tradunt Corn.conſ.340.col.pen.ad fin.libr.2.Crau.
conſ.122.num.8.late Maſcard.de probat. concluſ.
1304.num.33.& 34.& fuit reſolutum in vna Britto
* norien.* commendæ 12. Decembris 1588. coram
Gipſio.Quarto,quia regulare eſt,ut quęlibet cõiectu
5 ra debeat probari†per duos teſtes conteſtes, Glo.in
l.ult.uerbo vel Indiciis C.Famil.herciſc. communis.
opinio,teſte Io.de Amicis conſ.127.nume. 10. Soc.
conſ.54.numer.2.libr.4.Clar.libr.5. recept. ſentent.
§.ult.quæſt.22. Ant.de Bur.in c.licet ex quadam,de
teſtibus Abb.in c.cum cauſam,de probat. cum aliis
ut per Marſ.in rubr.de probat.num.311.Burſ. cõſi.
220.num.116.& conſ.239.num.26.lib.3.de cõmu-
ni etiam Pariſ.conſ.13.nu.14.uol.3.& conſ. 34.nu.
36.& conſ.94.nu.6. uol.2. Et huiuſmodi probatio
6 per duos teſtes conteſtes†facit plenam probationẽ
Doct.in c.propterea de teſtibus. Fed.de Sen. conſi.
119.nulli dubium,Bal.in auth.quas actiones , ad fi.
C.de ſacr.ſac.Eccl.Bar.in l.de pupillo,§. ſi quis ipſi
Prætori.in quæſt.6.ff.de oper.nou.nunc. & id quod
7 taliter†probatur dicitur euidenter apparere, Bar.in
l.licet imperator,ff.de leg.1.Rom.in l. prima,C de
teſtamen.milit.Io.de Anan.col.3.col.2 .& conſ.49
Roman.conſ.271.
8 His tamen non obſtantibus, † contraria opinio
uera eſt,quæ probatur expreſſe in d. Conſtitutione
Pii V.in §.teſtes autem,de quaque re ſingulares ſin-
gula probare ualeant præſumptiones , & coniectu-
ras,&c.ex quibus uerbis clare conſtat,hodie, ſtante
hac extrau.præſumptiones,& coniecturas probari
per teſtes ſingulares,& per conſequens non requiri
plenam probationem,namque diſpẽſat in hoc Pius
V.& uidetur contentari ſemiplena probatione,ut la
te explicaui adducendo rationes q.28.
Non obſtant argumenta in contrarium adducta
nam ad primum reſpondetur, Conſtitutionem Pij
IV.quatenus requirit probationes legitimas, ſecun
dum opinionem quorundam derogari per hanc Cõ
ſtitutionem Pij V.quę eſt poſterior,& habet clau
ſulas derogatorias,& ita etiam reſpondetur ad alia
argumenta adducta,quia illud procedit de iure com
muni.
Vnde concludendum eſt coniecturas,& præſum
ptiones in crimine confidentiæ probari per teſtes
ſingulares,& non requiri plenam probationem.Et,
quia pluries fuit dictum hanc cõſtitutionem in hoc
eſſe reducẽdam ad terminos iuris communis,ut duo
teſtes requirantur, Ideo die 5.Auguſti 1593. in Cõ
gregatione Septimi,fuit reſolutum , reformandam
hanc conſtitutionem in hoc, ut dicam infra quæ-
ſtione ultima.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vnica coniectura probata per unum teſtem non probat confidentiam.*
2 *Vbi plures requiruntur,vna non ſufficit.*
3 *Vna coniectura non ſufficit in ſimonia.*
4 *Contractus fœneratitius non probatur una coniectura.*
5 *Duæ coniecturæ conſtituunt ueram probationem.*
6 *Probationes imperfectæ non iunguntur.*
7 *Duæ pręſumptiones quando iungantur.*
8 *Dictio huiuſmodi eſt ſimilitudinaria.*
9 *Plus creditur duobus Teſtibus conteſtibus , quam mille ſingularibus.*
10 *In Simonia una præſumptio uiolenta ſufficit ad condemnandum.*
11 *Præſumptio uiolenta habetur pro concludente probatione.*
12 *Præſumptio iuris dicitur vera probatio.*
13 *Præſumptio iuris dicitur liquidiſſima probatio.*
14 *In ſtatuto requirente probationem inſtrumentalem ſufficiunt coniecturæ.*
15 *In ſtatuo requirente probationes apertiſſimas ſufficiunt coniecturæ.*
15 *In præſumptionibus arbitrium iudicis uerſatur.*
17 *Arbitrium Iudicis de probationibus.*
18 *Quæ præſumptiones ſint fortiores in arbitrio Iudicis.*

## QVAESTIO LXXIII.

Quot coniecturę repuirantur ad probandam con-
fidentiam.

SEptuageſimo tertio, Quæro,an unica coniectura
ſeu præſumptio probata per unicum teſtem, iu-
1 ſta ea,quæ dicta ſunt ſupra,†ſufficiat ad plenam p-
bationem confidentię,ut iudex poſſit deuenire ad
condemnationem? Negatiue uidetur reſpondendũ
ut tenent Nauar.in manu.c.23.ſub nume. 110.Ma-
ſcard.de proba.concl.1306.num.17.Gabriel. conſ.
184.num.10.lib.2.nam ita diſpoſuit Pius V. in di-
cta eius conſtitutione,in §.teſtes,ibi,*plureſque hu-
iuſmodi præſumptiones,& coniecturæ plenam pro-
bationem faciant in prædictis,&c.* ſi ergo plures re
2 quiruntur,una†non ſufficit Bar.in l.ult.num. 6.ff.de
q.Sal.in l.ult.nu.8.C.eo .tit.Ruin.conſ. 168. nume.
12.li.2.cum aliis,ut per Ceſal.conſ.37.n.39. &conſ.
107.n.4.& conſ.149.n.6.lib.1.& hoc æquum eſſe
ſcribit Nauar.d.c.13.ſub.num.110.uerſ. noto octa-
uo.Nam ualde durum uidetur, ut una præſumptio
probata per unum teſtem ſufficiat,qualis eſt prima
& quædam aliæ poſitæ per Pium Quintum, cum
3 neque in grauiori crimine†ſimoniæ ſufficient, Glo.
* ult.in c.inſinuatum de ſim.quam dicit* receptam A
lex.de Nemo conſ.64.num.2.& abſurdum eſſet, in
leuiori crimine durius agere,l.aut facta , ff. de pœn.
Auth.omnes,ubi Bal.C.com.de ſuc. & hoc eſſe de-
iure tradit Gabr.conſ.184 nu.10.lib.2.
4 Hinc contractus fœneratitius†non probatur una
coniectura,Cæpol.in tract.de ſim. contract. n.108.
in quinta concluſione,in nona,& decima, Couar.li.
3.uar.reſol.c.8.num.4.uer.cæterum, Gabr. conſ.74.
nu.5.uol.primo.Menoch.de præſumpt. lib.3. præ-
ſumpt.122.nu.7.
Duæ igitur ad minus pręſumptiones, ſeu conie-
cturæ probatæ per teſtes ſingulares ſufficiunt, ut Iu
dex poſſit pronunciare ſuper confidentia, ut diſpo
5 nit Pius V.& patet ex uerbis ſupra relatis,quia † Iu-
dex ex illis poteſt eſſe certus cum conſtituant plenã
probationem,Gl.in c.ueniens,el primo de teſtibus,
& in c.cum dilectus,de ſucceſſ.ab inteſt.Rom .cõſi.
54.in fi.Petr.de Anch.conſ.277.
* Communis*opinio.ut patet,ex his,quæ congerit
Marſ.in rubr.C.de probat.nu.309.
Et ſingulare eſt in hoc crimine, ut probationes
imperfectæ iungantur ſimul ad conſtituendum ple-
nam

nam probationem,nam quælibet coniectura, atten
to iure communi,dicitur imperfecte probata, cum
ſit per teſtem unum probata,Marſ.conſ.20.numer.
47. nam regulariter in criminalibus probationes
6 imperfectæ non iunguntur†ad conſtituendam ple-
* nam,Doct.*omnes,& præcipue Abb. & Fel.in ca.
ueniens,primo,de teſtibus.Anan.conſ.59.col. 2 .Ol
dr.conſ.192.poſt medium Marſil.late in l. de mino
re,§.plurimum,num.55.ff.de quæſt. Bal. in l.ſi quis
ex argentariis,§.primo nume.4.ff.de eden.& in l.3.
§.eiuſdem,ff.de teſtibus Menoch.de præſumpt.lib.
1.q.20.num.10.licet in ciuilibus ſecus,Bart. in l.2.
§.primo,ff.de excuſ.tut.Alex. conſ.20. libr.4.Imol.
conſ.138.col.prima,cum aliis,ut per Gabr. libr. 1.
com.concl.tit.de probat.concl.prima, num. primo.
7 Et facilius iunguntur†duæ præſumptiones,ut in ca-
ſu noſtro,ad conſtituendam plenam probationem
quam aliç probationes imperfectæ,Gl.in c.accedēs
el ſecundo,in uerbo oriendū. ut lit. nō cōteſt.Rom.
conſ.7.col.1.Crau.cōſ.35.nu.6. & conſi.73.nu. 20.
Io.Anan.conſ.49.col.1.Pariſ.cōſ.152.col. 5.uol. 4.
Alex. conſ. 24.n.41.li.2.Limitāt tamen aliqui hanc
concluſionem non procedere,quoties una pręſum-
ptio,ſeu coniectura eſſet probata per duos teſtes cō
teſtes,nam hoc caſu dicunt illā ſufficere pro plena
probatione,& mouentur Primo , quia dum Pius V.
requirit plures pręſumptiones,& coniecturas intel-
ligit de his,q̄ probantur per unū teſtem , ut colligit
8 ex dictione†hmōi,quæ eſt ſimilitudinaria ad not.
in c.ſedes,de reſc.in 6.nam inquit,teſtes ſingulares
ualeant probare coniecturas ſubdit,pluresque huiuſ
modi,&c.ergo quando præſumptio,ſeu coniectura
non eſt huiuſmodi,ut quia eſt probata per duos te-
ſtes ad minus ſufficiet.

Secundo quia de iure communi requirebatur,qđ
præſumptiones probentur per teſtes conteſtes, Gl.
in l.ult.C.fam.erciſ.& tamen Pius v.uult,ut ſufficiāt
teſtes ſingulares.& ſic dimidio minori probatione
contentatur,quam de iure communi requiritur , cū
ergo ſecundum unam opinionem de iure communi
requirantur duæ coniecturæ probandę per quatuor
teſtes conteſtes,duo pro qualibet,ergo hodie ſuffi-
cit probare unam coniecturam per duos teſtes con
teſtes,cum conſtitutio contentetur dimidia proba-
tione.

Tertio,quia maior probatio eſt illa , quæ fit per
unam præſumptionem formiter probatam , ſcilicet
per duos teſtes,ut pręſupponimus , quam per duas
coniecturas per teſtes ſingulares probatas,ut contē
tatur Pius V.cum regulariter de iure communi tan
tum probant mille teſtes ſingulares, quantum unus
9 & duobus teſtibus†conteſtibus plus creditur,quam
decem milibus ſingularibus,Bal.in l.iuſiur.col.2.C.
de teſt.Alex.conſ.18.col.ult.li.4.& conſ.20.& cōſi.
71.eo.lib.4.Card.Pariſ.conſ.57.col.2.uol.1.Maria.
Soc.Iun.conſ.90.nu.8.uol.2.

10 Quarto,quia in crimine† ſimonię una præſum-
ptio,ſi eſt violenta,ſufficit ad condemnādum,Abb.
poſt Gl.in c.inſinuatum num.4.de ſimo. ubi Fel.&
alii omnes Red.de ſim.par.4.c.6.num.35. & c.11.
* num.24.& eſt communis*opinio,quia præſumptio
11 uiolenta habetur pro concludenti probatione, † ēt
in criminalibus,dummodo non agatur de pœna cor
porali inferenda,ca.afferte,ubi communiter de præ
ſumpt.l.indicia C.de rei uend.Glo.in c.cum contu-
macia,de hæreſi,lib.6.Doct.in c.literas,de præſum.
Bal.conſ.264.col.2.lib.3.Abb.conſ.113.lib.2.Cal-
der.conſ.22.de conſt.Bellam.deciſ.689. Alex.conſ.
* 15.col.2.lib.1.communis*opin. de qua atteſtatur
Grat.conſ.136.nume.22.lib.primo, Craue. conſ.6.
num.42.& conſ.73.num.19.Gram.dec.42 .Gabrie.
de prob.concl.prima,nu.70.ſi ergo in ſimonia ſuf-
ficit una uiolenta , ergo in confidentia ſufficiet una
probata per duos teſtes,cum minor probatio ſtan-
te Bulla Pii V. requiratur in crimine confidentiæ,
quam ſimoniæ.

Quinto,quia,cum præſupponamus coniecturam
illam probatam per duos teſtes,quam tenemus ſuf-
ficere pro plena probatione,eſſe de illis approbatis
& poſitis a Pio V.in d.conſtitutione,ſequitur, ſuffi-
cere duos teſtes,c.ueniens,c. iuſiurandi,c. in nomi-
ne Domini,de teſti.c.admonere,33.q.2. c. cum eſ-
ſes de teſtam.cum aliis,ut per Marſ. in Rubr.C.de
probat.num.313.

Magnæ enim importantiæ eſt,ut coniecturæ, &
præſumptiones ſint approbatæ a iure nam tunc ex
* communi*omnium opinione dicuntur uerę &†pro
12 prie probationes,docto.omnes in Rubr.de probat.
13 ubi Fel.num.2.Dec.num.149.Et †dicuntur liquidiſ
ſimę probationes,l.licet Imperator,ff.de leg.1. ſiqs
locuples,in fin.ff.de manumiſ. teſt.l.quidam teſta-
mento in fine,ff. de uulg.& pupill.

14 Hinc ſi ſtatutū requirat†probationem Inſtrumē
talem,ſufficiunt coniecturæ approbatę a iure, Bal.
in l.prima,num.18.C.de fideic.Dec.conſ. 54. num.
3.& ſi ſtatutum requirit probationes liquidiſſimas,
ſufficiunt coniecturę approbatæ a iure, Bald. in l. ſi
tutor de peric.tut.& ſi ſtatutum requirit probatio-
15 nes apertiſſimas,†etiam ſufficiunt cōiecturę appro
batæ a iure, Affl.deci.44.num.15.Tiraqu.in repet.
l.ſi unquam,uerbo donatione,nu.158.C.de reu.do-
na.Menoch.de Arbitr.iud.caſ.115.nume.6. Alc. in
tract.pręſum.prælud.3.nu.5.

Concludo igitur,uel unam illarum præſumptio-
num probatam per duos ,teſtes conteſtes ſufficere
* & probare confidentiam,*uel duas probatas per te
ſtes ſingulares,Et hoc,donec Septimus Decretaliū
publicetur,ubi in hoc & recte hæc Conſtitutio re-
formatur,ut dicam infra, q.ult.

*ſed a cōtraria opinione nō eſt recedendum,

Et non omittam,quod ſcriptum reliquit Naua.
in man.c.23.ſub n.110.uernoto 8.quod in iſtis præ
16 ſumptionibus†arbitrium Iudicis uerſatur,quod pro
barem tum ex dicta Conſtitutione Pij IIII . §. ſic-
que in præmiſſis,ibi, *& eorum arbitrio,&c.* tum e-
tiam,quia in iſtis pœnis arbitrium iudicis uerſatur,
17 & in cognoſcendis,&†dijudicandis probationibus,
l.3.ff.de teſtibus,Guliel.Maynerius in l.non eſt no
uum,§.quoties,nu.12.ff.de reg.iur.late Menoch.de
Arbitr.Iud.lib.1.q.11.& in iudicis arbitrio etiam e
18 rit,an præſumptiones pro reo.†ſint fortiores, Abb.
in c.cum R.nu.5.de elect.& in c.accedens. nu.4.de
crim.falſ.Menoch.de arbitr.Iud.caſ.472.num.1 .&
de pręſump.lib.1.q.29.nu.2.

*S V M M A R I V M.*

1 *Probitas , & optima conditio excludit confiden-
tiam.*
2 *Bona fama excludit præſumptiones malas.*
3 *Bona fama theſaurus inæſtimabilis.*
4 *Diues præſumitur non committere delictum.*
5 *A perſona ſumitur præſumptio.*

Quæ-



## QVAESTIO LXXIIII.

Quæ præſumptiones moueant iudicem ad excludun-
dam confidentiam.

SEptuageſimo quarto,Quæro,quæ præſumptio-
nes poſſint animum iudicis mouere ad pronū-
ciandum pro non confidentia? Reſpondeo, plures
ſcilicet probitas,& optima conditio dantis , reſignā
1 tis,& recipientis beneficium,ita in terminis Gabri.
conſil.172.nu.18.lib.2.nam facit præſumere nō eſ-
ſe ueriſimile fuiſſe acceptatum illicite illud benefi-
* cium,ad not.in l.ult.ff.de q.receptum*eſt enim in
2 iure,ut bona fama†excludat pręſumptiones malas,
late Tiraq.de pœnis tempor.cauſ.15.num.2. Cale-
fat.conſ.108.num.9.& tollat præſumptionem deli-
cti,ut late probat Marſ.conſ. 74. ex Ang.& Augu.
in tract.de male,in uerbo fama publica,late Gram.
* conſi.13.num.7.& conſi.31.num.12.& tradunt*cō
muniter Doct.in d.l.ult.ff.de q.nam fama bona eſt
3 †theſaurus inæſtimabilis,&,ſicut lilium,dans ſuaui-
tatem odoris,Bal.in l.1.col.5.C.de confeſſ.Roland.
a.Vall.conſ.47.num.41.lib.primo,Brun.de indic.&
tort.par.prima.q.5.num.2.Item qualitas dantis, ut,
qa ſit Epiſcopus,uel Archiepiſcopus,& parua quan
titas,ita Gabr.d.conſ.172.num.14.lib.2. Vt quia ēt
4 dans,uel recipiens ſit diues,quo† caſu non eſt præ-
ſumendum tale crimen perpetraſſe,cum potius pau
peres propter egeſtatem id cogitent.Gl.in l.prima,
C.de Com.& tribun.lib.12.per tex.ſingularem in l.
cum ſocietas,ff.pro ſoc.multi enim propter inopiā
deliquerunt,ut habetur Eccl.c.27.& prouerb.c.30.
tradit late Gl.ord.ad Theſ.5.a perſonis enim ſumi
5 †præſumptionem receptiſſimum*eſt in iure, leg.in
* fundo,in principio,ff.de rei uend.l.ult.in fi.de acti.
& oblig.leg. de minorū.§.de tormenta,ff.de q.leg.
non omnes,§.a barbaris,ff.de re mil.c. decedenter,
diſt.89.c.Lotarius,31. quæ.2. late Menoch. de præ
ſump.lib.1.q.15.

Declara hanc concluſionem,ut dictæ circunſtan
tię moueāt animum Iudicis,ut ſit circumſpectus ad
credendum teſtibus,ad dandum remiſſorias,& ſen-
tentiam ferendam.

Non autem elidunt coniecturas in totum.

Plures aliç ſunt circunſtantię quæ excludunt con
fidentiam,& colliguntur ex dictis in quæſtionibus
præcedentibus.

*S V M M A R I V M.*

1 *Fraus,& ſimulatio præſumitur ratione coniunctio
nis.*
2 *Amicitia,& coniunctio reſignantis,& reſignatarij
non probant confidentias.*
3 *Probatio debet eſſe concludens.*
4 *Non probat hoc eſſe &c.*
5 *Donatio facta amico,& conſanguineo non præſumi
tur fraudulenta.*
6 *Donatio præſumitur libera.*
7 *Colluſio non præſumitur ex amicitia.*
8 *Præſumptio ut delictum excludatur.*
9 *Conſilium præſumitur bonum.*

## QVAESTIO. LXXV.

Ex amicitia,& conſanguinitate an colligatur confi-
dentia.

SEptuageſimo quinto, An coniectura,quod reſi-
gnans,& reſignatarius eſſent amici , uel conſan-
guinei tempore reſignationis, arguat cōfidentiam.
Pro affirmatiua facit,quia inter coniunctos ſan-
1 guinis ,& amicos facilius†præſumitur fraus, & ſimu
latio,quam inter extraneos,l.pe.§.facilior,ff. de bo-
nis damn.Rom.conſ.24.in prin.Io.annib.in l. poſt.
contractum,nu.118.ff.de don.

Hoc tamen non obſtante , negatiua opinio eſt
* uerior,&*communiter ab omnibus recepta,ut ami
2 citia,& coniunctio†reſignantis,& reſignatarii non
faciant pręſumere confidentiam,& ita alias fuit re-
* ſolutum*per Rotam Coram D.Montis Flaſcon.in
una Gerunden.priuationis regreſſus die 26. Octo-
bris 1551. teſte Caputaq. deciſ.202.part. 1. Idem
Caputaque deciſ.210.lib.1.in manuſc.

Et huiuſmodi ſententia primo probatur , quia
huiuſmodi coniectura non ponitur in Conſtitutio-
ne Pii v.ergo arg.l.illam,C.de collat.

Secundo,Quia omnes fere reſignationes pręſu-
merentur confidentiariæ.nam reſignationes ſolent
tractari,& fieri inter amicos, & conſanguineos , &
inter quos liberalitas exercetur.

3 Tertio,Quia huiuſmodi†probatio neceſſario nō
concludit confidentiam , argu.not.in c.in præſen-
tia,de probat.& tamen,delictum probatur per pro
bationem, quæ nō poteſt aliud importare, Felin.
in c.ſuper his,col.8.uerſ.quarta concluſio, de accuſ.
4 & uulgare eſt,†non probare hoc eſſe,quod ab hoc
contigit abeſſe,l.nam hoc,C.unde legit.

Quarto, Quia amicitia,& coniūctio non ſunt in-
5 dicium ſufficiens ad ſimulationem,& fraudem†præ
ſumendam in donationibus , Bal.in l.poſt contra-
ctum,col.2.num.3.ff.de donat.& conſ.149.in prin-
cipio,tex.in l.ſi quis poſt hac,C.de bon. præſcr. Io.
de Imol.in d.l.poſt cōtractum,col.2.amicitia enim,
& coniunctio ad donandum potius liberaliter, quā
ad delictum ſunt iudicanda , leg. ſeruus communis
6 ff.de don.int.uir.& uxor.ubi donatio†pręſumitur li
bera propter amicitiam,& coniunctionem tertii,ut
late per Imol.loco citato,Roman.conſi.172. nume.
2.cum aliis,ut per Palat.Rui.in rubr. de don.§. 44.

7 Quinto,quia†colluſio non præſumitur ex amici
tia,Sal.in l.2.C.de colluſ.deteg.Natt.conſ.537.nu-
me.31.Maſc.de probationibus,concl.322. nume.6.

8 Vltimo,quia capitur†ſemper præſumptio, ut de
lictum excludatur,l.merito,ff.pro Soc.cum aliis, ut
per Alc.tract.præſumpt.3.reg.1.pręſum.Crau.cōſi.
18.col.ult.Et ob id conſilium,quod poteſt eſſe ma-
9 lum,& bonum,pręſumitur†bonum,Bal.in l. ſeruum
fugit.col.3.uerſ.nota,C.de ſeru.fug.Ita actus, Abb.
conſ.68.colum.3.uerſ.tertio,probo lib.1.Romanus
conſ.353.in finalibus uerbis,Marſil.conſ.2.nu.1.&
3.cū aliis,quę late poſt alios congerit Gabr. de ma
leſ.concl.2.per totam.

Ex quibus patet reſponſum ad argumentum in
contrarium adductum.

*S V M M A R I V M.*

1 *Contra quatuor caſus confidentiales poſitos in Con-
ſtitutione Pii V.non admittitur probatio in con
trarium.*
2 *Præſumptio iuris habetur pro ueritate.*
3 *Contra* Principis *ordinationem non admittitur pro
batio in contrarium.*
4 *Lex quantumuis dura ſeruanda eſt.*

5 *Contra*

5 *Contra ueritatem non admittitur probatio.*
6 *Præſumptio iuris,& de iure quid ſit.*
7 *Contra præſumptionem iuris non admittitur probatio in contrarium.*
8 *Præſumptio iuris,& de iure procedit ſecundum ueritatem.*
9 *Præſumptio iuris,& de iure manifeſtã inducit probationem,& de iure.*
10 *Præſumptio iuris,dicitur indubitata probatio.*
11 *Præſumptio iuris dicitur propria probatio.*
12 *Præſumptio iuris,& de iure comprehenditur in diſpoſitione requirente probationem per modum conditionis.*
13 *Præſumptio iuris dicitur legitima probatio.*
14 *Præſumptio iuris quomodo ſumatur.*
15 *Præſumptio iuris uocatur neceſſaria.*
16 *Ex lacte in mammis præſumitur mulier corrupta.*
17 *Probatio indirecta admittitur contra præſumptionem iuris,& de iure.*
18 *Quomodo probandum contra quatuor caſus confidẽtiales poſitos per Pium V.*
19 *Quomodo probatur,quod quis non poſſidet.*
20 *Admittitur probatio contra inſtrumentum , quod non ſit publicum.*
21 *Indirecte aliquando conceditur,quod directe negatur.*
22 *Indirecta probatio contra præſumptiones iuris , & de iure probatur per duos teſtes.*
23 *Vbi requiruntur inſtrumenta,admittuntur etiam teſtes.*
24 *Ob honeſtatem perſonæ admittitur probatio contra præſumptionem iuris,& de iure.*
25 *Quinque teſtes requiruntur contra probationem iuris,& de iure.*
26 *Confeſſio admittitur contra præſumptionem iuris, & de iure.*
27 *Notorium admittitur contra præſumptionem iuris, & de iure.*

## QVAESTIO LXXVI.

An admittatur probatio in contrarium cõtra præſumptiones Conſtitutionis Pii V.

SEptuageſimo ſexto, Quæro,an cõtra quatuor caſus confidentiales propoſitos a Pio V.in ſua Cõſtitutione in §. Quare nos uolentes uſque ad §.probandum,admittatur probatio in contrarium? Nega
1 tiue† eſt reſpondendum.Primo,quia in dictis caſib.
2 illis concurrentibus Pius V.induxit firmum † ius,
quod habuit pro ueritate iuxta ea,quæ tradit Bald.
in l.ſiue poſſidetis,nu.6.C.de probat.Fel.in c.quanto,num.3.de præſum.Rom.in l.ſi duo,num.8.ff. de acq.hæred.Prepoſ.in ca.is qui fidem,colũ.3. & 4.de ſponſa.& colligitur ex traditis per Abb.Imol. Dec, & Fel.in rubr.ex.de conſt.Sed contra, Principis or-
3 dinationem,† & mandatum,non admittitur probatio in contrarium,ut tradunt dd.in l.reſcripta, C.de precib.Imp.off.Card.Iacobat.de Conc.lib.7.art.7. num.29.Bart.in procę.ff.& in l.2.§.Si quis a Principe, ff.ne quid in loco publi.
4 Lex enim quamtumuis dura† ſeruanda eſt l.proſpexit,ff.qui & a quibus, c.in illis,diſt.4.Natt, conſi. 480.nu.9.&.præſumitur iuſta,ac cum cauſa lata.
5 Et contra ueritatem † non admittitur probatio uulgatis iuribus.

Secundo,quia prædicti quatuor caſus confidentiales poſſunt appellari quatuor præſumptiones iuris,& de iure,Cum Pius V.illos firmet,& ſtatuat ex præſumptionibus habẽtibus ortũ ab humanis prin
6 cipiis,Nã præſumptio iuris,& de iure,† ſi credimus, Bal.in in rub.C.de prob.nu.4. eſt animi legiſlatoris applicatio ad ueriſimile,cõfirmata ſanctione, Curt. Iun.cõſ.4.n.15.& cõſ.50.nu.15.& idẽ Bal.in le.ea quidem,nu.6.C.de accuſ.eſt ſtatus a iure promulgatus ex indubia coniectura,ex l.cum oſtendimus,§. ulti. ff.de fideiuſſ.tut.DD.omnes in rub.extr.de proba. ac Alc.in tract.præſu.p.1.in prælud.nu. 3.eſt diſpoſitio legis aliquid præſumentis,& ſuper præſumpto tanquam ſibi comperto,ſtatuentis ex c.is qui fidem de ſponſ.faciunt tradita per Fel.in c.quanto,col.2.
* de præſump.poſt Abb.& alios,ſed uulgatum,&* re
7 ceptum eſt,contra præſumptionem† iuris,& de iure non admitti probationẽ in contrarium:Ergo & neque contra prædictos quatuor caſus, minorem propoſitionem recipiunt omnes dd.in l.ult.in princ.in uerbo,præſumptione,quod metus cauſa Gl.in c.ferrum,diſt.50.& in c. fraternitatem,diſt.54.Abb.Anton.de Butr.Anch.Fel.Præpoſ.numer.8.& alii omnes in c.is qui fidem,de ſponſ.Sal.in rub.C.de prob. Cæpoll.de ſimul.contract.nume.17.Cur.iun. conſ. 50.num.5.Vital.de Camban.de clauſ.uerſ.reſtat ut uideamus,num.1.Cuid.Pap.de præſumpt.uerſ. quia nu.8.& probat ex pluribus textibus Menoch.de prę ſump.lib.1.q.60.prope finem.
8 Præſumptio enim iuris,& de† iure procedit ſecũdum ueritatem,l.ult.ff.de eo,quod metus cauſa,l.ſiue poſſidetis,C.de probat.Menoch.de præſumpti. lib.1.præſum.47.num.5.Et propterea manifeſte,&
9 liquide apparere dicitur,quod apparet† pręſumptione prædicta,l.ſi quis locuples, C.manumiſſ.teſtam.
10 l.licet Imperator,ff.de leg.1.& ideo dicitur† indubitata probatio,ita lege ipſa diſponente,Abb.in c.ueniens,el ſecundo,nu.6.& in c.is qui fidem, nume.2. de ſponſ.Comen.conſ.109.col.2..Bart. in l. cum ci-
11 tra,C.de iur.dot.Cur.ſen.conſ.4. nu. 17.&† propria probatio,Bal.in c.bone.num.2.de elect.Aret.in rubr.de probat.num.7.Dec.nume.13.Ber. num.52.& 55.& ibi hanc ſententiam ex pluribus defendi,& cõ
* probaui,&* communiter alii,ut per Menochium de præſ.li.1.præſ.36.ut cõpræhendatur in diſpoſitione
12 requirente probationem† per modum conditionis Ber.d.rubr.de probat.num.46.cum aliis,ut per Me
* nochium d.lib.1.q.37.& communiter alii,ac legiti-
13 ma probatio,cum a lege† ſit recepta,& approbata, Dec.in rub.de probat.col.penult.Ber.in c.conſuetudo.n.18.eo.tit.ex l.legitima,ff.de pact. & manifeſta ueritas.Iaſ.in l.licet Imperator,n.15.ff. de leg.1.& cõſ.23.n.2.li.1.Pariſ.conſ.80.n.15.& conſ.97.nu.6. uol.1.Crau.conſ.6.nu.42.Grat.conſ. 54. nume.52. lib.1.Tiraq.in l.ſi unquam,in uerbo donatione,nu. 158.C.de reu.don.

Et hæc præſumptio iuris,& de iure,de qua in his quatuor caſibus huius Conſtitutionis Pij .V. oritur ab humanis principiis,cum ſumatur ex indiciis, &
14 coniecturis† humana lege,& ratione probatis , ut p Bal.in rubr.C.de probat.num.6.uerſ.exemplum de ſecundo,Menochius de præſump.lib.1.q.3. num.8.
15 & ab aliquibus uocatur† neceſſaria, Specul.in tit.de præſum.§.ſpecies,num.5.Boer.deciſ.166.numer.2. Gram.deciſ.42.num.4.non autem naturalibus principiis,nam de illa affert exemplum Bal. loc.cit. quã
16 do probatur mulierem habere lac in mammis, † nã artificialis probatio,ſeu præſumptio neceſſario oritur,



tur mulierem fuiſſe corruptam,Fab. libr.5. inſtitut. orat.cap.8.

Limita non procedere in probatione indirecta
17 quæ admittitur contra præſumptionem† iuris, & de iure,Gl.in clem.prima,in uerbo feciſſe , de probat. Ant.de Butr.in c.ult.nume.22.de ſucceſſ.ab inteſt. & in c.uidua,in fi.de reg.Abb.in ca.is qui fidem nu. 5.de ſponſ.& ibi Præpoſ.num.8.Fel.in c. quanto, n. 4.de præſump.Couar.in epit.de ſponſ.part. prima, c.4.§.primo,nu.7.Soc.Sen.conſ.191.col.2.& conſi. 242.col.etiam 2.lib.2.Alc,tract.præſump.part.2.in præl.num.11.Crau.de antiq.temp.in 4.part.4.part.
* princ.nu.14.& communiter* alij ſequuntur. Poterit n.probari,quod qualitates requiſitæ a Pio V.ad cõſtitendas has quatuor præſumptiones iuris,& de iu-
18 re,ſiue caſus confidentiales, † non cõcurrant oẽs,& quod deficiat aliqua ex requiſitis qualitatibus, & ꝑpterea,quod non ſimus in tali caſu,ut tradit Bart.in l.1.§.& parui num.2.ff.quod ui.aut clam, cum aliis, ut per Menoc. caſ.301.& de præſump.lib.1.præſu. 65.nu.2.cum ſeq.ut quia non adſit pactum tacitum uel expreſſum.Alex.in l.a diuortio,§.ſi pignora nu. 4.ff.de re iud.Roman.in l.ſi duo.nu.12.ff.de acqui. hæred.aut ſimilis qualitas, Ideo aduerſus pręſumptionem illam iuris,& de iure præſumi legitimum poſſeſſorem,qui poſſedit a tanto tempore,cuius memoria non extat in contrarium , admittitur probatio per indirectum,ut puta,probando,hunc poſſeſ-
19 ſorem tam diu non poſſediſſe,immo† extare memoriam initii ſuę uitioſę poſſeſſionis Fel.in c.cum nobis nu.14.de præſc.& ibi late Pariſ.uel fuiſſe in mala fide,Crau.in tract.de antiq.temp.in quarta particula quartæ partis princ.numer.14.Hinc etiam aduerſus præſumptionem iuris,& de iure orientem ex inſtrumento publico admittitur probatio in con-
20 trarium per indirectum,quod non † ſit publicum, quod ſit ſimulatum,Bar.in l.prima,§.& parui num. 2.ff.quod ui,aut clam,Iaſ.in l.cum ea quæ.numer.3. C.de tranſact.Fel.in c.ex parte el ſecundo, num.6. uerſic.ſecundo,fallit de off.delega.Crau. conſi.211. num.5.Rui.conſ.78.nu.10.lib.4.Dec.conſ. 356.nu. 4.& alia exempla affert Menoch. d.qu.65.quod eſt ualde notandum.Nam indirecte conceditur, quod
21 † directe denegatur, & multa huius generis affert Fel.in c.ex parte num.7.de off.deleg.Anchar.conſ. 770.in primo dubio, Alex.conſ.54. libr.2. Caſſan. conſ.primo,num.24.

Et hæc indirecta probatio aduerſus quatuor caſus confidentiales huius Conſtitutionis Pij V. & ſic præſumptionem iuris,& de iure poterit probari ꝑ
22 duos† teſtes,Bal.in l.teſtium numer.2.C.de teſtibus & in l.generaliter,C.de non numer.pec.& in l.ulti. nume.7.C. arbitr.tut.Affl.deciſ.13.nume. 26. Menoch.d.q.65.num.11.eo magis,ſi teſtes ſunt omni exceptione maiores , nam teſtimonium horum eſt ualde priuilegiatum,ideo ſub diſpoſitione requirente probationem per ſcripturam, & inſtrumentum,
23 admittuntur† teſtes multum legales, Ant.de Butr.in c.2.in fi.de prob.& ibi Abb.num.11. Fel. nume.21. Dec.nume.14.Aret.in l.certi conditio,§. quoniam, nume.18.Soc.ſen.nume.23.ff.ſi cert.pet.Tiraqu.de pœn.leg.cauſ.51.num.17.

Eoque etiam magis,ſi perſona honeſta imputatur de confidentia,nam ob honeſtatem perſonæ uoluerunt aliqui contra præſumptionem iuris, & de iu
24 re etiam admitti directam† probationem,Butr.in c. uidua in fi.de reg.Dec.in c.poſtremo, num.7. de appel.& conſ.575.col.2.concurrente alia coniectura, Crau.quem citat Menoc.de præſump.lib. 1.q.64.n. 2.Et qu.63.citat plures dd.uolentes , pręſumptionẽ iuris & de iure admittere contrariam probationem
25 † teſtimonio quinque teſtium, Abb.in c.2.in fi.Dec. num.14.Fel.num.20.Ber.num.70.de probat . Hinc etiam contra præſumptionem iuris,& de iure admit
26 titur probatio† contraria,confeſſione eius cui fauet ipſa præſumptio,Gl.in l.ult.ff.quod metus cauſa,& in auth.ſed iam neceſſaria,C.de don.ant.nup.Abb. in c.is qui fidem numer.5.de ſponſa.Fel. in rubr. de præſump.nu.11.& c.quanto,nu.3.eo.tit.Soc.Sen in l.cum auus,num.72.ff.de cond.& demonſtr. & pluribus exemplis exornat,probat & comprobat hanc concluſionem Menoch.de præſumpt.lib.1.q.61.& etiam probatio contraria admittitur,quæ oritur,ex
27 † Notorio,Præpoſ.in c.is qui fidem,num.8.de ſpõſ. Fel.in d.c.quanto,num.3.Alc.in pręl.par.2.in trac. de pręſ.num.14.Card.Pariſ.conſ.12.nu.53. uolu.2. Cur.ſen.in l.admonendi,numer.24.ff. de iureiur.& ea quæ oritur ex proteſtatione,Gl.in c.uidua, de regul.Butr.in c.is qui fidem,col.2.de ſponſ.& in c.ult. nu.30.de ſucc.ab inteſt.Alc.loc.cit.

### SVMMARIVM.

1 *Coniectura legis eſt liquidiſſima probatio.*
2 *Contra præſumptionem iuris non admittitur probatio in contrarium.*
3 *Præſumptio iuris quæ.*
4 *Coniectura etiam eſt præſumptio.*
5 *Vbi lex requirit probationem inſtrumentalem ſufficiunt coniecturæ legis.*
6 *Coniectura legis probat delictum.*
7 *Coniectura habet locum etiam in materia correctoria.*
8 *Contra coniecturas poſitas in conſtitutione Pii V. admittitur probatio in contrarium.*
9 *Quod ex coniectura capitur non pro poſitione ſumitur.*
10 *Coniectura iuris uerſantur circa rem dubiam.*
11 *Præſumptio circa quid uerſetur.*
12 *Præſumptio iuris quid.*
13 *Præſumptio iuris a quibus habeat ortum.*
14 *Contra iuris præſumptionem quãdo admittatur probatio,& num.17.*
15 *Vbi affertur unica ſententia probationes debent eſſe apertæ.*
16 *Coniectura legis non eſt ueritas.*
18 *Contra pręſumptionem iuris,& de iure in pluribus caſibus admittitur probatio.*
19 *Probatio in contrarium tollit præſumptionem iuris.*
20 *Veritas ex probationibus.*
21 *Probatio per teſtes præualet aliis.*
22 *Præſumptio ualidior tollit minus ualidam.*
23 *Coniectura fortior tollit minus fortem.*
24 *Indicium efficacius tollit minus efficax.*
25 *Duæ præſumptiones tollunt unam.*
26 *Et una efficax tollit plures.*
27 *Præſumptio legis tollitur per præſumptionem hominis*
28 *Probatio contra præſumptionem iuris debet eſſe ſufficiens.*
29 *Debet probari per tres teſtes.*
30 *In ore duorum omne uerbum.*
31 *Præſumptio legis habetur pro ueritate ubi contrarium*

rium non probatur.
32 *Natura præſumptionis ut reiiciat probandi onus in aduerſarium.*
33 *Præſumptio iuris dicitur legitima probatio.*
34 *Lex requirens probationem admittit præſumptionem iuris.*
35 *Præſumptio præualet proprietati ſermonis.*

## QVAESTIO. LXXVII.

Contra quatuor coniecturas poſitas in conſtitutione Pii V. an admittatur probatio, & qualis.

SEptuageſimo ſeptimo Quæro, an cōtra quatuor
coiecturas poſita in §. ad probandū uero, in dicta
Conſtitutione Pii V. ex quibus præſumitur confi-
dentia, admittatur probatio in contrarium?
Pro negatiua facit Primo, Quia coniecturæ legis
1 ut sunt prædictæ, †liquidiſſime probationes ſunt l.
ſi quis locuples, ff. de manumiſſ. teſtam. in fi. ibi aper
tiſſime, Sebaſt. Sapia in repet. l. primæ. nu. 101. ff. de
off. eius, cui mand. eſt iuriſd. & habentur loco plenæ
probationis, Iaſ. in l. ſi quis ex argentariis, §. Prætor
col. 3. ff. de edend. Iaſ. in rep. l. non dubium nume. 7.
ff. de leg. Maſcard. de probat. tom. 1. in princ. qu. 14.
* num. 13. & communiter* dd.
2 Secundo, Quia contra† præſumptionem iuris nō
admittitur probatio in contrarium, l. antiquæ, C. ad
Vellei. l. ult. C. ad Maced. l. a diuo Pio, §. ſi pignora,
* ff. de re iud. Soc. in fall. regu. 384. cōis *opinio teſte
Maſcar. de prob. tom. 1. in princ. q. 10. num. 49. Ia-
3 cob. Nouel. in reg. 160. & præſumptio iuris illa†uo
catur, quādo lex aliquid de aliquo pſumit, l. ſiue poſ
ſidetis, C. de probat. l. prima, C. ad exhib. l. Quintus
Mutius, ff. de dona. inter uir. & uxor. l. pactum, ff. de
pact. Bar. in l. ſciendum, ff. de uerb. oblig. Abb. in c. is
4 qui, de ſponſal. & tamen† coniectura etiam eſt præ-
ſumptio, Bal. in l. ſi conſtante, §. ſi maritus, in fin. ff.
ſol. matr. Corn. conſ. 329. num. 38. uol. 1. Fel. in ca. ſi
autem numero 3. de reſcri. Hinc coniecturę poſi-
5 tæ a lege ſufficiunt etiā in caſibus, in quibus† lex re-
quirit probationem inſtrumentalem, l. quæcumque
iuncta l. 1. C. de apoch. publ. lib. 10. Bal. in l. 1. C. de
fideicom. Hinc etiam huiuſmodi coniecturæ pro-
6 bant† delictum Bal. conſ. 364. quinta queſtio' libr. 3.
Oldr. conſ. 192. uiſo diligenter, Crau. conſ. 6. nume.
42. & procedere in materia pœnali, & correctoria
7 †ſcribunt Bar. & Alex. in l. 1. ff. de leg. 1. Fulgoſ. in l.
1. C. de teſtam. milit.
8 His tamen non obſtantibus, †contraria opinio
** eſt uerior, & communiter * recepta in *praxi ut ui-
demus tota die, & in terminis firmauit Gabr. conſ.
172. numero 9. & numer 12. lib. 2. & fuit dictum in
Rota in una Coſentin. prætenſæ confidentiæ Die
Lunæ, 4. Februarii 1591. coram R. P. D. Orano, dū
Domini concluſerunt, coniecturas poſitas in d. Con
ſtitutione Pii V. non concludere neceſſario, ut ex il-
lis conſtet commiſſum fuiſſe delictum confidentiæ
& ſimoniæ, ſed ex una illarum elicitur præſumptio
ex qua, pluribus aliis coniecturis concurrentibus,
uult Pius V. delicti commiſſi reſultare probationē,
* & *fuit reſolutum in illa Brixienſ. prætenſæ confi-
dentiæ 5. Iunii 1591. coram R. P. D. Pegna, ubi in
ſpecie fuit dictum & concluſum, coniecturam illam
perceptionis fructuum ceſſare ex probatione, quod
ex alia cauſa fuerint fructus percepti, & fuit dictum
illas coniecturas non eſſe præſumptiones iuris &
9 de iure: Nam, quod ex† coniectura capitur, non pro
prie ſumitur, ut dicit tex. in l. prima, ff. ſi tab. teſtam.
Rom. in l. ſi cum dotem, in princ. nu. 47. ff. ſol. matr.
Cur. ſen. conſ. 78. n. 9. ubi dicit illū textū aureū, Lāc.
Dec. in l. oēs populi, nu. 7. ff. de Iuſt. & iur. eſt ēt tex.
in c. ad Apoſtolicā, in uerbo indirecte, de his, q̄ fiūt
a Prælatis ſin. conſ. capi. & receptum eſt, coniectu
10 ras iuris† uerſari circa rem dubiam, quæ eſſe uel non
eſſe poteſt, Bal. in rubr. C. de probat. & propterea di
cit Mar. Salamon. in l. Gallus §. quidam recte, num.
11 32. C. de lib. & poſth. præſumptio† uerſatur circa id
quod eſt geſtū ſed ignoratur, qualiter fuerit geſtū.
12 Præſumptio enim iuris† eſt illa, cum aliquibus po
ſitis ueriſimiliter, ac ita probabiliter, non autem ne-
ceſſario ſequitur quod intendimus, ut Fabius lib. 5.
inſt. Orat. c. 9. tradit, quem ad hoc refert, & ſequitur
Menoch. de pręſum. lib. 1. q. 4. nume. primo, & ideo
dicit Bal. in rub. C. de probat. num. 4. Pręſumptio iu
ris eſt animi legislatoris ad ueriſimile applicatio, o-
nus probandi transferens & itidem Bal. in l. ea qui-
dem, num. 5. C. de accuſ. dicit, eſt quędam ſufficiens
ad rem dubiam, de qua creduntur, credenda. l. iuris
gentium §. quod fere de pact. l. prima, C. de conu. &
commit. ſtipul. & Alc. de præſump. 3. par. in prælu.
num. 1. inquit Præſumptio iuris eſt probabilis con-
iectura ex certo ſigno proueniens, quæ alio non ad
ducto pro ueritate habetur, ſequitur Simanc. li. Ca-
th. inſti. tit. 50. numer. 6. Ac Salicetus in Rubr. C. de
proba. ſcriptum reliquit, præſumptionem iuris eſſe
animi applicationem quandam ad alteram partiū
quem ſequutus eſt Gul. Maynerius in l. in obſcuris,
num. 4. ff. de reg. iur. & faciunt exempla quæ colli-
guntur ex c. tuam, de probat. l. filium, ff. de his qui
ſunt ſui. uel ali. iur. l. ſi chirographum, ff. de prob. &
13 hæc præſumptio iuris ortum habet in probabilibus
ut Menoch. d. q. 4. oſtendit, & q. 7. in principio. Acce
dit, quia hoc ſuadet iuris naturalis ratio ut poſſit ac
cuſatus, uel inquiſitus de hoc crimine ſe defendere
14 & tali caſu admitti† probationem, etiam contra iu-
ris præſumptionem ſcribit, Iac. Butr. in l. ſiue poſſi-
detis, C. de proba. Soc. Sen. d. reg. 384. fall. 6. Eoque
magis cum agatur inter Clericos, & ſic inter hone-
ſtas perſonas quo caſu admitti reſpondit Dec. cōſ.
575. col. 2. in principio, nu. 6. quem ſequitur Alber.
conſ. 95. nu. 9. eo etiam magis, quia unica fertur ſen
15 tentia in hoc crimine, †ad tradita per Gem. in c. Or
dinarii in uerbo libere de off. ord. in 6. Fel. quem re
fert Maſc. de proba. to. 1. in princ. q. 10. nu. 66.
Ad argumenta in contrarium adducta reſpondē
dum eſt, & non obſtat primum, Quia uerum eſt, cō
iecturas legis eſſe proprias probationes, & liquidiſ
ſimas, Sed conſequentia non ualet, ut coniectura le
16 gis† ſit ueritas, ut egregie ſcriptum reliquit, Corn.
conſ. 185. nu. 6. uol. 2. & non admittat probationem
in contrarium Maſc. loc. cit. q. 14. nu. 10. in fi.
** Ad ſecundum reſpondetur, quod magis** com-
munis opinio eſt, ut coniectura, & præſumptio iu-
17 ris admittat† probationem in contrarium ut patet
ex his, quæ ſcribit Maſc. loc. alleg. q. 10. colū. 4. 5. ac
6. tradit Spec. in tit. de præſum. §. ſpecies ſub nume.
4. uerſiculo Nam contra, dd. in c. propoſuiſti, de pro
bat. & eodem loco Maſcard. num. 48. explicat, quæ
dicatur probatio iuris, & de iure, & hanc eſſe com-
munem ſententiam atteſtatur Menoch. de præſu.
quæſt. 31. nu. 2. Accedit quia etiam contra præſum
18 ptionem iuris, & de iure in pluribus †caſibus admit
titur probatio & exemplum in probatione per con
feſſio-



feſſionem, Iaſ. in l. cum ſe, n. 7. C. de tranſ. Corn. con
ſi. 39. colum. ult. lib. 4. Dec. in rubr. de probat. num.
160. & num. 161. exemplum etiam in rei euidentia,
in Notorio, Roma. conſil. 350. colum. 8. cum alijs,
ut per Fel. in cap. Quanto, de præſumpt. & in his,
quæ a partis conſenſu pendent, & lex eius conſen-
ſum non perpendat, ut in matrimonio Abba. & alij
in cap. is qui fidem, de ſponſal. Fel. loco citato Alc.
quem refert, & ſequitur Maſcard. quæſt. 10. numero
54. vbi etiam alias adducit limitationes, & declara-
tiones.
Concludendum eſt igitur, contra coniecturas cō
fidentiales poſitas in Conſtitutione Pij V. admitti
* probationem in contrarium, & ita communiter *
* ſeruatur, ac practicatur tota die, & tenetur per *
omnes.
19 Concludendum eſt, quoque, ipſam † probatio-
nem factam in contrarium tollere, & perimere cō
iecturas prædictas, vt voluerunt Abba. in conſi. 61.
colum. ult. uerſicu. Item antiquitas, lib. primo, Dec.
in l. prima, nume. 68. uerſicu. & prædicta in 3. lectu.
ff. ſi certum petatur, & conſil. 400. num. 8. Craue. de
antiqu. temp. in 3. parte princ. in principio, numero
28. & conſil. 258. num. 13. & eſt ratio, quia, quod p-
20 bationibus conſtat, †dicitur ipſa ueritas, l. ille, aut il-
le, §. cum in uerbis, ff. de leg. tertio, leg. continuus, §.
cum ita, ff. de uerb. oblig. ſed ueritas ſemper pręua-
let, le. penul. §. mulier, ff. de probat. Bald. in l. filium,
in prima lectura, num. 4. ff. de his, qui ſunt ſui, uel a-
lien. iur. Card. Pariſ. conſil. 29. num. 82. libr. 7. Ergo:
idque eo magis quia fides, quæ a probatione proue
21 nit, dicitur magis certa, & hac ratione †debet pręua
lere, Roman. conſil. 156. num. 4. Soc. Sen. conſ. 270.
colum. 2. libr. 2. & conſi. 67. num. 2. lib. 3. Pariſ. conſ.
29. num. 85. uolum. 2. & expreſſe hoc colligitur ex l.
ult. C. ſi minor ſe maio. dix. ex l. ult. in principio, ff.
eod. & l. ſi chyrographum, ac le. cum de indebito, ff.
de probat. l. nuptura, in fin. ff. de iur. dot. capit. is qui
fidem, de ſponſal. eo modo, ut inducit Menoch. tra
ctat. de pręſumpt. lib. primo, quæſt. 31. num. 78. cū
ſequent. Quod comprobatur etiam, quia, ſi præſum
22 ptio ualidior tollit† minus ualidam, l. Diuus, ff. de in
integr. reſtit. & ibi Gloſſ. l. non ſolum. ff. de ritu nu-
ptia. l. mater, C. de calumniat. cap. ex tranſmiſſa, qui
filij ſint legit. Bald. in rub. extra, de præſump. nume.
primo, Salicet. in l. prima, in fin. C. qui & aduerſus,
23 quos & coniectura† fortior tollit minus fortem, le.
quia autem, §. non ſimpliciter, ff. ſi quis omiſſ. cauſa
teſtam. Bald. conſi. 302. lib. 2. Fulgo. conſ. 173. Et
24 indicium efficacius tollit minus† efficax, Bartol. in
le. prima, . primo, ff. de quæſt. Pariſ. conſil. 153. nu-
mer. 54. libr. 4. Gramma. uot. 3. num. 15. & hac ratio
25 ne duæ† præſumptiones tollunt unam, Bald. in leg.
non ignorat, num. 5. C. qui accuſa. non poſſ. Alexā.
conſil. 30. num. 12. lib. 7. Dec. conſil. 470. nume. 10.
& conſil. 619. colum. ult. Crauet. conſil. 149. numer.
17. Natt. conſil. 29. num. 14. libr. primo, & una effi-
26 cax† tollit plures, quæ infirmiores, & debiles eſſent,
Pariſ. conſil. 10. num. 25. & conſil. 11. num. 26. & cō
ſil. 29. num. 84. uolum. ſecundo, Ergo & huiuſmodi
probatio.
27 Accedat, quia præſumptio, †legis tollitur per prę
ſumptionem hominis, Soc. Sen. in l. cum auus, nu-
mero 80. verſic. 12. ff. de cond. & demonſtrat. poſt
Bartol. quē citat Ruin. conſ. 39. nume. 10. & conſil.
40. nume. 4. libr. primo, Soc. Iun. conſi. 58. num. 7. li.
2. Dec. conſ. 15. num. 2.
Probatio tamen in contrarium debet eſſe ſuffi-
28 ciens, & aduertant patrocinātes, ut ſit† ualidior, iux.
ea, quę habentur, in l. ult. in principio, & ibi Bar. nu
me. primo, ff. quod metus cauſa, Curt. Iun. in le. pri-
ma, num. 28. C. qui admitti, & conſi. 52. num. 7. Ale-
29 xand. conſil. 99. in fin. libr. 3. & ut ſit probata per †
tres teſtes idoneos, Specul. in tit. de probat. §. ultim.
uerſicu. ultim. Alex. in l. tranſactionem, nume. 3. C.
de tranſact. Iaſ. in l. ſciendum, num. 10. ff. de uerbor.
oblig. licet ſecundum aliquos duo ſufficiant, iuxta il
30 lud, In ore duorum† uel trium ſtat omne uerbum, c.
cum eſſes, & c. relatum, de teſtam.
Etſi contrarium non fuerit probatum, quod lex
pręſumit in iſtis, quatuor coniecturis, habetur pro
31 ueritate, †ut fuerit admiſſa confidentia, iuxta ea, quę
ſcribunt Cald. conſi. 5. de probat. Guid. Pap. tracta.
de præſumpt. num. 61. Oldrad. conſil. 261. Nā hæc
eſt natura præſumptionis iuris, vt reijciat proban-
32 di onus in† aduerſarium, le. generaliter, §. ſi petitum,
in fin. ff. de fidei. libert. l. ult. in principio, ff. de eo, q̄
met. cauſa, le. cum de indebito, in princ. ff. de proba.
l. ſiue poſſidetis, C. eod. titu. cap. ex inſinuatione, de
procur. c. unico, ut Eccl. benef. Dec. conſ. 540. n. 11.
Fel. in c. ſuper his, n. 16. de accuſ. Ceph. conſ. 138. n.
18. Crau. de antiq. tēp. par. 1. princ. p. 11. nu. 26. Nec
33 mirum, Quia pſumptio iuris† dr̄ uera, & propria p
batio, Abb. in c. ueniens, el 2. n. 6. de ſponſa. Aret. in
rub. extra, de probat. nu. 7. & ibi Dec. nu. 13. Ber. n.
55. Bal. in l. 1. n. 18. C. de fideic. Iaſ. in l. licet Imper.
n. 13. ff. de le. 1. Card. Pariſ. conſ. 80. nu. 15. & conſi.
97. n. 7. uol. 1. Grat. conſ. 54. n. 52. li. 1. quam conclu-
ſionē plurib. exemplis comprobat Menoc. de præ-
ſump. li. 1. q. 36. nu. 4. cum ſeq. Et ideo continet ſub
34 diſpoſitione legis requirentis† probationes, Ro. in
l. 1. nu. 7. C. de teſtam. mil. Etiam in uim cōditionis,
Bal. in l. id quod pauperibus, nu. 24. C. de Epiſco. &
Cler. Dec. d. rub. de probat. nu. 13. & in l. qui accuſa
re, in fi. C. de eden. De qua re late Menoc. d. tract. q.
35 37. & 38. li. 1. Hinc dicunt dd. pręſumptionem† præ
ualere proprietati ſermonis, Bald. conſ. 452. ſtatuto,
col. ult. uerſ. ad ult. lib. 1. Ang. conſ. 261. col. 3. Alex.
conſi. 55. nu. 8. lib. 3. Crau. conſ. 161. nu. 13.

### SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria pro examinandis teſtibus, quando detur.*
2 *Non debet dari materia calumniandi.*
3 *Remiſſoria non datur in prima inſtantia.*
4 *In ſecunda inſtantia remiſſoria quando detur.*
5 *In Simonia non datur remiſſoria.*
6 *Ad probandum delictum non datur remiſſoria.*
7 *Ad probandum attentata non datur remiſſoria.*
8 *In iudicio confidentiæ datur remiſſoria.*
9 *Cauſa confidentiæ eſt profana.*
10 *In cauſis profanis conceditur remiſſoria.*
11 *Sine fumo datur remiſſoria in profanis.*
12 *Stylus quid in remiſſorijs.*
13 *Stylus ſtricti iuris eſt.*
14 *Stylus non excedit terminos.*
14 *Seruatur ius commune, vbi ſtylus non intrat.*
19 *Compulſoriales dantur ad probandum attentata.*
17 *Ex impedimento conceditur remiſſoria, vbi alias non datur.*
18 *Et propter calumniam in his caſibus conceditur.*
19 *Fruſtra datur, quod non releuat.*

20 *Poſt rem iudicatam remiſſoria nunquam concedi-
tur.*
21 *Res iudicata imponit finem litibus.*
22 *Ad purgandam innocentiam, quando remiſſoria de
tur.*
23 *Remiſſoria ſolet dari cum rotulo in forma.*
24 *Et quid aliud ſeruetur.*

## QVAESTIO LXVIII.

In confidentia an detur remiſſoria.

SEptuageſimo octauo Quæro, an in iudicio con-
fidentiæ detur remiſſoria in partibus ad exa-
minandum teſtes?
Pro negatiua adducitur ſtylus* Curiæ Romanę,
vt non dentur remiſſoriæ pro examinandis teſti-
1 bus in partibus ſubditis, † uel forſitan in regione
aliena, Rot. deciſ. 10. nota. de appellat. in ant. Rot.
2 deciſ. 7. de appella. eo. libr. ne detur materia † calum
niandi, & lites prorogandi, Addentes ad deciſio. 4.
Rot. ut lit. penden. in nou. quod elicitur ex iure cō-
muni, ex auth. apud eloquentiſſimum, C. de fid. In-
ſtrum. Fel. in cap. cum cauſam, de teſtibus, Rot. de-
ciſio. 3. de offic. delega. in nou. cum aliis, ut per Frā.
Hercul. de attent. ca. 16. colum. prima, Veſtr. in pra
xi. Rom. Cur. libr. 6. cap. ult. num. 2. Caſſad. deciſi. 4.
de delation. in principio, & ita fuit reſolutum in
una* Calaguritan. coram R.P. Do. Robuſterio 11.
Aprilis 1567. & eſt communis* opinio, ut per Lan-
cellot. de attent. 2. part. c. 26. num. 109.
Secundo, affertur recepta concluſio etiam in *
3 praxi remiſſoriam non dari, quando ſumus † in pri-
ma inſtantia in beneficialibus, ut per Put. deciſio.
4 54. num. 3. libr. primo, neque etiam in ſecunda † in-
ſtantia dari fuit reſolutum in * vna Legionen. Ar-
chidiaconatus, 11. Nouembris 1540. teſte Put. de-
ciſ. 42. libr. primo, ſed in crimine confidentiæ, non
datur appellatio, & ſic unica eſt inſtantia, ergo in
eo non datur remiſſoria.
5 Tertio, Quia † pro Simonia non datur remiſſo-
ria, vt fuit reſolutum in una * Mediolanen. Præpo-
ſituræ coram Cardinali ſanctæ Crucis, 11. Ianuarii
1555. & coram eodem 21. Nouembris 1558. fuit to
tum, non eſſe dandam remiſſoriam in partibus ad
recognoſcendum apocham Simoniacam, quæ per
vnum teſtem tantum eſt recognita, ut habetur. lib.
diuerſ. deciſ. 142. in manuſcr. & habetur per Caſſa-
dor. deciſ. 3. & 4. de dilat. Ioan. Paul. deciſi. 123. Cre
ſcent. deciſ. 132. in manuſcr.
Et in his terminis Simoniæ, ut non detur remiſ-
ſoria, fuit etiam reſolutum in vna Tullen. Canoni-
catus coram D. Decano 18. Ianuarij 1553. teſte Ca
6 putaq. deciſ. 62. par. 3. quia daretur † ad probandum
delictum Simoniæ, ad quod non ſolet dari, & tamē
confidentia eſt ſpecies Simoniæ.
7 Et non dari remiſſoriam ad probandum † atten-
tata, fuit pluries* reſolutum in Rota, etiam ſi conſtā
ret de fumo attentatorum in una Oximen. Archi
presbyteratus coram Dom. Antonio Auguſti. ſub
die 19. Decembris 1545. & 26. Martij 1546. teſte
eodem Auguſtin. deciſ. 4. incip. fuit dubitatum.
His tamen non obſtantibus, contraria opinio eſt
uerior, & in* praxi obſeruata, vt in iudicio confidē
8 tiæ † detur remiſſoria in partibus ad examinandum
teſtes, quam Primo probo, quia cauſa confidentiæ,
9 eſt profana, vt † fuit reſolutum bis * in Rota teſte
Cott. deciſio. 387. in manuſcr. ſed in † cauſis profa-
10 nis conceditur remiſſoria etiam in prima, inſtantia,
vt fuit* reſolutum in una Gerunden. prætenſę pri-
uationis regreſſus coram Accorambono die 15. Ia
nuarij 1552. teſte Cott. d. deciſ. 387.
11 Et eſt regulare, vt † detur in profanis remiſſoria
in qualibet inſtantia, etiam ſine fumo, ut* fuit plu-
ries reſolutum in Rota in una Oucten. Abbatiſſa-
tus de olero, coram D. Montisflaſcon. die Mercurij,
26. Octobris 1552. & in vna Valenten. ſubſidiorum
coram D. Capiſucco Veneris 7. Aprilis 1552. teſte
Caputaq. deciſ. 68. par. 3. & coram Moedan. 11. No
uembris 1542. teſte Put. deciſ. 201. lib. 1.
12 Secundo, Quia, quod non detur remiſſoria, † pro-
cedit de ſtylo, * ut notabiliter explicat Lancellott.
d. cap. 26. num. 134. cum de iure ſecus ſit, Caſſador.
deciſ. 4. num. 2. & ſequ. de dilat. vbi hoc egregie pro
bat, & præſertim, quia probandi facultas non eſt
13 coarctanda, ſed amplianda: ſtylus † autem eſt ſtricti
iuris, Fel. in cap. in noſtra corlor. 21. de reſcr. Card.
14 Pariſ. conſi. 112. num. 12. uol. 4. & non excedit † ter-
minos, Bald. conſil. 275. colum. ult. lib. 2. & in le. ult.
C. com. retra. iud.
Ergo, cum non reperiatur introductus in hoc iu-
15 dicio confidentiæ, ſeruabitur ius † commune, Bella-
me. deciſ. 65. & deciſ. 461. Dec. conſil. 72. colum. 2.
circa medium, & in ſimili caſu ſcripſi in tracta. de re
ſign. benef. lib. 3. q. 18. num. 75. 76. 77. cum ſeq.
Quibus ſtantibus, argumentum primum, in con
trarium adductum remouetur.
Secundum etiam non obſtat cum hæc ſit cauſa
profana, ut concluſit Rota,
Ad tertium reſpondetur, id eſſe ex ſtylo, qui ceſ-
ſat hoc caſu, ut dictum eſt.
Ad quartum, & ultimum, eodem modo reſpon-
deo, & illa concluſio limitatur pluribus modis, ut
per Lancellot. d. cap. 16. a numero 113. uſque ad nu.
138. & per Hercul. d. c. 16. & quandoq; dantur cō-
16 pulſoriales ſpeciales, ad partes † ad probandum attē
tata, ut fuit dictum in una* Aſtoricen. Abbatiæ, co
ram Oradino 18. Ianuarij 1555.
His ergo ſolutis, concludendum eſt, remiſſoriam
dari in iudicio confidentiæ, & id uidi ſeruari, quod
eo magis procedit, cum teſtes eſſent in remotiſſi-
mis regionibus, ita, ut, niſi cum maximo diſpendio,
ad locum iudicij adduci poſſent, vel aliquo iuſto im
pedimento detenerentur ex morbo, aut alias: nam
hoc caſu concedenda eſt remiſſoria, etiam in caſi-
17 bus, in quibus ex † ſtylo non ſolet concedi, Fel. in ca.
cum cauſa, num. 27. & 31. de teſtib. Benintend. de-
ciſ. 74. num. 4. Caſſad. deciſ. 4. de dilation. Menoch.
de recuperan. poſſ. rem. 15. num. 346. & 348. qu. 25.
& rem. 17. q. 15. num. 46.
Et eo etiam magis huiuſmodi concluſio proce-
dit, cum conſtat in petente calumniam abeſſe, nam
18 hoc caſu † conceditur etiam in caſibus, in quibus de
ſtylo non ſolet concedi, Caſſad. deciſ. 5. de ſequeſtr.
poſſeſſ. & fruct. & faciunt, quæ ſcribit Caputaq. de-
ciſ. 136. par. 1.
Prudens autem, & circunſpectus iudex illam da-
19 bit, cum iudicauerit illam releuantem, quia † fruſtra
expectatur probatio, quæ cum probatur non rele-
uaret, Caſſad. deciſ. 2. de dilat. Caputaq. deciſ. 68. &
deciſ. 70. p. 3. Put. deciſ. 366. lib. 2. & fuit reſolutum
in una* Segobien. ſpolij beneficij coram Guidobo-
no uigeſimo ſeptimo Iunij 1552. teſte Caputaque.
deciſio. ſexageſimaſexta, parte. 3. & in una Pam-
pilonen.



pilo nen. Prioratus coram Puteo 1. Iunij 1551. teſte
Caputaqu. deciſ. 60. part. 3. & hac ratione non con-
ceditur poſt rem † iudicatam, ut fuit reſolutum * in
o vna Toletan. Die 11. Maij 1551. coram Graſſ. te
ſte Caputaqu. deciſ. 51. par. 3. quia per rem iudica-
21 tam eſt impoſitus finis † litibus, & probationes non
ſunt recipiendæ, cap. cum Bertoldus, de re iudic. &
hoc eo maxime, cum aliter ueritas haberi non po-
teſt. Socin. Iunior conſil. 90. nume. 4. uolum. 2. Ga-
briel. de Malef. conclu. 25. num. 7. & cum agitur ad
22 purgandam innocentiam, nam tali caſu † remiſſo-
ria, quæ non conceditur, in criminalibus regulari-
ter, datur. Abba. in cap. cum cauſam, de teſtibus co
lum. penult. Archidiacon. in cap. præſentium, §. te-
ſtes, colum. penul. eod. titu. in 6. & ibi Gemin. in Gl.
prima, datur ut innocentia purgetur, Salic. in auth.
apud eloquentiſſimum, prope fin. C. de fid. Inſtru.
Soc. Iun. d. conſil. 60. num. 7. uolum. 2. uel quia agi-
tur de crimine ciuiliter, Soc. Iun. loc. citat. Gabrie. d.
conclu. num. 10.
23 Et huiuſmodi remiſſoria de ſtylo ſolet dari †
cum rotolo in forma, iuxta ea, quæ habentur, in ca-
pit. prȩſentium, de teſtibus libro 6. cap. forus, de uer
bor. ſignifica. cap. uenerabili de teſtibus, ubi Abba.
nume. 2. & alij Docto. uel deſtinatur Notarius ad
recipiendum probationes, uel ad recognoſcendum,
24 † & ita uidiſſe obſeruare* atteſtatur Lancellot. dict.
tracta. de action. d. cap. 26. nume. 137. & ita etiam
vidi ſeruari a Iudice * confidentię ann. 1590. cum
deſtinauit Notorium, in cauſa Coſentin. prætenſæ
confidentiæ ad Sereniſſimum Magnum Ducem
Etruriæ ad Iurandum, quaſdam literas, & in eadem
cauſa fuerunt datæ remiſſoriæ ad examinandum
teſtes Cremonæ, & Coſentiæ, & ita communiter
* ſeruatur.

### SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi ſunt Ordinarij in earum dioceſibus.*
2 *Poſſunt omnia crimina cognoſcere.*
3 *Abbates ſunt Ordinarij.*
4 *Auditor Cameræ eſt Ordinarius.*
5 *Mandatum videtur datum Iudicibus, qui habent fa
cultatem.*
6 *Cum non eſt reſeruata Papæ poteſtas, videtur con
ceſſa Epiſcopis.*
7 *Verba referuntur ad intellectum iuris.*
8 *Pius V. ſibi reſeruauit cognitionem cauſarum confi
dentialium.*
9 *Ex qua cauſa.*
10 *Delicta non debent remanere impunita.*
11 *Per delictum offenditur Deus, & Reſpublica.*
12 *Parum eſt iura condere, niſi debitæ mandentur exe-
qutioni.*
13 *Idem Pius V. reſtrinxit dictam auocationem.*
14 *Quibus commiſerit huiuſmodi cauſas Pius V.*
15 *Sixtus Quintus erexit officium cauſarum confiden-
tialium.*
16 *Confidentia ſolet committi inter potentes viros.*
17 *Iuſtitia debet miniſtrari æqua lance.*
18 *Iudex eſt in exequutionem iuris.*
29 *In cauſis reſeruatis ordinarij nulliter procedunt.*
20 *Sententia lata in cauſis reſeruatis eſt nulla.*
21 *Per reſeruationem limitatur Ordinarij iuriſdictio.*
22 *Iuriſdictio eſt fundamentum iudicij.*
23 *Iudicatum non dicitur, quod factum fuit ab eo, qui
non habet poteſtatem.*
24 *Nullitas ex defectu iuriſdictionis reputatur inſa-
nabilis.*
25 *Statutum reijciens nullitatem non comprehendit
hanc ex defectu iuriſdictionis.*
26 *Vltima attendenda.*
27 *Lex vltima ſeruanda.*
28 *Vnius incluſio eſt alterius excluſio.*
29 *Inferior non poteſt ſe intromittere vbi Papa ponit
manus.*
30 *Epiſcopi, & alij ordinarij poſſunt cognoſcere in cau
ſis confidentialibus.*
31 *Relaxata prohibitione actus poteſt fieri.*
32 *Fauorabilis iudicatur reductio ad ius commune.*
33 *Exceptio format regulam in caſibus non excep-
tuatis.*
34 *Intellectus ad vitandam correctionem recipiendus.*
35 *Odioſa quatenus loquuntur intelligenda.*
36 *Relatum in referente.*
37 *Cum eiſdem qualitatibus.*
38 *Relatio nunquam ad inutilia.*
39 *Generalis diſpoſitio nunquam refertur ad contra-
ria.*
40 *Lex intelligenda, vt alteri non præiudicet.*
41 *Iuriſdictio cenſetur conceſſa cumulatiue, & non pri
uatiue.*
42 *Ac etiam per conſuetudinem.*
43 *Princeps concedens Iuriſdictionem alicui non vi-
detur derogare iuriſdictioni ordinarij.*
44 *Etiam ſi conceſſio ſit facta per dictionem taxati-
uam.*
45 *Iuriſdictioni Ciuitatis non cenſetur derogatum per
deputationes alterius officialis.*
46 *Per deputationem alicuius viſitatoris non prohi-
betur Epiſcopos viſitare.*
47 *Cauſæ confidentiariæ, vt plurimum ſolent in vrbe
tractari.*
48 *In cauſa confidentiali ſolet dari adiunctus.*

## QVAESTIO LXXIX.

Quis poſſit cognoſcere, de cauſis confidentialibus, &
an Epiſcopi poſſint.

SEptuageſimo nono, Quæro, quis cognoſcat, de
confidentijs beneficialibus? Attento iure com-
1 muni, eſſet reſpondendum, Ordinarios iudices, † ut
ſunt Epiſcopi in earum Diœceſibus, cap. cum Epi-
ſcopis de off. ord. li. 6. c. decretum, 10. q. 1. c. omnes,
2 16. q. 7. c. perlectis, 25. di. qui habent fundatam intē
tionem inquirendi, † cognoſcendi, & puniedi oīa, &
quęcunq; crimina, ut dicit ſum. Pont. in ca. 1. de off.
ord. ubi Abb. & alij oēs* hoc notant, Gl. in ca. per-
uenit, diſt. 95. Dec. in c. poſt ceſſionem. col. 1. de ꝓ-
ba. Bertachin. in tract. de Epiſc. par. 2. nu. 89. q. 35.
Corrad. in templ. oīum Iud. li. 2. c. 5. §. 4. de dignita
te, & potentia Epiſcopi, n. 4. cum ſeq. Burſ. cōſ. 405.
3 nu. 1. & 2. uol. 4. Abbates, † & alij inferiores ordina-
rij in eorum iuriſdictionib. tex. cū gl. in c. ordinarij
verbo locorum, de off. iud. in 6. Gl. in c. quāquam in
uerbo loci ordinario, de uſur. li. 6. Gl. in cle. 1. de ſe-
queſtr. poſſ. & fruc. not. in c. cū contingat, de off. or.
Ac iudices ordinarij exiſtentes in Ro. Curia qua
4 les ſunt † Audit. Camerę, & alij, ut per Hoſt. in ſum.
de off. ord. poſt principium, §. quis poſſit eſſe ordi-
narius, Arch. in c. experientiæ, poſt mediū. 11. q. 1.
Gl. 1. in Clem. Aud. & ibi Card. Zabar. num. 5. Bo-
nif. de Vitall. nu. 25. de reſcr. Mandoſ. in Gl. facult.

§.ſane in uerbo generalis,& in reg. 7. Cancellariæ,
q.2.col.4.& in tract.de monit.q.44.
Idque etiam procedit, attenta conſtitutione Pij
Quarti prohibentis, hoc crimen, namque uidetur
5 mandare his iudicibus,qui de iure habent † hanc
facultatem,iuxta,ea,quæ habentur,in leg.Gallus,§.
quidam recte, ff. de liber. & poſthum. cum in eius
6 conſtitutione ſibi non reſeruauerit cognitionem,†
& dictarum literarum executionem, Doctor.om-
nes in cap.at ſi clerici,§.de adulterijs,de iudic.& ver
7 ba generalia referuntur ad†intellectum iuris, & de
his intelliguntur,cap.2.de bigam.Baldus,in l.aper-
tiſſimum,C.de iudic.Dec. d.§.de adulterijs, nu.41.
Sed Pius V.per eius Conſtitutionem,52. incip.
Licet felic.recor.anno ſecundo auocauit ad ſe om-
8 nes cauſas†confidentiarum beneficialium, & earun
dem cognitionem,& literarum Pij IIII.executio-
nem ſibi,& ſucceſſoribus reſeruauit, etiam contra,
quoſcunque Cardinales,Patriarchas, Archiepiſco-
pos,Epiſcopos,& alios quoſcunque motas penden
tes,& mouendas coram quibuſcunque iudicibus,ēt
ad hoc ſpecialiter delegatis,etiam Auditoribus Ro
tæ,& S.R.E.Cardinalibus,cuius Conſtitutionis te-
norem habes in Bullario folio.1007. vbi potes vi-
dere .
Et ratio huius auocationis ponitur in d.Conſti-
9 tutione in §.tamen,pro eo,quia iſte confidentiæ, †
ut plurimum inter Cardinales,Archiepiſcopos,Epi
ſcopos,& alios potentes uiros committuntur, qui-
bus pro eorum dignitatibus, gradibus, & officijs,
aut potentia inferiores Iudices reſpectum habent,
& ob eandem rõnem non reperiuntur inſtigatores
& accuſatores,qui uelint propalare iuſtitiam deſu-
per exhibendam,& miniſtrãdam, ex quo delictum
10 remanet†impunitum,contra,l.ita uulneratus, ff. ad
l.Aquil.ubi Bald.dicebat, publicæ diſciplinæ fauo
rem dictare,ac ſuadere,ut delicta perpetrata puniã
tur,leg.licitatio,§.quod illicite,ff.de public.& uecti
ga.leg.capitalium,ff.de pœn.capit.ut famæ,de ſen-
tent.excommun.& ratione poſita in leg.prima,Co.
ad leg.Iul.repetund.quem textum aureum appel-
lat Iodocus in prax.crimin.in procem.numero,9.&
habetur per Marin.Soc.Sen.in cap.ueniens,numer.
287.de accuſa.nam non ſolum Deus,ſed etiam Re
11 ſpubl. offenditur † per delictum .leg. ſi quis inge-
nuum,§.in ciuilibus,ff. de capt. & poſtlim. Reuer.
Mar.Anton. Blanc.in praxi crimin.§. datis defen-
ſionibus,numero 44.& parum eſt iura condere,ni-
12 ſi debite mandentur†exequutioni, ad not. in leg.
2.ff.de orig.iur.Soc.in l.ſi filius,numero 7. ff. de li-
be.& poſt.Cardin.Pariſ.conſil.104.numero 69.vo
lum.1.Cep hal.conſil.136.num.18.lib.1.Ruin.con
ſi.13.num.17.uol.2.
Idem Pius V.in Conſtitutione 87. relaxauit hu-
iuſmodi auocationẽ cauſarum confidentialium, &
mandauit locorum ordinarijs, ut in ſuis Diœceſi-
13 bus,& locis exemptis†ſtudioſe attendant, & in de-
linquentes ſeuere animaduertant. Quæ relaxatio
fuit facta de omnibus cauſis,præter quam depen-
dentib.coram eo,& de Cõſiſtorialibus contra Epi-
ſcopos,Archiepiſcopos,& Cardinales,in quibus e-
tiam poſſunt inquirere,& inquiſitionem ſigillo ob
ſignatam ad Romanam Sedem tranſmittere,ut di-
citur in §.Nos enim,& in §.quo circa.
Sed quia non poterat d. Pius V. huiuſmodi cau-
ſas cognoſcere,& decidere ob ardua ,& grauiſſima
14 † totius Reipub.Chriſtianæ negocia,ideo eas com
miſit Honuphrio Cameræ Apoſtolicæ Præſiden-
ti uſque ad ſententiam excluſiue,quam ſibi, & ſuc-
ceſſoribus reſeruauit, ut patet in Motu proprio
158.incip.Cum ſicut accepimus,cuius tenorem ha-
bes in Bullario fol.1165.
Et cum nec etiam poſſet audire relationem om
nium iſtarum cauſarum,& poſtea ſententiare,ideo
idem Pius V.ampliauit iuriſdictionem prędicti iu-
dicis,ut coniunctim cum alio poſſit omnes cauſas
audire,& decidere,etiam uſque ad ſententiam in-
cluſiue,exceptis cauſis contra Cardinalem,Patriar
cham,Archiepiſcopum,& Epiſcopum, ut patet in
Motu proprio 159.incip.Cum alias, cuius etiam te
norem habes in Bullario,fol.1166. Et ita vſque ad
annum 1586.fuit ſeruatum . Namque a ſum.Pont.
pro tempore exiſtenti deputabatur Prælatus do-
ctus,& integerrimus,& inter alios a Gregor.XIII.
fel.recor.fuit electus Illuſtriſſimus,& Reuerendiſ-
ſius D.Benedictus Iuſtinianus nunc S.R.E.presby
ter Cardinalis ampliſſimus,qui prudentia,integrita
te,legum,& literarum ſcientia, ac rerum agenda-
rum experientia,& deſteritate nulli ſecundus . Et
quia ita deputabatur ſecundum facultates conceſ-
ſas per Pium Quintum procedebat.Poſtea vero fel.
15 recor.Sixtus Quintus erexit†officium Auditoratus
cauſarum confidentialium,aſſignando Auditori de
cimam partem prouẽtuum,eique concedendo fa-
miliaritatem,continuamque commenſalitatem, &
prælaturam domeſticam,& facultatem proceden-
di contra omnes,etiam Cardinales, & Auditorem
conſtituit Reuerend.P.Do. Alexandrum Catala-
num pro duobus millibus ducatis auri de Camera,
ut patet in Conſtitutione eiuſdem Sixti Quinti 51.
incip.Diuina,ann.ſecundo,cuius tenorem habes in
Bullario.fol.271. Quo Auditore uita functo,deputa
tus eſt Re.Pa.D.Curruſaureus.
Sed dubitari contingit,an hodie Epiſcopi, & a-
lij ordinarij poſſint huiuſmodi cauſas confidentia-
les cognoſcere, & per ſentẽtiam diffinitiuam abſo
lutoriam,aut condemnatoriam illas terminare?
Pro negatiua, quàm a multis uidi pertinaciter
defendi, Primo,adducitur allegata Conſtitutio 52.
Pij V.incip.Licet Felic.record.publicata ann.ſecun
do,qua omnes cauſas confidentiales inter quoſcun
que vertentes,& vertendas cognitioni ſuæ, & ſuc-
ceſſorum Roman.Pontif.reſeruat, & dicit, quod
Pius IIII.qui confidentias prohibuit, debebat hoc
facere,& affert tres rationes . Prima, Quia con-
16 fidentię ſolent, ut plurimum committi † inter
potentes uiros, & Prælatos in dignitate maxima
conſtitutos,& S. R. E. Cardinales,quarum perſo-
narum cauſæ, non poſſunt ab inferioribus iudici-
bus cognoſci,nec expedit, quia dicti iudices his
pro eorum dignitatibus, gradibus, & officijs ha-
bent reſpectum, & propria iuſtitia non miniſtra
17 tur † æqua lance,vt debet,cap. Deus noſter, di-
ſtinct.13.Bald. in leg.ſecunda,Cod. de ſentent. ex
breui.leg.recit.& in leg.ſecunda,in 4. not. Cod. de
18 fideicomm.in†executionem iuris, leg. ius autem,
ff.de leg.le.nam prætorium,ff.de iuſti.& iur.capit.
primo,de ſentent.& re iudic.cap.cum Ioan. de fid.
Inſtr.cap.iudicantem 30.quæſtio.5.leg.2. §.parum
eſt condere,ff.de iuſt.& iur.Secunda,quia contra ta
les perſonas nullus eſt,qui inſtigatorem,aut accuſa
torem ſe oſtẽdere,aut propalare velit in iuſtitia de
ſuper exhibenda,& miniſtranda, ex quo ſequitur,
delicta remanere impunita , contra ea , quæ
habentur



habentur,in l.ita uulneratus,ff.ad l.Aquil. Tertia,
quia iudices minores ſe reddunt circa puniendos
confidentiarios negligentes,& moroſi: Qua reſer-
uatione ſic ſtante Ordinarij cognoſcere, & deci-
19 dere non poterunt huiuſmodi cauſas,& inualide,&
nulliter procedent,ſicut in alijs cauſis†reſeruatis,&
faciunt,quę habentur in deciſio.169.in nou.Bella-
mer.deciſ.576.ut per Hoſtien.de offic. de legat.§.
quid pertinet,columna.2.Gloſſ.in capit.primo,de
tranſlat.epiſcop.& in cap. quod tranſlationem, de
off.leg.Specul.de off.lega.§.nunc oſtendendum,in
princ.cum ſequen.colum.cum ſint iuriſdictioni Pa
20 pæ ſpecialiter reſeruatæ,&,ſi ſecus faciat ſententia
ab eo lata ex defectu†ſuæ poteſtatis erit inutilis,&
nulla,ut egregie ſcriptum reliquit Hoſtien. in ſum.
titu.de ſentent.§.quis debeat uerbo ratione rei,fa-
ciunt quę ſcribit Bartol.in l.omnes populi,in 3.q.4.
quæſt.principalis,in fin.de iuſt.& iur.Bald. in l.pri.
C.de iur.aur.annull.Anton.de Butr.in cap.per ue-
21 nerabilem,colum.4.& ibi Abb.colum.3.qui fil.ſint
legit.& reſeruatione limitari ordinariam † iuriſdi-
ctionem ſcribit Vant.in tract.de nullit.in tit.de nul
lit ex defectu iuriſdic.num.98.& 99.cum ſeq.& ta-
22 men baſis,& fundamentum iudicij†reputatur iuriſ-
dictio,Bald.in rubr.C.ſi a competen.iud.Ideo iudi
23 catum dici non poteſt ab eo,qui ius dicendi † non
habuit,le.prima,§.primo,ff.ad Tertull.le. prima,§.
hec autem uerba,ff.quo quiſque iur.l.2. in fin. ff.de
24 pen.Hinc huiuſmodi nullitas reputatur†irreparabi
lis,& inſanabilis defectus,Staphyl.de lit.grat.& iu-
ſti.fol.145.ſecundum primam impreſſionem,Sarn.
quem refert,& ſequitur Vant.loco citato,num.6.&
25 hac ratione dicta nullitas non comprehẽditur† ſub
ſtatuto,ſeu alia diſpoſitione nullitatem reijciente,
Glo.vltim.in Clemen.vnica de ſequeſtr.poſſ.& fa-
cit Angel.in l.non erit,§.dato,ff.de iur.iur.Fel.in c.
ex parte el ſecundo in ſeptima fall.de offic. delega.
& in rubr.de for.competen.uerſicu.tertium funda-
* mentum,& eſt communis* opinio,teſte Alexand.
conſ.79.in cauſa.& lite in fin.lib.7.
Secundo,comprobatur ex alia Conſtitutione
Pij Quinti, 158.incip.Cum ſicut accepimus,ubi re-
fert dictam reſeruationem a ſe factam omnium
cauſarum confidentiarum, & illas committit cui-
dam Prælato,quod etiam ſubſequens Conſtitutio
159.probat,& tamen hæ Conſtitutiones ſunt po-
ſteriores Conſtitutione 87. Pij Quinti, vt ordo
ipſarum demonſtrat, ergo in hoc ipſæ potius at-
tendendæ, quam dicta Conſtitutio 87.ubi relaxat
26 reſeruationem,†præterquam in duobus caſibus,le.
pacta nouiſſima,C.de pact.le.ſi unus,§. pactum ne
peteret,ff.eod.titu.Gloſſ.in l.in ciuile,ff.de lega. &
ibi Angel.egregie ſcriptum reliquit,quod,ſi duę re
27 pugnantes municipales leges † extent, in Statuto-
rum libro, eſſe eam ſeruandam, quæ ultimo, loco
ſcripta ſit:regulare enim eſt,vt poſterior ordo ſcri-
pturæ attendatur,Alſan.in leg.prima. numero 29.
ff.ſi cert.petat.
Tertio,accedat Conſtitutio q̃ incip.Diuina Dei
prouidentia Sixti Quinti, in primo, libro ſuarum
extrauang. ubi in princip. ita dicit . Cum itaque
alias fel.rec.Pius Papa Quintus prędeceſſor noſter
omnium cauſarum confidentiarum pro tempore
mouendarum cognitionem,& deciſionem, ac lite-
rarum Apoſtolicarum a pie mem. Pio Papa IIII.
etiam prædeceſſore noſtro ſuper huiuſmodi confi-
dentijs emanatarum executionem ſibi, & ſucceſſo-
ribus ſuis reſe ruauit,&c.ex quibus uerbis ſatis hoc
deprehenditur.
Quarto,quia prędictus Sixtus V. prępfata conſti-
tutione erexit officium iudicis confidentiarum, &
vocauit illum Auditorem,cui per clauſulas genera-
les,& facultates, ampliſſimam omnium cauſarum
cognitionem,& deciſionem mandauit, Quare vi-
detur auferre poteſtatem,quæ poteſt competere or
28 dinarijs:tamen ex regul.uulgari, Vnius incluſio†eſt
alterius excluſio,le.cum Prętor,ff.de iudic. cum ibi
29 not.tum etiam,quia Papa appoſuit manus† ergo in
ferior non poteſt ſe intromittere, cap.ut noſtrum,
de appell.Bald.in cap.primo,§.ad hęc,colum. 3.de
pact.iur.firm.Calder.conſil.7.de prębend.Roman.
conſil.335.columna prima,Dec.conſil.137.colum.
2.uerſicul.non obſt.& in capitu. cum acceſſiſſent,
num.44.de conſtit.
His tamen non obſtantibus,contrariam ſenten-
tiam affirmatiuam exiſtimo ueriorem, & tenendã,
30 ut Epiſcopi,†& alij ordinarij poſſint hodie omnes
cauſas cõfidentiales,cognoſcere,& decidere, & mo
uet me P.Conſtitu.dicta 87.Pij V.in §. Nos enim,
ubi relaxat huiuſmodi reſeruationem,& cognitio-
nem dictarum cauſarum exceptis duntaxat illis cau
ſis,quæ tunc coram ipſo pendebant,& illis,quarum
diſpoſitio ratione Eccleſiarum,& Monaſteriorum
in Conſiſtorio fieri conſueuit,aut debet,& illis,quę
contra ordinarios collatores Epiſcopos,& alios Su
periores Pręlatos,etiam Cardinales haberi contin-
gerit.Ideo in §.quo circa,mandat omnibus locorũ
Ordinarijs,ut ſeuere in earum iuriſdictionibus ani-
maduertant aduerſus confidentiarios,& omnes il-
lorum cauſas,præter quam dictas reſeruatas ſpecia
liter,in quibus habeant nihilominus facultatem in-
quirendi,& inquiſitionem ſigillo ſignatam tranſ-
mittant ad Sedem Apoſtolicam,& ut unuſquiſque
verba poſſit conſiderare,illa apponere placuit.Nos
enim ſingulis Ordinarijs ipſis,prædictos omnes,&
quoſcunque alios,etiam exemptos, etiam per edi-
ctum publicum,conſtito prius ſummarie,& extraiu
dicialiter,de non tuto ad illos acceſſu,citandi,& mo
nendi,eiſque,ac iudicibus ordinarijs,& delegatis,a-
lijſque perſonis,quibuſcunque,ne prędictorum exe
cutionem,quoquo modo impediant,uel alias in illis
ſe ſe interponant,etiam per ſimile edictum inhibẽ-
di,eoſdemque,ac alios contradictores, & rebelles,
quoſcumque per cenſuras,& pœnas Eccleſiaſticas,
ac oĩa alia iuris,& facti remedia oportuna compel
lendi,auxilium brachij ſæcularis quandocunque o-
pus erit,inuocandi,cæteraque in prędictis omnib.&
ſingulis neceſſaria faciendi,& exequendi, plenam,
& liberam tenorę præſentium concedimus facul-
tatem.
Ex quibus verbis aperte patet,Ordinarios poſ-
ſe procedere , & decidere,in omnibus , & in
exceptuatis inquirere, nam reſeruatio facta per
31 eundem Pium Quintum in Conſtitutione 52 . eſt
relaxata per † hanc,unde prohibitio, & reſerua-
uatio amplius non attenditur, leg.ſi quis priore,
ff.ad Trebell.l.ſi iure,ff.de leg.tertio,§.poſteriore,
Inſtitu.quibus mod.teſtam.infirm.Et remotio ob-
32 ſtaculorum,ac reductio ad ius commune†fauorabi-
lis iudicatur,cap.ab exordio.diſt.35.Gl.in cap. ſta-
tutum,de pręb.lib.6.Anchar. conſi.131. Caſſador.
deciſ.4.numero ſecundo,de priuile. & faciunt not.
in leg. ſi unus,§.pactũ,ne peteret,ff.de pact.Et ex-
33 ceptio facta in illis caſibus†firmat regulam in caſib.

non exceptuatis,l.quæſitum,§. idem reſpondet,ff. de fund.inſtrum.lega.nam quod liquide,in fine,ff. de pœn.leg.Silu.conſi.56.num.20.Dec.in l.ult.nu. 45.in prin.C.de edict.Diu.Adr.Tollen.

Concludo igitur,hanc opinionem eſſe ueriorẽ, ut hodie Ordinarij poſſint omnes cauſas confidentiales cognoſcere,& per ſententiam diffinitiuã terminare,prçterquam pendentes tunc temporis. Et contra Epiſcopos,& Cardinales,& de Eccleſijs, & Monaſterijs Conſiſtorialibus, in quibus poterunt inquirere,& formare proceſſum,illoſque tranſmittere ad Sedem Apoſtolicam.

Non obſtant in contrarium allegata. Nam ad primum,de Conſtitueione 52.Pij V.iam reſpondimus, illam eſſe relaxatam per Conſtitutionem 87. dantem certam formam,& regulam,unde hæc, & non illa attendenda eſt,ſicut in ſimili . Idem Pius V.ſuſpendit per Conſtitutionem 42.facultatẽ Ordinariorum admittendi reſignationes beneficiorũ, per Conſtitutionem 58.relaxãt huiuſmodi ſuſpenſionem datis quibuſdam regulis,vt late expl caui in tractatu,de reſig.benef.lib.5.q.6.

Non obſt.ſecundũ de Conſtitutione Pij V. 158. Nam uel reſpondetur,huiuſmodi Bullam ~~eſſe~~ ante riorem dicta Conſtitutione,87.eiuſdem Pij V.ideſt ante factam ,& publicatam, quamuis in ordine ipſarum Conſtitutionum ſit poſterior, quod factũ fuit inertia, & ignorantia illius,qui ordinauit compilationem,& frequenter experimur in alijs Conſtitutionibus,idque comprobatur,quia dicta Conſtitutio.158.non habet datam in fine, neque publicationem,cum ſit ſimplex Motus proprius.Ideo
34 ad euitandam correctionem,&†contrarietatem legum,hic intellectus recipiendus erit,l. præcipimus, C.de appe.l.prima,C.de inoff. dot. uel etiam dicimus,eſto quod ſit poſterior loqui reſpectu aliorũ iudicum,non tamen ordinariorum. Vel poſtremo reſpondemus, per eam non derogari iuriſdictioni ordinariorum,cum nihil de hoc ibi dicatur,& tamẽ
* communis*eſt concluſio,requiri in hoc derogationem particularem,cum poteſtas Ordinariorum ſit fauorabilis,& Conſtitutio loquatur in caſu odioſo,
35 unde†quatenus ſonat,& exprimit intelligẽda,Dyn. in reg.odia,de reg.iur.in 6.

Poteſt inſuper dici,quod Pius V. ibi committit cauſas, quas ſibi reſeruauit, præter relaxationem factam Ordinarijs,vt intelligatur,quantum minus, poteſt derogatum iuriſdictioni ipſorum.

Non obſtat tertio,Conſtitutio Sixti V.Nam reſpondetur,illam Conſtitutionem referre dictas Cõ
36 ſtitutiones Pij V.†& ſecundum illas erit intelligenda,l.aſſe toto,ff.de hęred.Inſtit.not.in l.ſi ita ſcripſero,ff.de cond.& demonſtr.& in authen.ſi quis in aliquo documento,C.de edend.Nam relatum cen
37 ſetur eſſe in referente cum eiſdem†qualitatibus, de quibus in relato,Dec.conſi.47.num. primo, Pariſ. conſil.21.num.39.uolum.3.Et relatio nunquam cẽſetur facta ad ea,quæ,ſi fieret,diſpoſitio redderetur
38 †inutilis,vel contineret repugnantia, l. cum uulgari,ff.de dot.præleg.l.ultim.in fin.Cod.de fideicom. libert.Bartol.in leg.prima,§.hoc edicto,ff.de poſtula.& in leg.talis ſcriptura,§.vltim.ff. de leg. primo, Gozadin.conſilio 87.numero 19.Cardin.Pariſ.conſil.41.numero 65.uolum.2.ſicuti generalis diſpoſi
39 ſitio nunquam refertur†ad contraria, & prohibita, ac inutilia,l.Quamquam,ff.de ritu.nupt.capitulo a nobis,de ſent ent.excommunica.capitul. primo, de iur.iur.libro 6.Bartol.in leg.ſi quis ſub conditione, in fine,ff.de condit.inſtitut. Bald. in leg. vltim. §. in computatione,C.de iur.deliberand. Iaſon. in le. filius a patre,§.vltim.in ſecundo,not.ff.de liberis,& poſthum. Deputatio enim iudicis facta per Pium Quintum,dicta Conſtitutione 158. & per Sixtum Quintum præfata Conſtitutione,51. debet intelli
40 gi,ut alteri ius,†& præiudicium non inferat, leg. ſecunda,§.quod ſi a Principe,ff.ne quid in loc.pubilc. cap.ſuggeſtum,de decim.cap cum dilectus,de conſuetud.cap.dudum,de priuil.

* Et communis*eſt concluſio,iuriſdictionem†vni
41 particulariter conceſſam non intelligi priuatiue, quoad habentem eam,ſed cumulatiue, leg. vltim. C.de iuriſdict.omnium iudic. leg. in ſacris ſcrinijs, la tertia,C.de prox.ſacr.ſcrin.libro duodecimo. le. prima,C.Quando Imper.inter pupill.& uidua.uel miſer.perſon.cognoſcen.leg.prima,C. de off.præfect.urb.capit. cum ab eccleſiarum,cap.irrefragabili,§.exceſſus,de offic.ordin.capitul.ut debitus,de appellatio. Roman.conſilio 393. numero tertio, Aretin.conſilio 102.numero primo, & ſecundo, Ancharan.conſilio,164.numero quinto. Riminal. iunior conſilio 164.numero 5.in fin. Barbat.in capitul.2.de offic.delegat.Ideo conſuetudo etiam ita
42 interpretatur, ut per eam acquiratur † iuriſdictio cumulatiue,& non priuatiue, ut latiſſime deducit
* Felin.in capitu.paſtoralis,numero 2.de offic. ordina.Et regulare eſt,ac ab omnibus * approbatum, vt per iuriſdictionem,ac poteſtatem in ſpecie alte
43 ri à Principe conceſſam † iuriſdictioni Ordinarij derogatum non cenſeri,ſed eam accumulatiue tantum traditam iudicari,Dec.conſilio tertio,numero tertio,& conſilio 542.numero ſeptimo, Grat.conſil.71.numero ſecundo,& 26.libro 2.Ruin. conſil. 7.numero58.uolum.quarto.Berous. conſil. 22.numero 25.& ſequent.uolum.primo,Ferrett.conſilio 142.numero 14.Roland.à Vall.conſilio 48.numero 25.uolum.2.Couarr.in capitul.alma mater,part.
** prima,§.ultim.numero 3.de ſentent.excommunic. libro 6. & alij de maggis * * communi atteſtantur Aretin.conſil.102.Burſat.conſil. 391. numero 15.
44 uolum.4.Quod ampliatur etiam ſi ſit†conceſſa per dictionem taxatiuam Tiber.Decian.conſil.35.numero 59.uolum.2.& conſilio 118.numero 21.22. cum ſequen.colum.3.& ita iudicandum,eſt in iuriſdictione competente inferioribus Prælatis in ali
* qua Diœceſi docet Ruin.dicto conſilio 7. numero 6.qui dicit hanc*communem.Dec. in capitul. cæterum numero 5.de iud.Couar.d.§.ultim. nume.3. Iaſ.in l.quod rerum,§.ſi quis poſt, nume.9.ff.de lega.1.late Felin.dicto cap.paſtoralis, de offic. delega. Grammat. uot. 28. numero 4. & 6. Riminald. ſen.conſil.373.Riminal.Iun.in §.primo,num.178. Inſtitu.de act.Et ita alias conſului in quadam Mar
45 ſican.Ideo Ciuitati,quæ poteſt cognoſcere†de dãnis datis non derogatur per deputationẽ alterius officialis ſuper hoc in ſpecie factam,Bened.de Plũbi.& Bal.in l.Thais,§.ult.ff.de fideic.libert. Barba. in c.2.nu.33.de off.dele.Ancha.conſ.153.incip. de iurib.& efficacia. Hinc ex ſpãli deputatione vnius
46 viſitatoris quibuſdam religionis facta†non prohibetur Epiſcopus,quoque uiſitare,Anch.in cap.tibi qui de reſcr.lib.6.Barbat.d.cap.2.num.37.

Et ita in puncto iuris concluderem.R. P. Dominus Auditor confidentiarũ prætendit contrariã ſententiam eſſe ueriorem,ſcilicet, nullum iudicem

præter



præter ipſum poſſe cognoſcere, & decidere has cauſas, & quod ſolitus eſt inhibere omnibus Epiſcopis,& Rotæ Auditoribus,ac alijs Iudicibus, & ita mihi retulit. Ego autem,reſpectu ſacræ Rotæ Auditorum, & aliorum Iudicum Romæ exiſtentium,ſum in ſua ſententia,reſpectu autem Ordinariorum,ſecus,per ſupradicta,& ratio differentiæ inter Epiſcopos,& Iudices urbis,hæc eſt: Quia Pius V.d.Conſtitutione 87.relaxauit quoad Epiſcopos, vt patet per uerba ſupra relata: Ergo, quoad alios remanet auocatio,& reſeruatio,§.Affinitatis, Inſtitu.de nupt.

Nec omittam referre,quod. uidi aliquas ſententias quorundam Vicariorum priuantium quoſdam ob confidentiam commiſſam, & ab una ipſarum, cum fuiſſet appellatum,locumtenẽs criminalis Auditoris cameræ abſoluit condemnatum.

47 Non negabo tamen, ut plurimum, † has cauſas in urbe tractari coram dicto iudice deputato, tum ob præfatam deputationem,tum etiam, quia cũ impetrentur à Papa beneficia,in quibus commiſſa eſt confidentia,Romæ ſolet incipi cauſa ob faciliorem expeditionem,& uſus obtinuit,ut,quoties cauſa eſt
48 grauis,Papa ad inſtantiam partis det Auditori†confidentiarum in ea cauſa adiunctum aliquem Iudicem,vel unum ex Auditoribus Rotæ,qui iuxta ſtylum Rotę,ſolet communicare dubium in plena Rota,& a DD.habere uotum,quo facto dictus Auditor deuenit ad ſententiam,iuxta mentem Rotæ.

## SVMMARIVM.

1 *Quomodo proceditur in iudicio confidentiarum.*
2 *Litteræ pro ſumendis indicijs in crimine confidentiæ, quomodo fiant.*
3 *Monitorium ad comparendum in crimine confidentiæ,quomodo expediatur.*
4 *Sequeſtrum in cauſis confidentiæ,quomodo fiat.*
5 *Sequeſtrum,quando,& quomodo detur.*
6 *Forma ſententiæ condemnatoriæ in crimine confidentiæ.*
7 *Forma ſententiæ abſolutorię.*

## QVAESTIO LXXX.

De modo procedendi in crimine confidentiæ,quomodo ſumitur informatio,fit citatio ad comparendũ, ſequeſtrum,& datur ſententia abſolutoria,vel condemnatoria.

OCtuageſimo Quæro,quomodo Iudex Confi
* dentiarum procedat in his cauſis?Stylus*eſt, quod volens impetrare aliquod Beneficium, ſuper
1 quo commiſſa fuit confidentia, porrigit† ſupplicationem R.P.D.Datario,& facit inſtantiam penes iudicem confidentiarum,a quo,conſtito ſibi de aliquo fumo confidentię admiſſæ,ſolent concedi litteræ pro ſumendis indicijs:quibus receptis, ſi in aliquo modo conſtat,expeditur mandatum ad perſonaliter comparendum,& poſtea datur ſequeſtrum, ſi adeſt cauſa,& demum cauſa uentilatur,ac diſputatur,& ſolet dari adiunctus per S.D. N. uel Auditor Rotę,uel aliquis Prelatus,& ſeruatis de iure ſeruandis,fertur ſententia abſolutoria, uel condemnatoria,& pro totali informatione nouitiorum placuit nobis hic inſerere formulas litterarum pro ſumendis indicijs,pro comparitione perſonali, & pro ſequeſtro ac formulas ſententiæ abſolutoriæ,& condemnatoriæ,quas omnes habui à R.P.D.Lęlio Currus aureo V. I. D.integro iudice ad pręſens confidentiarum.

*Die 20. Martij 1592.*
*Taruiſin. Confiden.*

Litterę pro ſumendis indicijs.

1 LAelius†Curruſaureus,&c. Admodum R.P.D. N.N.N.& eorum alteri ſalutem in Domino, & noſtris huiuſmodi,immo uerius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis.Noueritis,qualiter fel. rec. Sixtus Papa V.omnes,& ſingulas cauſas confidentiales nobis commiſit uiden.nec non literas,ſeu cõſtitutiones per fel.rec.Pium IIII.& Pium Papã V. ſuper confidẽtijs beneficialib.editas ſummarie,ſimpliciter,& de plano,& manu Regia,quacunque appellatione, & alias de iure admiſſibili reiecta , & poſtpoſita,plenarie,& totaliter exequen. & executioni mandan.& nos ad vniuerſas cauſas in iudicẽ, ſeu Auditorem generalem deputauit,aliaque fecit, prout in ſuis deſuper ſub plumbo expeditis literis plenius continetur,poſt quas comparuit corã nobis magnificus,& Excellens Do. Natalis Rondeninus V.I.D.ſanctiſſimi D.N.Papæ,& R.Cameræ Apoſtolicæ Procurator fiſcalis generalis, quærelanter exponens,ad eius aures perueniſſe, qualiter R.D. N.olim prouiſus de Beneficio magnę manſionarię S.Vitalis nuncupat.in Eccleſia Taruiſin.confidẽter illud reſignauit ad fauorem R.D.M. ſibi ſanguine coniuncti cum pactis,& conuentionib. infraſcriptis,uidelicet quod dictus D.M.reſignans poſſit omnes fructus dicti beneficij percipere,& in ſuos uſus conuertere pro'ut illos poſt dictam reſignationem percepit,et qui in eius propria domo ipſum Re.D. M.reſignatarium retineret,et illi uictum ſubminiſtraret,prout illum retinuit,et uictum ſubminiſtrauit,et non nullas alias pactiones confidentiarias, ſimoniacam prauitatem ſapientes,inter eos ſuper dicto beneficio fecerunt,ſententias,cenſuras, et pœnas tam a ſacris Canonibus promulgatas, quam in literis Apoſtolicis fel.rec.dictorum ſummorũ Pontificum Pij IIII.& Pij V.ſuper confidentijs beneficialibus emanatis contentas,temere, et damnabiliter incurren.ut autem prædictę probationes habeãtur,et deſuper procedi poſſit,pro parte dicti D.Procuratoris Fiſcalis inſtãter requiſiti. Nos Lęlius Auditor antedictus, attenden. requiſitionem hmõi fore iuſtam,et rõni conſonam,et quod iuſta petẽti nõ eſt denegan.aſſenſus,attento,quod ſuper premiſſis ex parte eiuſdem D.Procuratoris Fiſcalis aliqua informatio data extitit,Vobis D.D.N.N.N.et ueſtrũ cuiuſlibet,inſolidum, de ueſtra fide,prudentia,et integritatte confiſi,ad infraſcripta peragend. eligen. duximus.Idcirco,auctoritate Apoſtolica,nobis cõceſſa,et qua fungimur,in hac parte,et in uirtute Sanctæ obedientię,et ſub mille ducatorũ auri de Camera eidẽ,Camerę Apoſtolicæ applic.et pro ill iſmãdati executiui ac in iuris ſubſidium excommunicationis,quorumcunque beneficiorum,alijſque Eccleſiaſticis ſententijs,cenſuris,et pœnis per nos imponen.et augendis,ſtatim uiſis,et receptis,præſentibus,et poſtquam pręſentium uigore requiſiti fueritis pro eiuſdẽ d.Procuratoris fiſcalis parte accedẽdo propterea,quo fuerit accedendum quoſcunque

teſtes,qui coram uobis inducti fuerint ſuper præmiſſis,ac alijs articulis forſan coram uobis pro parte eiuſdem D.Procuratoris fiſcalis exhibendis,medijs eorum iuramentis,in manibus ueſtris præſtandis,ſecrete,& diligenter,ac etiam,ſi opus fuerit,citatis præfatis N.& M.& quibuſcunque intereſſe habẽtibus examinetis,ſeu per ueſtrum fidum,& legalem notarium examinari faciatis,ac ab eiſdem ſupradictis teſtibus,quomodolibet inductis eorum dicta fideliter recipiatis,& illos examini ſe ſubijcere cogatis,& compellatis,ſub pœnis,& cenſuris arbitrio veſtro imponendis,eorumque dicta,& diſpoſitiones, poſtquam in ſcriptis redacta fuerint,& quæcunque Inſtrumenta proceſſus,iura,& munimenta,& alias cuiuſcunque generis ſcripturas probationum, & informationum genera premiſſorum,ſeu eorum aliqua quomodolibet concernentia coram uobis pro eiuſdem D.Procuratoris fiſcalis parte producta recipiatis,& admittatis, & de omnibus fieri, claudique,ueſtro ſigillo ſigillari faciatis,& ad nos quanto citius ſecrete,& fideliter tranſmittatis. Teſtes uero,qui ſe examini ſubijcere,& Notarios cæteraſque quaſcumque perſonas,quæ ſcripturas, & informationes dare recuſauerint, ſeu diſtulerint, per oportuna iuris,& facti remedia,& legitimis habitis proceſſibus per cenſuras Eccleſiaſticas, & pœnas pecuniarias arbitrio ueſtro imponen.& applican.ſeruata forma à Conc.Trid. præſcripta, appellatione poſtpoſita,cogatis,& compellatis in his uos taliter habentes,qui nota contemptus,ſiue contumelię vobis nullatenus adſcribatur.in Quorum &c.

*Die 20 Mensis Martij 1592.*

REuerendus magnificus & Excellens D. Natalis Rondeninus,Procurator Fiſcalis generalis, citra,ſponte,ac omni meliori modo ſubſtituit Do. Dionyſium N.In Ciuitate Taruiſin. commorantẽ, abſentem,ita tamen,ſpecialiter, & expreſſe ad ipſius magnifici D.Procuratoris Fiſcalis nomine, & pro eo retroſcriptas literas Commiſſoriales exequen.& ſuæ debite executioni demandari peten.& obtinen.& omnes actus circa id neceſſarios,& oportunos facien.& generaliter transferen. Proteſtans, & ſuper quibus &c.Actum Romæ,in Domo ſolitę habit.eiuſdem magnifici D. Procuratoris Fiſcalis, præſentibus ibidem N.teſtibus &c.

*Die 12. Mensis Februarij 1592.*
*Aretin.Plebaniæ.*

Monitorium ad legitime comparendum.

3 LAelius†Curruſaureus &c. Vniuerſis,ſalutem in Domino,& noſtris huiuſmodi,immo uerius, Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis, qualiter fel.rec.Sixtus Papa V. omnes,& ſingulas cauſas nobis commiſit uiden.nec non literas ſeu cõſtitutiones per fel.rec.Pium Papam IIII. & Pium Papam V.ſuper Confidentijs beneficialibus editas ſummarie, & ad nos Vniuerſas Confidentiarum cauſas huiuſmodi,ut præfertur, audiendas,in iudicem,& Auditorem generalem deputauit, aliaque voluit,fecit,& decreuit, prout in ſuis de ſuper ſub plumbo expeditis literis ſub Dat.Romæ Anno Incarnationis Dominicæ 1586. Calend. Nouembr. Pontificatus ſui anno 2.plenius continetur, quas quidem literas hic breuitatis cauſa inſeri omiſimus. Poſt hæc, comparuit coram nobis magn. & Exc. Dominus Rondeninus,V.I.D.S.D.N.Papæ,& R. C.Apoſtolicæ Procurator Fiſcalis generalis,querelanter exponens,ad eius aures perueniſſe, qualiter de anno 1590.& menſe Auguſti D.N.olim Plebanus Plebaniæ Sancti N.Dioceſis N. reſignauit dictam Plebaniam ad fauorem D.M. cum pacto qđ dictus D.N.poſſet exigere fructus illos annorum, 1591.& 1592.& quod dictus M.teneretur ſuis impenſis expedire Bullas tam reſignationis,quã penſionis ſcutorum ducẽtorum auri in aureo ipſi D.N. reſeruatæ prout iam dictus N.fructus Anni præteriti exegit poſt dictam reſignationem, & nonnullas alias pactiones Confidentiarias,ſimoniacã prauitatem ſapien.tam ſuper dicta plebania, & illius fructibus,redditibus,& prouentibus,quam ſuper dicta prætenſa penſione,inter eos fecerunt ſententias cenſuras,& pœnas, tam a ſacris Canonibus promulgatas,quam in literis Apoſtolicis Fel.rec.Pij IIII.& Pij V. ſuper Confidentijs beneficialibus emanatis contentas temere,& damnabiliter incurrendas, &, qui talia facere ſuaſerit,debitas luant pœnas,ne,illorum caſtigatione omiſſa,ſimilia,uel peiora facere pſumant quare,pro eiuſdem D.Procuratoris Fiſcalis parte,inſtanter requiſiti,diſcretioni ueſtræ, & cuiuſlibet ueſtrum,tenore præſentiũ, committimus, & mandamus, quatenus, receptis præſentibus, & poſtquam pro parte ſupradicti D.Procuratoris Fiſcalis præſentium uigore fueritis requiſiti, moneatis,& requiratis primo,ſecundo,& tertio,& peremptore dictum Dominum N.ex aduerſo principalẽ, eidemque præcipiatis,& mandetis,quibus nos etiã tenore præſentium,pręcipimus,& mandamus,quatenus infra triginta dies poſt præſentium præſentationem eis faciendam,quorum triginta dierum,decem pro primo,decem pro ſecundo,decem pro tertio,& peremptorio terminis, & monitione Canonica aſſignamus,& uos eidem aſſignetis ſub priuatione omnium,& ſingulorum beneficiorum Eccleſiaſticorum,& officiorum,ac penſionum annuarũ, quæ,& quas in eius perſona obtinet,& habet, & pſertim dictæ plebaniæ, & ſupradictæ penſionis inhabilitatis ad illas, & alia quæcunque beneficia in poſterum obtinenda,Confiſcatorumque criminis, confidentialis ſimoniæ huiuſmodi perpetuæ infamiæ, & mille ducatorum auri eidem R. Cameræ Apoſtolicę applica.& pro illis mãdatis executiui,& in ſubſidium excommunicationis alijſque Eccleſiaſticis ſententijs,cenſuris,& pœnis legitime debeat Romæ coram nobis ad ſe a præmiſſis criminibus, exceſſibus,& delictis excuſandum, & defendendũ, & cum dicto D.Procuratore Fiſcali tam ſuper præmiſſis,quam pœnis,& cenſuris in præenarratis literis Apoſtolicis contentis contra tales inflictis,& pmulgatis ſtare iuri,& iudicatum ſoluere realiter, & cum effectu comparuiſſe,& comparere,&,ſi prædictus D.N.ſic monitus præmiſſa omnia, & ſingula, prout ei committitur,& mandatur,non adimpleuerit,uel adimplere recuſauerit,ſeu diſtulerit,eundem perẽptorie citari curetis,prout & nos citamus, quatenus prima,die iuridica,poſt lapſum dictorum triginta dierum,compareat Romæ legitime coram nobis ad uiden.ſententias,cenſuras, & pœnas prędictas incidiſſe, & incurriſſe declararij, & in cauſa, & cauſis prædictis ad omnes, & ſingulos actus incumbentes vſque ad ſententiam diffinitiuam, & illius execu.incluſiue proceſſuri,& procedi uiſuri,aliaqua dicturi,facturi,allegaturi,oſtenſuri,& recepturi, qđ Iuſtitia



Iuſtitia ſuadebit,& ordo dictauerit rationis, certificantes eundem N.quod,ſi in dicto citationis termino,ut præmiſſum eſt, comparere non curauerit, ſeu ſi comparuerit,& præmiſſis nõ paruerit,nos ad dictarum ſententiarum,& pœnarum incurſus declaratoriam procedemus,iuſtitia mediãte,dicti ſic moniti,& citati contumaciam in aliquo non obſtare Diem uero &c.In quorum &c.

*Die 22. Mensis Maij 1591.*
*Placentin. Pro compoſtell.*

Sequeſtrum pro ut infra.

4 LAelius Curruſaureus R.R.dd.Docto.N.Placẽtin.Prouinciæ†Compoſtellanæ, & Doctori, N.& eorum cuiuſlibet in ſolidum ſalutem in Domino,& noſtris huiuſmodi,immo uerius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis: Noueritis,qualiter Fel.rec.Sixtus Papa V.per ſuas ſub plumbo expeditas litteras omnes &,ſingulas cauſas confidentiarũ, beneficialium tam motas,& pendentes,quam in futurum mouen.quomodolibet inter quaſuis perſonas nobis commiſit uiden.audien.deciden. & ſine debito terminan.nec non literas,ſeu conſtitutiones per Fel.rec.Pium IIII.& Pium V.ſuper confidentijs beneficialibus editas ſummarie, ſimpliciter, & de plano,& manu Regia,quaçunque appellatione, etiam de iure admiſſibili,recepta, & poſtpoſita plenarie, & totaliter,exequi uoluit, noſque in Iudicẽ, & Auditorem generalem deputauit, aliaque fecit, pro ut in ſuis deſuper ſub plumbo expeditis literis plenius continetur.Pro parte autem, & ad Inſtantiam magnifici D.Io.Iacobi Panici ſanctiſſimi D. N.Papæ,& Reuer.Camerę Apoſtolicæ Procuratoris Fiſcalis generalis, fuit coram nobis introducta lis,& cauſa contra R.R.dd.N.nullius dioc.& N.de, & ſuper confidentia commiſſa,& pactionibus confidentiarijs,Simoniacam prauitatem ſapien.fact.inter ipſos N.& N.de & ſuper annua penſione ducatorum mille,& ſeptingentorum auri in auro impoſita ſuper fructibus,redditibus, & forſan diſtributionibus,quotidianis Decanatus Eccleſiæ Placentin. Prouinciæ Compoſtellanæ ſub conditione dandi ſingulo anno eidem N.ducatos quingentos aurei,& ad effectum illos exigendi procuratorem irreuocabilem,ut in rem propriam,ipſe N.eundem N. conſtituit in dicto Simoniam committendo,de quibus omnibus in actis noſtri infraſcripti Notarij conſtat,Decretoque per nos contra eoſdem N.& N.p parte eiuſdem D. Procuratoris Fiſcalis monitorio extra Rom.curiam,& ad partes legitime comparen.& ſe ſuper præmiſſis expurgan. prout in dicto monitorio continetur,pro parte eiuſdem Domini Procuratoris Fiſcalis fuimus inſtanter requiſiti,quatenus ſtantibus,præmiſſis,ac nullitate dictę Procuræ,& Penſionis factæ per d.N.infraſcriptum,ſequeſtrum decernere,& relaxare dignaremur. Nos igitur,attendentes requiſitionem huiuſmodi fore iuſtam,& rationi conſonam, quodque iuſta petenti non eſt denegan.aſſenſus,maxime ſtante,quod huiuſmodi lite pendente non uidetur honeſtum, qđ D.N.ac alias illicitas pactiones prædictas vlterius exequatur ſequeſtrum prædictum decernendũ, & relaxandum duximus, prout decernimus, & relaxamus per pręſentes,quo circa uobis R. R. dd. Doctoribus N.& N.prædictis,& ueſtrum cuiuſlibet in ſolidum in uirtute ſanctæ obedientiæ committimus,& mandamus,quatenus ſtatim uiſis præſentibus,& poſtquam uigore præſentium fueritis requiſiti,ſeu alter ueſtrum fuerit requiſitus,ex parte noſtra,immo uerius Apoſtolica auctoritate,omnes & ſingulos fructus,redditus,& prouentus decimales beneficij ſimplicis loci ſeu oppidi de locis, quos ipſe N.exigere prętendit,& a prędicto N.poſſeſſi p quaſuis perſonas hactenus debitos, & in futurũ deben.& ſoluen.reſpectiue penes, & apud quoſcunque eos ſoluere deben.exiſten.a debitoribus prædicti beneficij ſimplicis,loci,ſeu oppidi locos,quibuſcunque non obſtantibus, auctoritate Apoſtolica, exigatis,& recuperetis,dictoſque omnes reſpectiue fructus,redditus,prouentus,decimales beneficij, ſimplicis prædicti poſtquam recuperati fuerint penes Vos,ſeu alterum ueſtrum, aut aliam perſonam fide,& facultatibus idoneam per uos eligendam deponatis,ſeu deponi faciatis,illoſque ſub firmo,ualido,& arcto ſequeſtro teneatis,& cuſtodiatis nemini,conſingnan.uel relaxan.ſine ſpeciali, & expreſſa noſtra ordinatione, & quoſcunque contradictores dictos fructus ſoluere tradere,& cõſignare recuſan. uel differen.per oportuna iuris,& facti remedia legitimis habitis proceſſibus per pœnas pecuniarias, arbitrio noſtro imponen.& applican. & in iuris ſubſidium excõicationis ſeruato ordine a Cõc.Trid.pręſcripto ẽt per cenſuras Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita cogatis,& cõpellatis,ac cogi & compelli faciatis,& mandetis in præmiſſis in Quorum, &c.

Aduertendum tamen eſt Iudicem nõ debere deuenire ad ſequeſtrationem fructuum de facili, ſed
5 cum cauſa magna,&†ſummaria cognitione cauſæ, Bald.in l fideiuſſor.§.ult.ff.qui ſatiſ.cog.& le. 1. C. pe ſeq.pec.Abb.in c.dilectus in fin.de ſeque.poſſeſ. Berous in c. quoniam contra num.157.de probat: cum alijs,ut per Burſat.conſ.423.num.1.nam regulariter ſequeſtrum,eſt prohibitum,& de genere pbibitorum a lege,rub.l.1.& toto,tit.ff.C.de prohibita ſequeſtratione,cum alijs,ut per Soc.Iun.conſi. 68.num.165.& eſt admodum odioſum, & propterea frequenter reuocatur,vt habetur,deciſ.97.num. 1.lib.2.& deciſ.29.lib.3.& multoties annullatur ex cauſis,vt per Dec.conſi.366.num.13.Fel.in ca.examinata de iud.Viuius com. opin. uerbo ſequeſtrũ. Iacob.Nouell.regu.199.idque præſertim in prima inſtantia in qua pars grauanda non eſt ſequeſtro, vt habetur dec.634.num.4.lib.3.Deciſ.Thol. 477. Pariſ.conſ.41.num.45.& ſeq.uol.1.Natt. cõſ. 584. Craue.conſ.272.num.13.Berous conſ.116.num.6. lib.3.Dari igitur debet cum adeſt cauſa legitima,& non alias,ut per Doctores.in cap.2.de ſequeſtr.poſſeſſ.& cauſas dandi ſequeſtrum ponit Salice. in l.1. & ibi late Curt.Sen.in ſecundo,notab.C.de ſequeſtr.prohibit.pecun.& eo caſu ob cauſam cum cautione relaxari debet,vt habetur deciſ.16.numer. 2. libro primo,& ſtylus hoc etiam admittit.Et quando ex officio iudex poſſit apponere ſequeſtrum, vide Caſſador.deciſ.tertia,de reſtitut.ſpol.in fin.& habes in deciſio.469.numero 4.& quęſtio.lib. 3.in impreſſ.nouiter.Et in hoc prud ens iudex dębet eſſe circumſpectus.

*Sententia condemnatoria.*

6 CHriſti nomine inuocato &c.Pro Tribunali Seden.& Deum ſolum præ oculis haben. †per hanc

hanc noſtram, ſententiam diffinitiuam, quam de
Voto Reuerend. Domini Marci Antonij Epiſcopi
Sorani Vicegerentis Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſi
mi D. Cardinalis Vicarij de conſenſu partium per
nos deputati uirtute memorialium S. D. N. Papæ
tranſmiſſorum, & iuris peritorum conſilio ferimus
in his ſcriptis in cā, in cauſis corā nobis in prima, uel
alia ueriori uerten. inſtantia inter magnificum &
Ecc. D. Io. Iacobum Nerottum S. D. N. Papæ, & R.
Cameræ Apoſtolicæ Procuratorem fiſcalem, & R.
D. N. illi pro omni ſuo iure, & intereſſe adhæren. ex
una, nec non D. N. præsbyterum reum conuentum
& proceſſatum de & ſuper crimine ſimoniæ, & con
fidentiæ per ipſum N. commiſſe cum quodam N. in
reſignatione Parochialis Eccleſiæ ad eiuſdem N. fa
uorem alias facta rebuſq; aliis in actis cauſæ, & cau
ſarum hmōi latius deductis, & expreſſis, ac illorum
occaſione partibus ex altera dicimus, pronūciamus,
diffinitiue ſententiamus, decernimus, & decla-
ramus dictum N. reum conuentum dicto Crimine
Simoniæ, ſeu confidentiæ repertum culpabilem, &
de iure punibilē, & incidiſſe in pœnas, ſententias, &
cenſuras in Bullis fel. rec. Pii Papæ IIII. & Pii Papæ
V. ſuper Simonijs & Confidentijs editis contentas
& inflictas dictumque beneficium a die commiſſæ
Confidentiæ uacauiſſe, & uacare, & illius prouiſio-
nem ad Sedem Apoſtolicam, etiam priuatiue, quo
ad omnes ſpectare, & pertinere omneſque, & ſingu
los fructus ab eodem a dicta die commiſſæ Confi-
dentiæ citra perceptos, ad R. Cameram deuolutos,
dictoque N. ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis p̄-
petuum ſilentium imponen. fore, & eſſe, pro ut in
ponimus eundēque in expenſis coram nobis legiti-
me factis condemnamus, quorum fructuum liquida
tionem, & expenſarum taxationem, mandati execu
tiui relaxationem, ac totalem executionē huiuſmo-
di noſtræ ſententiæ nobis impoſterum reſeruamus
& ita dicimus ſententiamus, & pronunciamus nō
ſolum modo p̄dicto, ſed alio oī meliori modo, &c.

Ita pronunciaui Ego Lelius Curruſaureus. Audi-
ditor, de Voto ſupradicti Reuerendiſſi Domini
Marci Antonij Epiſcopi Sorani Viceſgerentis &c.

*Sententia abſolutoria.*

CHriſti nomine inuocato Pro tribunali ſeden.
7 & ſolum Deum præ oculis habent. † Per hanc
noſtram diffinitiuam ſententiam quam de iuris pe
ritorum conſilio ferimus in his ſcriptis in cauſa, &
cauſis coram nobis Inter magnificum D. Io. Iaco-
bum Nerottum S. D. N. Papæ & R. Cameræ Apo-
ſtolicæ Procuratorem Fiſcalem ac R. D. Franciſcū
N. Inſtigatorem ſeu quærelantem ex una, & Nob.
uirum R. D. Paulum N. reum conuentum & ſe de-
fendentem de & ſuper prætenſo Crimine confiden
tiæ ut pretendebatur commiſſo, et perpetrato in-
ter predictum D. Paulum & qu. d. Bernardinum N.
occaſione reſignationis perpetuæ cappellaniæ ſitæ
in Eccleſia Sācti Antonii de Carnario Portus Nao
niæ Concordien. dioc. ac perpetui ſimplicis benefi
cii Eccleſiaſtici Clericatus nuncupati in Parochia-
li loci de Conclada Paduanæ dioc. alias per D. Ber
nardinum in fauorem prædicti. Pauli factę & per
fel. rec. Iulium Papam tertium, admiſſę, rebuſque a-
liis in actis, & proceſſu cauſæ, & cauſarum huiuſmo
di latius deductis, eorum occaſione, partibus ex alte
ra, dicimus pronunciamus, ſententiamus, et declara
mus prædictum D. Paulum non repertū culpabilē,
neque de iure punibilem, propterea ipſum fore libe
ran. & abſoluen. pro ut abſoluimus, & liberamus, &
pro abſoluto, & liberato haberi uolumus, & manda
mus a prædicta querela, ſeu imputatione Confiden
tię, & in futurum hac de cauſa non poſſe nec de-
bere amplius moleſtari, & proceſſum, inquiſitionē
quærelam, fideiuſſionis ſequeſtra, & acta quæcunq;
contra ipſum facta & reſpectiue emanata cum om
nibus inde ſequutis fore, & eſſe caſſan. circūduc.
abolen. & irritan. prout caſſamus, circumducimus
& abolemus, ac irritamus, & pro caſſatis, & circum-
ductis abolitis & irritatis haberi uolumus, & manda
mus, appoſitiones, perturbationes, uexationes, quæ-
relas. inquiſitiones, & impedimenta quæcunque de
& ſuper præmiſſis dicto D. Paulo factas, & illatas fa
cta, & illata fuiſſe, & eſſe temerarias, illicitas, ini-
quas, indebitas, & iniuſtas, temeraria que, illicita, ini
qua, indebita, & iniuſta, ac de facto præſumptas, ac
præſumpta, illaſque & illa predictis d. Fiſcali, & Frā
ciſco minime facere licuiſſe, nec licere, & propter
ea de & ſuper illis, & aliis prædictis perpetuum ſilē
tium imponen. fore, & eſſe: pro ut imponimus om-
ni meliori modo, &c.

Ita pronunciaui. Ego Lælius Curruſaureus Au-
ditor &c.

*SVMMARIVM.*

1 *Verba conſtitutionis Pii IIII. ſuper confidentiis.*
2 *Conſtitutio Pii IV. ſuper confidentiis quomodo eſt compilata in ſeptimo libro Decretalium.*
3 *Verba conſtitutionis Pii V. ſuper confidentiis.*
4 *Sepe fuit tractatum de moderanda hac conſtitutione.*
5 *Compilatio huius conſtitutionis in ſettimo libro Decretalium.*
6 *Sripta ſunt ſubmittenda correctioni Sedis Apoſtolicæ.*

## QVAESTIO LXXXI. ET VLTIMA.

Ponuntur uerba extrau. Pij IIII. & Pij V. & earum re
formatio.

ET, quia ſupra in quæſtione ſeptima erant po-
nenda uerba Conſt. Pij IV. & Pij V. et fuerunt
omiſſa, ideo, pro commoditate habentium hunc li
brum, placuit in calce huius operis uerba ipſarum
hic inſerere; dicta Conſtitutio Pii Quart. in Bul-
1 lario eſt in ordine 109. cuius hęc ſunt verba † Ro-
manum Pontificem in excelſa militantis Eccleſiæ
ſpecula conſtitutum, uigiles mentis oculos, non ſo-
lum in abſentium extendere ſed potiſſimum in p̄-
ſentium, domeſticorumque fratrum et filiorum ſuo
rum mores diligenter perſcrutandos aliquando re-
flectere, ac eos præſertim quos in Apoſtolicæ ſollici
tudinis partem euocauit Altiſſimus, ne dum ab om
ni pactionis illicitæ contagione uerum etiam ab
eius omnimoda ſuſpicione uacuos, et immunes cō-
ſeruare decet, ut qui cœteros illuſtris officii ſublimi
tate antecellunt, eoſdem priſco etiam illa morum
integritate præſtare dignoſcantur, Sane, licet dudū,
cum certā ſimoniacæ prauitatis ſpeciem, quam be-
neficiorum confidentiam uocant, etiam Rom. Cur.
atque. adeo in ſacrum ven. fratrem noſtrum S. R. E.
Car-



Cardinalium Collegium, quaſi per cuniculos irre-
pſiſſe, ac nonuullos ex ipſis fratribus nimia quadam
facilitate, ſeu potius importunis amicorum familia
riumque precibus adductos, beneficia Eccleſiaſtica
in confidentiam huiuſmodi recepiſſe, & frequenter
recipere intelleximus, hanc illicitam beneficentiæ
exercendę, ſeu amicitiæ colendę uiam, a tanto ſaltē
Collegio prorſus eliminare cupientes, eoſdem fra-
tres in conſiſtorio noſtro ſecreto, non ſemel admo
nuerimus, huic aliena beneficia cuſtodiendi modo
ne aſſueſcerent, ne ue illa hoc pacto reciperent, utq;
ſic recepta admitterent, nihilominus nuper ad au-
res noſtras peruenit eorum aliquos, monitionis no-
ſtræ immo potius ſuimet oblitos, ea, quæ cuſtodien
da receperant beneficia, nondum tamen dimiſiſſe,
Et inſuper illos, & non nullos alios etiam Patriar-
chas, Archiepiſcopos, & alios Epiſcopos, ac etiam
Camerę Apoſtolicę Clericos, Eccleſias, Monaſte-
ria, dignitates, & alia beneficia huiuſmodi in ſui fa
uorem reſignata, ceſſa, uel alias dimiſſa, acceptaſſe,
aut de illis per obitum uel alias uacantibus, a nobis
& prædeceſſoribus noſtris, ſeu etiam ab ordinariis
& aliis inferioribus collatoribus, etiam ad patrono-
rum præſentationem ad alterius commodum ſibi
prouideri obtinuiſſe, illaque, ac etiam alia, aliter ua-
cantia: ſibi in titulum, commendam adminiſtratio-
nem, aut alias dicta auctoritate conceſſa, quandoq;
in reſignantium, vel cedentium, ſeu etiam aliorum
fauore ceſſiſſe, uel alias dimiſiſſe ac ſibi propterea
penſiones annuas, ac fructus, redditus, & prouentus
Eccleſiarum, Monaſteriorum, dignitatum, & alio-
rum beneficiorum, huiuſmodi in toto, uel in parte
etiam aliquando cum facultate illas, & illos transfe
rendi, ac etiam collationem prouiſionem, præſenta
tionem, & aliam diſpoſitionem beneficiorum Ec-
cleſiaſticorum ad earundem Eccleſiarum, Mona-
ſteriorum, & dignitatum Prælatos pro tempore exi
ſtentes, ac alios huiuſmodi beneficia pro tempore
obtinentes pertinentium, nec non regreſſus, ſiue ac
ceſſus, & ingreſſus ad Eccleſias etiam Cathedrales
Monaſteria ac alia diuerſa beneficia Eccleſiaſtica,
ſibi reſeruari procuraſſe, & obtinuiſſe ad hoc uideli
cet, ut confidentes ſic decimarum Apoſtolicarum
uel communis dicti collegii & annatę, aliorumque
iurium dictæ Cameræ debitorum ſolutionem elu-
dant, integriſque beneficiorum, etiam in menſibus
Apoſtolicis vacantium, alias diſpoſitioni Sedis A-
poſtolicę generaliter reſeruatorum collatoribus, ac
interdum ut beneficia ipſa, tempore procedente in
aliquorum tunc forſan de iure inhabilium, & inca-
pacium, uel nondum adhuc natorum, fauorem ce-
dantur, ſeu reſignentur uel ut perſonę inhabiles, &
incapaces huiuſmodo etiam laici, penſionibus, ac
fructibus, redditibus, & prouentibus Eccleſiaſticis
fruantur & gaudeāt, ſeu potius illos, & facultate trāſ
ferendi prædicta abutantur, in animarum ſuarū pe-
riculum, & pernicioſum exemplum. Quare nos, hāc
Cardinalium eorūdem in monitionibus noſtris pa
rendo in curiam, & tā illorum, quam cęterorū Præ-
latorum, etiam Clericorum, ac aliorum quorumcū-
que indignam fallaciam conniuentibus oculis diu-
tius minime diſſimulandam, ſed huic errori, ne radi
ces altius agat, occurendum tādem eſſe cēſentes: Et,
quoniam hanc ipſorum, qui monitioni noſtræ non
parentes beneficia huiuſmodi in confidentiam, ut
præferur retinuerunt, & fructus ex eis indebite, uel
percipiendo, uel per alios nomine ſuo etiam per ſi-
mulatas illorū locationes, & fictas de receptis quie-
tantias ac donationes, & remiſſiones percipi ſinen-
do grauiter exceſſerūt Cardinalium metam potius,
ex immoderata erga ſuos indulgentia quam aliquo
præceptorum noſtrorū ſpretu proceſſiſſe facile re-
putamus, iccirco omnes, & ſingulas Eccleſias etiam
Metropolitanas, & alias Cathedrales, ac Monaſte-
ria etiam Cōſiſtorialia, Prioratus, Præpoſituras, Præ
poſitatus, Dignitates etiā maiores, & principales ēt
conuentuales, perſonatus adminiſtrationes, & offi-
cia, cæteraque beneficia Eccleſiaſtica cum cura, &
ſine cura, ſæcularia, & quorumuis ordinum regula-
ria, ēt de iure patronatus, ēt laicorū, ēt nobiliū, & illu
ſtriū, etiā ex fundatione, & dotatione exiſtentia per
eiuſdē Romanæ Eccleſiæ ēt Epiſcopos Cardinales,
& quoſcūq; alios ēt Patriarchas, Archiepiſcopos &
alios Epiſcopos, ac ēt eiuſdem Cameræ Clericos in
titulum, commendam, uel adminiſtrationem, aut a-
lios, in huiuſmodi confidentiam iure prohibitam
cuius perſonæ, ut præfertur, contemplatione, uel in
tuitu, quouis modo recepta, illorum liberam colla-
tionem, & diſpoſitionem nobis, & Sedi Apoſtolicæ
harum ſerie reſeruantes ipſo iure a die receptionis
eorundem uacauiſſe, & vacare. Ac fructuum, & pen
ſionum, reſeruationes, ac facultates transferendi &
collationes beneficiorum conceſſiones, eis, vt præ-
mittitur, factas, ac regreſſus, ſiue acceſſus, & ingreſ-
ſus conceſſos huiuſmodi ceſſaſſe, & ceſſare, ac extin
ctos, eſſe & eoſdē Cardinales, ſeu quoſuis alios a pri
ma die receptionis beneficiorum huiuſmodi citra
fructus, redditus & prouentus earundem Eccl. Mo-
naſt. Degnitatum, & aliorum benef. ac penſionis p̄
dictas indebite percipere, ſuoſque facere nō potuiſ
ſe, neq; debuiſſe, ſed illos omnes, & ſingulos ad Ca-
meram eandem deuolutos fuiſſe, & eſſe, illique de-
beri, ac ipſos Cardinales, & alios ad quorum manus
quomodolibet peruenerunt, & eorum hæredes in-
tegram illorum reſtitutionem in utroque foro tene
ri, & ad id oportunis iuris remediis compelli debe-
re auctoritate Apoſtolica tenore præſentium de-
cernimus. & declaramus, & inſup vniuerſis & ſingu
lis, tam eiuſdem Rom. Eccleſiæ Cardinalibus, & E
piſcopis, quam Prælatis & Clericis, & aliis prædi-
ctis præſentibus, & futuris ne deinceps ullo unquā
tempore aliquas Eccleſias Monaſt. Dignitates, uel
alia beneficia etiam de dicto iure patronatus uti p̄-
fertur exiſtentia, aut fructus, uel penſiones, aut re-
greſſus, ſeu acceſſus in confidentiam prędictam, aut
ad effectum reſeruationum huiuſmodi ſibi poſtmo
dum cedentibus procurandarum, recipere præſu-
mant, Cardinalibus uidelicet, & aliis prelatis huiuſ-
modi in uirtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interdicti
ingreſſus Eccleſiæ, reliquis uero ſub maioris excom
municationis latæ ſententię pœna per contrafaciē-
tes eo ipſo incurrēda, a qua, niſi a nobis, aut Roma-
no Pont. pro tempore exiſtēte, prętërquam in mor-
tis articolo conſtituti, abſolui nequeant diſtrictius
inhibemus. Ac quaſcunque collationes, prouiſiones
præfectiones, commendas, reſeruationes, facultates,
etiam transferendi ac regrediendi, ſiue accedendi
& ingrediendi, ac alias diſpoſitiones de Eccl. Mon.
dignitatibus, & aliis beneficijs, eorumque fructibus
& beneficiorum collationibus per nos & alios Ro-
man. Pont. ſucceſſores noſtros, etiam motu proprio
ſeu conſiſtor. aut etiam per ordinarios & alios infe.
collatores etiam ad patronorum commodum præ-
ſentationem, & alias quomodolibet cū interuentu
confi-

confidentiæ huiuſmodi expreſſe,ſiue occulte, ac de iure præſumpto,& alias contra præmiſſa pro tempore factas,nullas,& inualidas, nulliuſque roboris, uel momenti fore,neque cuiquam ſuffragari, ſed Eccl.Mon.Dignitates,ac alia benef. huiuſmodi ipſo iure uacare,ac noſtræ,& Sedis Apoſt.diſpoſitioni reſeruata fructusque,& penſiones Cameræ Apoſtol.applicatos ut præfertur eſſe,& cenſeri . Sicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcunque Iudices,& camerarios,etiam ipſius Eccleſiæ Rom. Cardinales ſublata eis quauis aliter interpretandi, & iudicandi facultate,etiam per præſumptiones, & coniecturas legitimas,& eorum arbitrios(cum alias confidentias huiuſmodi in lucem erui, & probari non poſſe conſtet)procedendo iudicari,& diffiniri debere: Ac quicquid ſecus ſuper his a quoquã quauis auctoritate ſcienter,uel ignoranter attentari cõtigerit,irritum,& inane ſimiliter decernimus. Non obſtantibus fel.rec.&c.

Et de hac conſtitutione cum fuiſſet facta mentio in congregatione ſeptimi libri Decretalis in qua ego interſum,fuit per Illuſtriſſimos,& Reuerendiſ. D.D.Card.mihi demandatum , ut illam breuibus uerbis compilarem non facta mentione de S.R.E.
2 Cardinalibus,& ego illam compiliaui† breuiter hoc modo.

Vt ſimoniacæ prauitatis ſpecies,quam beneficiorum Confidentiam uocant,pœnitus tollatur,ſtatuimus omnes, & ſingulas Eccleſias Metropolitanas, Cathedrales,monaſteria,etiam Conſiſtorialia,Prioratus,cæteraque beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura,ſęcularia,& quorumuis ordinum regularia,per quoſcunque etiam Cardinales in titulum, commendam,etiam adminiſtrationem aut alias in confidentiam iure prohibitam data, ac quouiſmodo recepta,ipſo iure , a die receptionis eorundem uacauiſſe,& uacare,& ipſorum diſpoſitionem ad Sedem Apoſtolicam ſpectare.Volumus præterea, ꝓuiſiones,collationes,commendas,& alias diſpoſitiones etiam ab præſentationẽ patronorum,de huiuſmodi Eccleſiis,Monaſteriis ac beneficijs,nec nõ reſeruationes fructuum penſionum cum interuentu confidentiæ factas,nullius momenti fore , nec cuiquam ſuffragari,ac id perpetrantes eſſe excommunicatos,tenerique ad fructuum reſtitutionem. Decernimus inſuper,præſumptiones,& coniecturas legitimas ſufficere ad detegendum hoc ſcelus.

Et,cum haberem onus imprimendi dictum librum,ita illam imprimi feci ſub libro quinto titul. de Sim.c.4.ac in Congregatione facta in domo Illuſtriſſimi Cardinalis Pineli ſub die 7.Auguſti 1593. cum eſſet lecta placuit omnibus , & fuit reſolutum uerbum aliquod non eſſe addendum, neque minuẽdum.

Conſtitutio uero Pij V.in Bullario eſt in ordine
3 87.Et hęc ſunt eius uerba.Intolerabilis† multorũ ꝑuerſitas,quæ ſacroſanctas Cõſtitutiones nouis quotidie fraudibus eludere nitũtur,ſæpe illarum authores in neceſſitatem adducit cautius prouidendi,quo pertinacium animi ab improbis conatibus , grauiore ſanctione propoſita,reprimantur.Bene quidem, & prouidenter fel.rec.Pius Papa IIII. prædeceſſor noſter ad tollendam fiduciarię mancipationis beneficiorum Eccleſiaſticorum corruptelam, ſtatuit , & decreuit ut ipſo iure uacarent Eccleſiæ,Monaſteria cæteraque beneficia Eccleſiaſtica in confidentiam a quibuſcumque etiam S.R.E. Cardinalibus, cuiuis perſonæ contemplatione,uel intuitu recepta , liberam illorum diſpoſitionem ſibi , & Apoſtolicæ Sedi reſeruando,nec ualerent ipſorum collationes ſeu conceſſiones, nec fructuum,nec penſiones reſeruatione,nec facultates illas trãsferẽdi, nec regrediẽdi,ſeu accedendi,& ingrediendi,ad Eccleſias , Monaſteria,& beneficia ſupradicta,illaque recipientes fructus,penſiones,& alias res eorundem indebite ꝑciperent;Prohibens quibuſcunque,etiam ſub cenſuris Eccleſiaſticis,ne quid huiuſmodi amplius auderent, Ac etiam decreuit,omnes,& quaſcunque prouiſiones,præfectiones,collationes commendas , & alias diſpoſitiones de Eccleſiis, Monaſteriis,& beneficijs nec non reſeruationes fructuum , penſionũ rerũ,& iuriũ,ac ẽt trãsferẽdi,regrediẽdi accedẽdi,& ingrediẽdi aliaſq. facultates ſiue per ſe ſiue futuros Romanos Pontifices etiam Motu proprio ac Conſiſtorialiter,ſiue etiam per ordinarios collatores, ẽt ad patronorum præſentationem , cum interuentu confidentiæ huiuſmodi,ſiue expreſſe, ſiue occulte, ac de iure præſumpto,& alias contra prædicta pro tempore factas nullius momenti fore,nec cuiquam ſuffragari,ſed Eccleſias, Monaſteria , & beneficia huiuſmodi ipſo iure uacare,ac prædictæ diſpoſitioni reſeruata eſſe, ſicque per quoſcunque etiam per præſumptiones,& coniecturas legitimas,& alias eorum arbitrio procedendo (cum alioqui cõfidentias huiuſmodi in lucem erui,& probari non poſſe conſtaret)iudicari,& diffiniri debere.Nec non irritum, & inane,quicquid ſecus cõtingeret attentari. Quẽadmodum confectis ſuper his literis ſuis plenius cõtinetur. Verumtamen,propter improbas multorum cupiditates,prædicta,quæ ad purgandam hac pernicie Eccleſiam,& animarum ſalutem ab ipſo Prædeceſſore edita ſunt in multis deprehendimus uiam aperuiſſe grauius delinquendi,ſiquidem cum frequẽtibus plurium quærelis pridem concitati quod iudices in cauſis huiuſmodi confidentiarum expediẽdis remiſſiories eſſent,omnes,& ſingulas cauſas ipſas ubicunque, & inter quoſcunque motas ad nos aduocauiſſemus,ac omnimodam huiuſmodi cauſarum pręſentium,& futurarum rerumque omnium ex ipſis reſultantium cognitionem nobis,& ſucceſſoribus noſtris reſeruauiſſemus, & ſuper quibuſdã eoram nobis proceſſum fuiſſet,uariis inde nec leuibus coniecturis intelleximus,uitium quidem confidentiæ occulte irrepſiſſe,ſed in pleriſque cauſis præſumptiones,& coniecturas,quæ ad illud probãdum deducuntur,minime ſufficere,eiuſque rei cauſa plurimos,qui ante literarum prædictarum editionem huiuſmodi confidentias exercebant ubi cognouerunt obſtructam ueritatem propter difficultates ꝓbandi in iudicio confidentias ipſas contempta conſtitutione prædicta ,Eccleſias,Monaſteria,& beneficia ſic recepta,ut prius retinere,alios fructus, penſiones,& alias res accipere alias , eorum exemplo, ad ſimilia,& grauiora fidentius commoueri.Multi enim,ipſa iure retinere nequeuntes,alii, ne cogãtur ad ſacros ordines,ad reſidentiam , ad incedendum in habitu Clericali,ut ad bellũ proficiſcantur,ut inimicos occidant alii, propter crimina incapaces;quidam,ut,purgato delicto , uel abſolutione conſecuta,illa repetant,eadem in alios deponunt, & in pleriſque fructus ipſorum,aut eis miniſtrantur,aut quibus ipſi ſtatuunt,ſæpæ laicis,& inhabilibus Pleriq; uel ſenes,uel infirmi,ut beneficia in domibus ſuis ꝑpetuent,illa renunciarunt,& renũciant in alios,qui

uel



uel profanam familiam cedentiũ de fructibus Eccleſiaſticis alant , uel illa etiamnum infantibus , aut naſcituris aſſeruent,facto interdum circuitu retroceſſionis cum reſeruatione fructuum,& aliarum rerum,aut acceſſu præſertim ab illis, qui præſtandorum iurium Cameræ Apoſtolicæ ſunt immunes alij aut incapaces,aut alijs beneficijs Eccleſiaſticis onuſti,aut Eccleſiaſtico ordini ſeſe mancipare refugientes,aut mere laici beneficia Eccleſiaſtica alijs conferenda procurant,ut de illis poſtmodum ad libitum ſuum diſponatur,fructuus etiam percipientes illorum.Ad hæc plerique ordinarij, & alij collatores,ac etiam patroni laici curant deponenda beneficia,ut fructus,ſeu penſiones capiant eorundem alij ſuæ faciant miniſtrari alia item per multa eiuſcemodi admittuntur,quibus immaculata rerum diuinarum puritas impie violatur, diſciplinæ Eccleſiaſticæ neruus dirumpitur,& imminens patratur exitium animarum.Quare nos, uolentes periculoſam talium audaciam noui iuris ſubſidio cohibere præſentium auctoritate ſtatuimus,ut.ſi quis , quacumq; auctoritate,Eccleſiam,vel Monaſterium , aut aliud beneficium Eccleſiaſticum qualecũque ex reſignatione,uel ceſſione cuiuſcunque perſonæ ſimpliciter aut cum circuitu retroceſſionis,cum regreſſu, uel acceſſu,etiam ſola dimittentis intẽtione receperit ut illa uel illud ẽt in euentũ regreſſus,uel acceſſus,eidẽ dimittendi,uel alteri poſtea cõferatur,aut illius fructus,uel eorum pars alij,uel aliis cõcedantur, uel pẽſiones ſoluantur ex eiſdem,hæc confidentia cenſeatur.Itidem,ſi ordinarius,uel alius collator contulerit ante hac,aut conferat in futurum beneficiũ Eccleſiaſticum quouis modo uacans,ea conditione tacita,uel expreſſa ut poſtea in alterũ,pro arbitrio collatoris,ſeu alterius cuiuſcunque contra iuris cõmunis ordinationem,diſponatur,ſiue ut de eo prouiſus fructus illius,uel partem,ad utilitatem , uel libitum conferentis uel cedentis,aut alterius relinquat , & remittat,ſeu penſionẽ illi,uel illis, quẽ,uel quos idem collator,aut cedens,uel alius per ſe , uel alium ſcripto,aut uerbo iuſſerit,ſeu ſignificauerit , perſoluat, & pariter ſi a patrono,etiã laico,uel alteri præſentatori,ſeu electori contigerit aut cõtingat id fieri.Ad hæc,ſi Clericus prædictæ Camerę , aut Cardinalis, aut alius a ſolutione iurium ipſius Cameræ, uel etiã Cancellarię Apoſtolicæ exemptus,poſt reſignationem,uel ceſſionem alicuius extranei , de Eccleſia, Monaſterio,uel alio beneficio Eccleſiaſtico in ſe,Apoſtolica,uel alia auctoritate factam, & admiſſam, illam,uel illud etiam confectis literis Apoſtolicis, & poſſeſſione apprehenſa, in eundem reſignantẽ, uel cedentem,modico ſpatio interiecto,ueluti duorum,aut trium menſiũ,retroceſſerit , aut retrocedat in futurũ , & ex illa retroceſſione fructus Eccleſię, ſeu Monaſterij,aut beneficij,uel eorũ pars,ſeu penſio,ſeu qd aliud ſuꝑ illis reſeruatũ,aut regreſſus,ſeu acceſſus,& ingreſſus ad illã,uel illud,ipſi clerico, uel Cardinali,aut alij exẽpto ſit,fueritue cõceſſus.poſtremo ſi quis crimine aliquo abſolutus,aut cum quo ſuper irregularitate diſpenſatum eſt denuo receperit, quacunque auctoritate,Eccleſiam,Monaſterium,uel aliud beneficium Eccleſiaſticum,quod ante uel poſt commiſſum delictum,aut contractam irregularitatem dimiſerit,in quouis horum caſuum confidentię prauitas ſit contracta,caſuſque huiuſmodi literis p̃dictis comprehendantur,ac ſi illis ſpeciatim expreſſi fuiſſent,licet ipſum confidentiæ crimen alterius tantum partis conſcientia ſit amiſſum. Ad probandum uero plene confidentiarum abuſum,inter alias etiam hæ præſumptiones,& coniecturæ habeantur legitimę uidelicet.Si quis poſt ceſſam ab ſe eccleſiã, uel Monaſterium,aut beneficium,& publicatam reſignationem,ſeu ceſſionem, captamq; a ſucceſſore poſſeſſionem,ſeſe in illa,uel illo,ſeu reb.illius,per ſe uel alium,ſeu alios de facto ingeſſerit , aut fructus perceperit,aut quicumque ſucceſſor illi,uel eius ꝓpinquis,ipſos,aut partem aliquam remiſſerit eorundem.Si recipiens beneficium conſtituerit dimittentem,uel eius parentes aut propinquos,Procuratores ad percipiendum , uel locandum fructus beneficij dimiſſi,& illi,uel illis de fructibus perceptis, aut ꝑcipiendis donationem fecerit.Si uel ſola procuratoris depoſitione,uel libris rationalibus menſariorum ex parte dimittentis,expeditio, quæ perſonam recipientis concernit,proſecuta ſit, ſimulque expenſæ pro ea neceſſariæ ab illo factæ fuerint . Denique , ſi quis pro conceſſione alicui facta quacunque auctoritate de beneficio Eccleſiaſtico per ſe , uel alium, ſeu alios interceſſerit,uel alias in negotio conceſſionis ſeſe immiſcuerit quoquomodo , deinde aliquid de fructibus talis beneficij de facto, etiam per manus poſſeſſoris,ac etiam ſimplicis donationis titulo, perceperit,ſeu de illo poſtmodum ad uoluntatem interceſſoris fuerit diſpoſitum quandocunque: Teſtes autem de quaque re ſingulares ſingulas probare ualeant præſumptiones,& coniecturas,pluresque huiuſmodi præſumptiones , & coniecturæ plenam probationem faciant in prędictis. Cæterum criminoſi,& cęteri omnes,qui ad perhibendum in caſib. ſimoniæ teſtimoniũ recipi poſſunt,ad prædicta omnia admittantur.Sed ne quiſquam,etiam uana fiducia fretus non intendendi contra ſe iudicij,in crimine perſeueret,utque hoc malum grauioris cenſuræ ſtimulo uſquequaque prohibeatur,omnes, & ſingulos,qui hucuſque Eccleſias,Monaſteria,& beneficia,fructus,penſiones,alias ue res, intercedente hoc confidentiæ uitio receperunt,aç retinẽt, niſi ſtatim ad ſe reuerſi,& reſipiſcentes,celeri dimiſſione ſibi proſpexerint,& quicquid tale admiſerint in futurũ etiã omnibus, & ſingulis alijs Eccleſijs,Monaſterijs dignitatibus,adminiſtrationibus officijs,& beneficijs obtentis quæ pariter ſub dicta reſeruatione cõprehendi uolumus,nec non fructibus penſionibus, & alijs rebus Eccleſiaſticis ac etiam Romanæ Curię,& alijs officijs temporalibus præſentium auctoritate priuamus,& ad futura inhabiles decernimus, & in iuris ſubſidium excommunicationis ſententia innodamus,a qua nullus,niſi in mortis articulo conſtitutus,ab alio,quam a Romano Pontifice,abſolutionis beneficium ualeat obtinere.Nos enim,aduocatione cauſarum huiuſmodi , & reſeruatione cognitionis illarum,rerumque omnium inde emergẽtium,nobis,& prædictis ſucceſſoribus, ut prædictũ eſt facta cauſis illis duntaxat exceptis,quæ iam corã nobis pendere noſcuntur,ac etiam ijs, quas nomine Eccleſiarum,& Monaſteriorum , quorum diſpoſitio in Conſiſtorio fieri conſueuit,aut debet, itemque cõtra Ordinarios collatores Epiſcopos & alios ſuperiores Prelatos,etiam Cardinales haberi contigerit,uti iam alijs noſtris litteris ſtatutum eſt , audiendis,decidendis,& terminandis,harum ſerie ꝓrſus relaxata,decernimus, ita deinceps quoſcunque iudices ordinarios,& delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolicis Auditores ac prædictæ Romanæ

Eccle

Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & ipſorũ cuicũque quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique iudicari, interpretari, & diffiniri debere, nec non irritum, & inane, quicquid ſecus in prædictis per quoſcunque quauis auctoritate ſcienter, uel ignoranter contigerit attentari. Quocirca omnibus locorum Ordinarijs diſtrictius iniũgimus ut in ſuis quiſque Eccleſijs. Ciuitatibus, Diœceſibus & locis, etiam exemptis, ad prędicta ſtudioſe attendant, & quatenus illis relaxauimus, in delinquentes ſeuere animaduertant, ſi Diuinæ Maieſtatis iudicium, dictæque Sedis cenſuram uoluerint euitare. In cęteris uero cauſis, & negotijs, nobis, & prædictis ſucceſſoribus exceptis, eoſdem locorum Ordinarios præſentium auctoritate delegamus, ut gratia, & fauore poſtpoſitis, pro ſe quiſque, cũ uenerit uſus, contra prædictos omnes ſub ipſa exceptione comprehenſos diligenter inquirant, ſuoque Inquiſitiones omnes ſigillo obſignatas ad prędictam Sedem quã primum transferant, ut nos, & prædicti ſucceſſores in cauſis huiuſmodi procedentes, quod iuſtum fuerit decernamus. Nos enim ſingulis Ordinarijs ipſis prædictos omnes, & quoſcumque alios etiam exemptos, etiam per edictum publicum, conſtito prius ſummarie, & extraiudicialiter de non tuto ad illos acceſſus citandi, & monendi, eiſque ac iudicibus ordinarijs, & delegatis, alijſque perſonis quibuſcunq; ne prędictorum executionem quoquomõ impediãt uel alias in illis ſeſe interponant, etiam per ſimile edictum inhibendi, eoſdemque, ac alios contradictores, & rebelles quoſcunque per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ac omnia alia iuris, & facti remedia oportuna cõpellendi, auxilium brachij ſęcularis, quãdocunque opus erit, inuocandi, cæteraque in prędictis omnibus, & ſingulis neceſſaria faciendi, & exequendi, plenam, & liberam tenore pręſentium concedimus facultatem. Non obſtan. fel. reco. Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, alijſque Apoſtolicis Conſtitutionibus, & ordinationibus, quodque Epiſcopis Collatoribus & prælatis prædictis ẽt Cardinalibus, uel quibuſuis alijs communiter uel diuiſim a Prædicta ſit ſede indultum vel in poſterum indulgere contingat, quod interdici, ſuſpendi, uel excommunicari aut contra indulta huiuſmodi ad iudicium trahi non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, & ad uerbũ de indulto huiuſmodi mentionem, & quibuſlibet alijs priuilegijs indulgentijs, & literis Apoſtolicis generalibus, uel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, aut in totum non inſerta, effectus præſentium aut attributæ prædicts ordinarijs iuriſdictionis explicatio, ſeu exercitium uel executio impediri ualeat quomodocunque uel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque, literis p̃deceſſoris huiuſmodi nihilominus in ſuo robore duraturis. Volumus autem, ut præſentium exempla, ẽt impreſſa edantur, eaque notarij publici manu, & cuiuſcunque Curiæ Eccleſiaſticæ eiuſve Prælati ſigillo obſignata, eandem illam prorſus fidem in iudicio & extra ubique locorum faciant, quam ipſæ pręſentes facerẽt, ſi eſſent exhibitę uel oſtenſę. Nulli ergo.

4 Conſtitutio iſta †Pij V. eſt proculdubio rigoroſa nimis atque terribilis, ſed huiuſmodi rigor tunc nẽpe neceſſarius erat, quando confidentiæ crimen ſic ubique locorum vagabatur, ut omnibus fere pro nõ crimine haberetur; Hodie autem cum propter ſancitas pœnas confidentia non ſic laxis committatur habenis imo perpauci ſint qui huiuſmodi vitio laborent, communis omnium opinio fuit hanc Pij V. cõſtitutionem in quibuſdã Iuri cõi repugnantibus capitibus reformandã, & iam ſub Gregorio XIII. fel. mem. de hoc tractatum fuit ſed nil couclusũm: Poſtea ſub Sixto V. fel. rec. pluries ſimiliter de hoc ſuit dictum nec non commiſſum duobus Rotæ Auditoribus, ut ex illa, quæ reformanda uiderentur capita elicerent, ſed Sixto morte præuento res ad nihilum deducta. Demum cum S.D.N. Clemens VIII. Vt ſeptimi Decretalium compilatio ex ſacrorum Floren. Lateranen. ultimi, ac Tridentin. Conciliorum textibus & ſummorum Pontificum conſtitutionibus p̱ proprios titulos diuiſis atque diſpoſitis non intermitteretur iuſſerit, tres iam ſunt anni circa illam cõſumpti, congregatis unaquaque hebdomada doctiſſimis pluribus uiris, corã Illuſtriſſimo, & reuerẽdiſſimo D. Cardinali Pinello, doctrina, prudentia, & experientia claro, aſſiſtentibus etiã Illuſtriſſi. & RR.DD.S.R.E. Cardinalibus erudiſſimis Matthæo, & Aſcanio Columna, huic autem cõgregationi cum & ipſe intereſſem, fuit interdum tractatum de hac Pij V. Conſtitutione, & ut compilationi immiſceretur (ſed reformata) concluſum. Sed tandem cum multi multa dixiſſet ſuper hoc, cenſuit Cõgregatio ut ſub his ſequentibus uerbis apponeretur, & ſic ego curam gerens ut ſeptimus Decretalium huiuſmodi ad oſtendendum tantummodo imprimeretur, illam ſic apponi curaui ſub lib. 5. tit. de ſimo. ca. 5. Nunc Deum optimum rogandum cẽſeo, ut S.D.N. tam utile quod extat opus totque laboribus perfectum non ſinat occultum ſed in lucem emittat reor enim non minorem illa allaturum utilitatem quam attulit Decretalium compilatio ſub Gregorio IX. Sexti ſub Bonifacio VIII. Clementinarumque ſub Clemente V. Hoc enim opus non utile quidem ſolum, ſed neceſſarium uidetur ut in lucẽ emittatur, inter tot enim ſummorum Pontificum conſtitutiones tribus uoluminibus diſpoſitas multę ſunt peculiares, nonnullæ ſuperfluæ, plurimæ abrogatæ, reiectæ aliquę: Sperãdũ igitur eſt S.D.N. tanta cum uigilantia, prudentia, ac ſanctitate Vniuerſalis Eccleſię ad gubernationem incumbentem non paſſurũ utilliſſimũ neceſſariumque huiuſmodi opus clã eſſe, eoque magis quia Illuſtriſ. Card. Pinellus, qui magnopere in eo elaborauit id eidem S.D.N. memorare non deſiſtet. Interea hic ſubijciam tenorẽ compilationis huius conſtitutionis Pij V.

5 Quanquam †fel. reco. Pius IV. ſapienter prouidit ad tollendam fiduciariæ mancipationis beneficiorum Eccleſiaſticorum corruptelam, comperimus tamen pleroſque huius criminis probandi difficultate confiſos non deſiſtere id patrare.

Quare uos volentes periculoſam talium audaciã noui iuris ſubſidio cohibere, præſentium auctoritate ſtatuimus, ut ſiquis quacunque auctoritate Eccleſiam uel Monaſterium, aut aliud beneficium Eccleſiaſticum qualecunque ex reſignatione, uel ceſſione cuiuſcunque perſonæ ſimpliciter, aut cũ circuitu retroceſſionis, cũ regreſſu, uel acceſſu, receperit, ut illa, uel illud etiam in euentum regreſſus uel acceſſus dimittendi, uel alteri poſtea cõferatur, aut illius fructus, uel eorum pars illi, uel aliis concedantur, uel pẽſiones ſoluãtur, ex eiſdẽ hæc confidẽtia cẽſeatur.

Itidem



Itidem ſi ordinarius, vel alius Collator contulerit ante hac, aut conferat in futurum beneficium Eccleſiaſticum quouis modo vacans ea conditione tacita, uel expreſſa, ut poſtea in alterũ p̱ arbitrio Collatoris ſeu alterius cuiuſcunque contra iuris communis ordinationem diſponatur ſiue ut de eo prouiſus fructus illius, uel partem ad vtilitatem, vel libitũ cõferentis, vel cedentis aut alterius relinquat, & remittat, ſeu penſionem illi, uel illis, quem, uel quos idem collator aut cedens, uel alias per ſe, uel alium ſcripto aut uerbo iuſſerit, ſeu ſignificauerit, perſoluat & pariter ſi a patrono etiam laico, uel alteri præſentatori, ſeu electori contigerit, aut contingat id fieri.

Ad hæc ſi a ſolutione iurium ipſius Cameræ, uel etiam Cancellariæ Apoſtolicæ exemptus poſt reſignationem, uel ceſſionem alicuius extranei de Eccleſia Monaſterio, uel alio beneficio Eccleſiaſtico in ſe, Apoſtolica, uel alia auctoritate factam & admiſſam illam, uel illud etiam confectis litteris Apoſtolicis poſſeſſione apprehenſa in eundem reſignãtem, uel cedentem modico ſpatio interiecto ueluti duorum, aut trium menſium retroceſſerit aut retrocedat in futurum & ex illa retroceſſione fructus Eccleſiæ ſeu Monaſterij, aut beneficij, uel eorum pars, ſeu penſio, ſeu quid aliud ſuper illis reſeruatum aut regreſſus, ſeu acceſſus, & ingreſſus ad illã, uel illud ipſi Clerico, uel Cardinali, aut alij exempto ſit fueritve conceſſus.

Poſtremo ſi quis crimine aliquo abſolutus aut cũ quo ſuper irregularitate diſpenſatum eſt denuo receperit quacunque auctoritate Eccleſiam Monaſterium, uel aliud beneficium Eccleſiaſticum, quod ante, uel poſt commiſſum delictum aut contractam irregularitatem dimiſerit in quouis horum caſuum confidentiæ prauitas ſit contracta caſuſque huiuſmodi literis prædictis comprehendantur ac ſi illis ſpeciatim expreſſi fuiſſent.

Ad probandum uero plene confidentiarum abuſum inter alias ẽt hę præſumptiones, & coniecturæ habeantur legitimæ, uidelicet. Si quis poſt ceſſam ab ſe Eccleſiam, uel Monaſterium, aut beneficium, & publicatam reſignationem ſeu ceſſionem captãque a ſucceſſore poſſeſſionem, ſe in illa, uel illo, ſeu rebus illius per ſe, uel per aliũ, ſeu alios de facto ingeſſerit, aut fructus perceperit, aut quicunque ſucceſſor illi, uel eius propinquis ipſos, aut partem aliquã remiſerit eorundem.

Si recipiens beneficium conſtituerit dimittentẽ, uel eius parentes aut propinquos procuratores ad p̱cipiendum, uel locandum fructus beneficii dimiſſi, & illi uel illis de fructibus perceptis, aut percipiendis donationem fecerit.

Si uel ſola procuratoris depoſitione, uel libris rationalibus menſariorum ex parte dimittentis, expeditio, quæ perſonam recipientis concernit, proſecuta ſit ſimulque expenſæ pro ea neceſſariæ ab illo factæ fuerint.

Denique ſi quis pro conceſſione facta quacunque auctoritate de beneficio Eccleſiaſtico p̱ ſe, uel alium, ſeu alias in negotio conceſſionis ſeſe immiſcuerit quoquomodo, deinde aliquid de fructibus talis beneficii de facto etiam per manus poſſeſſoris, ac etiam ſimplicis donationis titulo perceperit, ſeu de illo poſtmodum ad uoluntatem interceſſoris fuerit diſpoſitum quandocunque.

Teſtes autem duo ſingulas probare ualeant præſumptiones, & coniecturas. Plureſque huiuſmodi p̃ſumptiones, & coniecturæ plenam probationem faciant in prædictis.

Cęterum Criminoſi, & cœteri omnes qui ad p̱hibendum in caſibus ſimoniæ teſtimonium recipi poſſunt ad prædicta omnia admittantur.

Vt hoc malum grauioris cenſuræ ſtimulo uſquequaque prohibeatur omnes & ſingulos qui Eccleſias Monaſteria Beneficia, fructus pẽſiones aliaſve res intercedente hoc confidentiæ uitio receperint etiam omnibus & ſingulis alijs Eccleſijs, Monaſterijs dignitatibus, adminiſtrationibus, officijs, & beneficiis obtentis, quæ reſeruata eſſe uolumus nec nõ fructibus penſionibus, & alijs rebus Eccleſiaſticis p̃ſentium auctoritate priuamus & ad futura inhabiles decernimus, & in iuris ſubſidium excommunicationis ſententia innodamus, a qua nullus niſi in mortis articulo conſtitutus ab alio quam a Romano Põtifice abſolutionis beneficium ualeat obtinere.

Et Die 7. Auguſti 1593. compilatio placuit omnibus, fuit tandem dictum quod fiat uerbum cum S.D.N. circa quatuor coniecturas poſitas per Pium V. in uerſiculo ad probandam, nam melius eſſet illas tollere & remittere hoc ſub diſpoſitione iuris cõmunis. Et in hac compilatione ſunt ſublata illa uerba ſola dimittẽtis intẽtione, & eſt ſublatũ ut teſtes ſingulares ſingulas probare ualeant coniecturas.

Et ex his ſic abſolutus eſt iſte tractatus de cõfidẽtiis beneficialibus ad laudem omnipotentis Dei, glorioſſimę B. Mariæ ſemper virginis, ac Beatorum & Sanctorum Ioan. Baptiſtæ, & Franciſci de Paula Protectorum, cuius omnia dicta ſubmitto correctio-
6 ni Sedis †Apoſtolicæ, & ſcripta eſſe uolo præmiſſa proteſtatione de qua per Card. Pariſium conſ. 68. nu. 427. uol. 4. & uos lectores attendite alios utiliſſimos tractatus quos magno cum labore perfeci ad laudem prædictorum, & utilitatem communem, illoſque quam primum imprimere faciam.

FINIS.

UNIVERSITARIA